

SYLLABVS
SCRIPTORVM
PEDEMONTII,
SEV
DE SCRIPTORIBVS PEDEMONTANIS

In quo
Breuis Librorũ, Patriæ, Generis, & nonnunquã.
Vitę notitia traditur.

Additi sunt Scriptores Sabaudi, Monferratenses, & Comitatus Niciensis.

Opere, & Studio

D. ANDREAE ROSSOTTI à MONTEREGALI
Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis.

Accessit Quadruplex Index. Materiarum, Cognominum, Patriæ, & Religionum.

CVM APPENDICE





MONTEREGALI,

Typis Francisci Mariæ Gislandi. *Sup. Permissu* MDCLXVII.

SANCTISSIMÆ, PVRISSIMÆ,

GLORIOSISSIMÆ, POTENTISSIMÆQVE

COELORVM REGINAE

MARIÆ SEMPER VIRGINI

Propè Montemregalē Miraculis coruſcanti.

D. ANDREAS ROSSOTTVS MONACHORVM
Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis minimus.

D. D. D.



NTER tot magnifica Chriſtianæ Pietatis antè hanc Sacram pendentia Aram Vota, tuarum miſerationum euidentiſſima Signa, ad tuos humilime pedes Auguſtiſſima Orbis Regina venerabundus accedo, meam, imò tuam hanc oblaturus Bibliothecam, in qua multi recenſentur pijſſimi Scriptores, qui in tuas nuſquàm finitas tractarunt calamū laudes, & virtutes Non aurum, non gemmas, non pretioſa à longiſſimis terrarum partibus affero munera; ſed


deuota tuorum Filiorum scripta, qui tuas eximias venerantur virtutes, imitantur vestigia, extollunt Sanctitatem, adorant merita. Tremebundus venio, non muneris exiguitate, non donantis vilitate, sed conscientiæ agitatus stimulis, sed peccatorum cõfusus multitudine, sed scelerum turbatus magnitudine: quid enim commercij luci ad tænebras, fonti puritatis cum impuritate, Ideæ Castitatis cum incontinentia, innocentiæ cum iniquitate, formæ virtutis cum vitio, Sanctitati cum scelere? Verùm licèt me terreat propria indignitas, delectat tamen tua laus, & excellentia, & summa Misericordia; quoniam me admonet deuotissimus Filius tuus Bernardus, quòd si criminum immanitate turbatus, si conscientiæ foeditate confusus, si iudicij horore perterritus, si baratro desperationis absorptus: Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat à corde, non recedas ab ore. Tu enim Peccatorum scala, mea maxima fiducia, tota ratio spei meæ. Erraui (fateor) sicut ouis, quæ perierat, sed tu omnibus misericordiæ sinum aperis, & de plenitudine tua accipiunt vniuersi, captiui redemptionem, ægri curationem, tristes consolationem, peccatores veniam, iusti gratiam, Angeli lætitiam, denique tota Trinitas gloriam Ità de te loquitur addictissimus tibi Bernardus: quarè tuam potiùs interpellare dignum existimo summam benignitatem, quam de meis timere maximis iniquitatibus. Equidem infirmum me esse agnosco, ad te ergò malorum meorum certissimam accedo medicinam. Vitiorum grauissima laboro febre, tu mihi auxilij tui omnipotens salutis propina-

pina-

pinabis Pharmacum. Cruciant inordinati affectus, inueteratæ pessimæ consuetudines, iniqui habitus, & intellectus nubibus obtenebratus passionum trahit miseram ad malum voluntatem; tu me tantùm benignissimis quibus soles gratiæ tuæ radijs respicere ò Augustissima digneris, quoniam me docuit tuus Bernardus, quod sicut à te despectus, & aduersus, necesse est, quod pereat; sic à te respectus impossibile est, quod pereat. Ergò accipe cum hac mea Bibliotheca sub tuis felicissimis elaborata auspicijs totum meæ paruitatis, & nihilitatis, & vt ab Altissimo peccatorum mihi veniam, virtutum acquisitionem, & diuinum amorem obtinere digneris totis animæ meæ præcordijs rogo, & humilimè deprecor; dum ego vnà cum Coelestibus Angelorum Choris indesinentur cano, Gloria Patri, qui te elegit in Filiam, & Filio, qui te elegit in Matrem, & Spiritui Sancto, qui te elegit in Sponsam, Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in Sæcula Sæculorum. Amen.



ILLVS-



Illustrissimis Dominis

SINDICO, ADVOCATO, CONSILIARIIS,

CÆTERISQVE MONTISREGALIS CIVIBVS

D. ANDREAS ROSSOTTVS Conciuis.



YLLABVM Scriptorum Pedemontij à me non sine multis elaboratum vigilijs, Augustissimæ, ac Sacrosanctæ Coelorum Imperatrici Mariæ apud vestram verè Regalem Ciuitatem miraculorum gloria clarissimæ consecraui: quarè post tantum, & tam sublime Numen alios cooptare Protectores sacrilegum forsan reputabitur, at ego qui Patriam meam non minimam obtinere in hac Bibliotheca partē agnosco, à benignissima Regina facultatem obtinui, secundas vobis post ipsam tribuendi vices, tum vt & Patriæ debitum hoc mei obsequij præstarem; tum etiam vt vobis qui ipsius adestis regimini Patres, reuerentissimi animi mei demonstrarem affectum. Verùm non hæc solum in causa sunt,

quæ

quæ me impulerunt, sed magis vt antiquorum exemplo nostri Conciues, qui tot præclarissimos Viros litteris immortalitatem adeptos, recensitos conspicient, ab armis ad Togas; à bello ad scientias, ab inimicitijs ad pacem animum vertant, & conuertant. Nonnè certò certiùs agnoscitis Ciues, armis, inimicitijs, dissensionibus potentissimas euersas Ciuitates, dissipatas Prouincias, pessundatas Respublicas, destructa Regna? è contra verò plures iam labefactatas Vrbes, studijs, litteris restauratas, auctas, nobilitatas? Quid iniquius, & ab ipsis naturæ legibus magis alienum, quàm inter Ciues rixas, inimicitias, & odia exercere, cum ratio postulet, quod vnius Ciuitatis Homines publicum respicientes commodum, & priuatis omissis simultatibus, pacem inter se colant, amicitias foueant, & summa se Charitate diligant? Pace enim, amicitia, Charitate inter Ciues crescunt Vrbes, ditescunt Familiæ, augentur bona, & omnia prospera eueniunt. Pax (optimè sapientissimus Cassiodorus) bonarum artium Mater decora. Hæc mortalium genus reparabili successione multiplicans, facultates protendit, mores extollit, & tantarum rerum ignarus cognoscitur, qui eam minimè quæsisse sentitur. Testem aduoco Serenissimam, & immortalem Genuensium florentissimam Rempublicam, quæ Melliflui mei Bernardi sapientissimis suasionibus, quæ pacis erant amplexa, vna cum pace felicitatem adinuenit, illud sequendo planè diuinum Consilium, serite, plantate, negotiamini; quod & à vobis fieri, si dissimilibus Sanctitatis meritis, non dissimili tamen affectionis deuotione, suadere non desino. Pacem

cem igitur habete, arma eijcite, inimicitias sedate, & sub iustissimo aequè ac prudentissimo Excellentissimi vestri Gubernatoris Hieronymi Mariæ Costæ Comitis Trinitatis regimine studijs animum intendite, & prospera vobis omnia, & felicia cuncta expectate. Mementote, quod sapientissimus Romanæ Eloquentiæ Parens Posteros admonuit, dicens, Si ex litteris delectatio tantùm peteretur, tamen hanc animaduersionem humanissimam, & liberalissimam iudicaremus; nam cæteræ res, neque temporum sunt, neque locorum. Hæc studia adolescentiam alunt: senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium, ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Recolite Ciues Maiorum vestrorum gesta, & Ciuitatem vestram breui annorum curriculo ad illam peruenisse amplitudinem conspicietis, quæ multa ex insignioribus, & antiquioribus, & æquasse, & superasse manifestum est; at non armis, non vindictis, non odijs, sed pace, sed studijs sed negotijs. Hanc, quam vobis exhibeo resupinate Bibliothecam, & à litteris, à Toga plurimos ad sublimes euectos cognoscetis dignitates. Cæterum hoc non omittendum duxi, quendam Pedemontanum Scriptorem parùm dignè de vestris scripsisse Natalibus, cui licet in ampliori forma paratus essem respondere, tamen ad altercationes (vt Monachum decet) euitandas; & ne videar in mortuum, qui se defendere non potest, calamum tractare, breuitèr tantùm confutaui, quæ ille sine fundamento edidit; quoniam in illo scripto multa alia grauiora, & à veritate

omni-


omninò aliena habentur, & religiosum duxi magis excusare simplicitatem, quam accusare malitiam, quam in illo Scriptore nusquam excogitare potui. Valete, & Deus Omnipotens meritis, & intercessione vestræ Protectricis Augustissimæ Mariæ Vos, & Ciuitatem vestram in æternum custodiat.



PROTESTATIO AVCTORIS

HOC te scire volo (benignissime Lector) quod vbicunque in hoc Syllabo verba adnotabis, quę alicui Sanctitatem adscribere videbũtur, ita accipias, vt sola fide Auctorũ pondus habeant; nisi ij, de quibus agitur, iam ab Romana Ecclesia Catholica, Apostolica declarati vt Sancti, propriarum actionum ab eadem habeant approbationem. Cum enim me obedientissimum Sacrę Apostolicę Sedi haberi vellim, hęc necessario admonenda duxi in executionẽ Decreti Sanctę Romanæ, & Vniuersalis Inquisitioni editi anno 1625. 13. Martij, & confirmati 5. Iunij 1634 quod intellige ad modũ declarationis Sanctissimi Domini Nostri Vrbani VIII felicis recordationis edit. anno. 1631.

ELENCHVS
AVCTORVM, ET LIBRORVM
Qui in hoc Syllabo citantur.


BRAHAMVS Bzouius. Annal. Ecclesiast.
Alexander Ziliolus. Vite de Poeti Italiani. Liber hìc habetur originalitèr M.S. in nobilissima Aprosiana Bibliotheca Albintimilij, quam construxit doctissimus Angelicus Aprosius Ordinis Sancti Augustini, Congregationis Beatissimæ Mariæ Consolationis Genuæ Ex Vicarius Generalis. Idem Aprosius duo exemplaria transmisit Parisijs, & Romæ. Parisijs quidem Raphaeli du Fresnè, qui librum impressioni mandare promisserat, & decreuerat: at morte præuentus, in cuius manus deuenerit exemplar ignoratur. Romæ verò notissimo viro Leoni Allatio, qui in Epistola antè librum de Poetis Italicis impres. Neapoli apud Sebastianum de Aleccijs 1661 ingenuè fatetur habuisse ab Aprosio supradicto
Alphonsus Ciacconius. Vitæ Pontificum.
Alphonsus Fernandez, Concertatio Prædicatorum.
Amadeus Bellinus. Nota Virorum Illustrium Vercellensium.
Ambrosius Morales. Historia Hispanica.
Ambrosius Cassinensis. Triumphus Catholicæ veritatis.
Andreas Chioccus. De Collegij Veronensis Illustribus Medicis.
Andreas Quercetanus. Historia Francica.
Andreas Victorellus. Additiones ad Ciacconium.
Angelus Manriquez. Laurea Euangelica.
Angelus Rocha à Camerino. Bibliothecæ Theologicæ, & Scripturalis Epitome.
Anna les Benedictini.
Antonius Mirandulanus. De Singulari Certamine.
Antonius Posseuinus. Apparatus Sacer Bibliotheca Selecta.
Antonius Senensis Lusitanus. Bibliotheca Prædicatorum.
Antonius Sola. Comment. ad Statuta, & Decreta Sabaud.
Antonius Verdierus, & Franciscus Dom. de la Croix du Maine.

De

De Scriptoribus Gallicis
S. Antoninus Florentinus. Histor.
Archangelus Gianius. Annales Ordinis Seruorum.
Arnoldus Vuion. Lignum vitæ, Ornamentum, & decus Ecclesiæ.
Arturus à Monasterio. Martyrologium Franciscanum.
Aubertus Miræus. Auctarium. Bibliotheca Ecclesiastica. Fasta Belgica. Chronic. Cisterciens.
Augustinus Biscarettus. Palmites Vineæ Carmeli.
Augustinus Niphus. De Immortalitate Animæ.

Bartholomæus Cimarellus. Chronic.
Benedictus Gononus Cælestinus. Chronic. Deiparæ.
Bernardus Tassus. Epistolæ.
S. Bernardus. In Cantic. Canticorum.
Bernardinus Bustensis. Mariale.
Bibliotheca Bononiensis Prædicatorum.
Bibliotheca Aprosiana Albintimilij.
Bibliotheca Ducis Sabaudię. In hac nobilissima Bibliotheca plura, eaque nobilia asseruantur M. S., præter ea quæ ex hoc Syllabo apparet. Inter cętera conseruantur M. S. Originalia Opera Pyrrhi Ligorij Neapolitani, & Patritij Romani 28. Tom. in fol. quę continent rerum antiquarum cognitionem. Opus diuisit in libr. 43. idest lib. 21. Ordine Alphabetico. Italico scripsit Sermone Lib. 4. De Medaglie d'Imperatori. Lib. 4. Delle Medaglie di Famiglie Romane. Lib. 4. Di Medaglie di Popoli e Città Greche. Lib. 3. De' gl'Huomini illustri con i Termini Lib. 1. De Magistrati de'Romani. Lib. 1. De Notis Antiquorum. Lib. 2. Del Dragone, Gallo, e Basilisco. Lib. 1. Dell'Architettura de' gl'Antichi. Lib. 1. De Terremoti. Lib. 1. De Disegni. In hoc Opere habentur viginti millia Inscriptiones, & octo millia Toreumata. Mirum est quomodò tot libros scribere, ne dum componere potuerit. Hos Libros emit Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ huius nominis Primus pretio decem, & Octo millia Scutorum Argenti.
Bibliotheca Toletana Sancti Marci.
Bibliotheca Amfrani Franzoni Genuensis.
Bibliotheca Vaticana.
Bibliotheca Varmiensis in Borussia Poloniæ.

Gas-

Ioan-

ELENCHVS.

Robertus Bellarminus. De Scriptoribus Ecclesiasticis.
Robertus Quatremaires. Ioannes Gersen Vercellensis.

SAmuel Guichenonus. Historia Sebusiana.
Sanctorius Vrbinas. Annales.
Santhus Comes. Sapientia Stoicorum.
Sceuola à Sancta Martha. Elogia.
Sebastianus Monsterus. Cosmographia.
Seraphinus Razzi. De Beatis Ordinis Prædicatorum.
Sigebertus Gemblacensis. De Scriptoribus Ecclesiasticis.
Sixtus Senensis. Bibliotheca Sancta.
Stephanus Lusignanus. Historia Cypri.
Stanislaus Rescius. Vita Cardinalis Varmiensis.
Syluester Saauedra. Sacra Deipara.

THeodoricus Niemus. Acta Roberti Cardinalis Antipapæ dicti Clementis VII.
Theodorus Petreius. Bibliotheca Carthusiana.
Theodorus Vallis Coloris. Vita Vrbani IV.
Thomas Bouius. Melampigo.
Thomas Dẽpsterus. Historia Ecclesiastica Gentis Scotorũ lib. 19.
Thomas Gratianus. Anastasis Augustiniana.
Thomas Herrera. Alphabetum Augustinianum.
Thomas Iames. Bibliotheca Bodleiana.


VAlentinus Forsterus. Nomenclatura Iuris Peritorum. Historia Iuris Ciuilis.
Vbertus Follieta. Elogia Clarorum Virorum Liguriæ.
Vincentius Bandellus. De Singulari Prærogatiua Conceptionis Christi.
Vincentius Armannus. Epistolæ.
Vincentius Iustinianus. Vita Hugonis Cardinalis.
Vuolfangus Iustus. Chronologia, siuè Temporum supputatio omnium illustrium Medicorum tam Veterum, quam Recentiorum in omni linguarum cognitione à Primis Artis Medicæ Inuentoribus, & Scriptoribus vsq; ad nostrã ætatem, & Sæculum.

ZAcharias Boverius. Annal. Capucinorum.

LEC-

LECTORI BENEVOLO

DE HOC SCRIPTO.



VOD hanc conficerem Bibliothecã (begninissime Lector) me impulit tum Patriæ amor, tum ne Literatorum labores tempore, cuius est omnia consumere, ab hominum elaberentur memoria; tum etiam, vt exemplo moueantur Posteri ad virtutum sectanda vestigia, cum videbunt maiores suos tot scripsisse libros, quibus & Orbi vtilitatem, & proprio nomini, ac Patriæ gloriam compararunt.

Alphabetico totam disposui seriem ordine, vt & commoditati legentium consulerem, & confusionem euitarem.

Copiosissimos addidi Indices, aliorũ Bibliothecarum Scriptorũ ductus exemplo, presertim recentiorum, Bellarmini, Vuadingi, Alegambe &c.

Collegi etiam Sepulcrales aliquorum Inscriptiones, quæ in perpetuam ipsorum recordationem nominis positæ sunt. Exposui honores, dignitates, virtutes, tum ad Familiarum, ex quibus orti sunt, gloriam & ornamentum; tum etiam vt illorum exemplo viã alij ad similes gradus doctrina, studijs, & virtutibus sibi parent.

Scio non defuturos, qui hunc meum superfluum dicent laborẽ, cum iam de anno 1614., & nouissimè 1660. Franciscus Augustinus Ab Ecclesia dignissimus Salutiensis Episcopus ediderit Catalogum Scriptorum Pedemontij: verum hoc me non terruit. Quot enim ediderunt de Scriptoribus Ecclesiasticis? Diuus Hieronymus Aubertus Mireus, Robertus Bellarminus, Ioannes Trithemius, Iacobus Gaddius, Sigebertus Gemblacensis, Sixtus Senensis, & alij. Quot scripserunt De Viris Illustribus Ordinis Prædicatorũ? Leander Albertus, Ioannes Michael Pio, Alphonsus Fernandez, Antoninus Senensis, & alij. Quot de Benedictinis, De Cisterciensibus, & alijs? & tamen in eodem scriptionis genere noua conspicimus quotidie volumina. Adde, quod Prefatus Ab Ecclesia non omnes apposuit Scriptores, & suum Catalogum italico scripsit idiomate, consequenter non omnibus communem nationibus.

Cœterum aduerte, quod dictus Salutiensis Episcopus vbi in suo nouissimo Catalogo mei mentionem habet, scribit (Sed sine fundamento) me ex Italico latinum fecisse ipsius Catalogum, quod non solum à veritate alienissimum est, sed nusquam mihi in men-

tem venisse sanctissimè affirmo, vt legentibus patebit.

Apposui etiam Scriptores Sebusianos, sed illos tantum, qui vixerunt ante tempus, quo Regio illa Regno Galliæ vnita est.


Librorum titulos aliquando Latinè, qui Italicè, Gallicè, Hispanicè scripti sunt, aliquando proprio idiomate apposui; quod ideò feci, quia sic vel à Notis, vel ab alijs transcripsi, non enim omnes ego videre potui libros.

Iacobus Gaddius, alioquin vir doctus, & eximiæ eruditionis, sępè repræhendit illos, qui in suis Bibliothecis adnotarunt nomina virorum, qui minima ediderunt, vt Musicos Motectos, Sonectos, Madrigales, Cantiunculas, & huiusmodi, verum parum rationabilitèr meo iudicio, cum sciamus, dignum esse Operarium mercede sua, præsertim cum non vnum tantum ediderunt Sonectũ, Madrigalem, &c. sed vnusquisque in suo sensu abundat.

In quibus defeci, benignè compati scias rogo, non malignè calumniari. Vale.



AD-



ADMOD. REVEREND. DOMINI

LVCAE BERTOLOTTI

In D. ANDREÆ ROSSOTTI Bibliothecam.

ELOGIVM

ANdreas Rossottus
Inter Montisregalis Apollines ortus,
Vt à suis occiduam, & à se Famam diuerteret,
Subalpinis & Allobrogis
Collectis in vno Syderibus,
Æternum & suis, & sibi æternat diem.
Pedemontij Ptolomeus
Bibliothecam aceruans Pedemontanam
Vnico libro omnia librorum nomina inuoluens,
Se vno Bibliothecam cumulat.
Vitæ Typhographus
Suos ex obliuionis exhumans caligine,
Reddit vitæ amplius non morituros.
Nouus Athlas
Veterem Literatorum Orbē
Calamo suffulciens, non humero,
Penitùs sepultum, penitùs erigit.
Promethæus alter
Scitorum hominum memoriam
Non luto restaurans, sed atramento:
Cœlo insuper suos restituit ignes,
Cum eorundem excitat nomen.
Secundus Esdra
Nouo sui calami portento
Et literas Scriptoribus redonat,

Et Scriptores literis;
Literatorum reportator euasus, & Literarum.
Scriptor demum omnium Postremus,
Vt eruditissimi Scriptorum sui generis
Haud minùs quàm eruditè clauderet agmen
Literato Pedemontio
Se ipsum pro Colophone addidit,
Præeuntium Scriptorum Omega factus,
Et subsequentium Alpha.
Scriptorum Scriptori
Æternitati adscribendo
Scribentium omnium applausu
LVCAS BERTOLOTVS
Inscribit



D. Marcus Antonius Carrettus Monachus Cisterciensis Congregationis S. Bernardi.

In Authoris Laudem.

Fæcundissimum
ANDRÆ ROSSOTTI Calamum
Mirare Lector
Quot guttulas sudat,
Tot libros promit:
Sola Atramenti sui fœcunditate fœcundior
Quam sua Ægyptus Nilo.
Hoc in vno
Sterilitatis reus est
Quod omnium laudes
Exhauriat.
Errantem Dauidem exoluit errore

Cum

Cum paginis ligat?
Exulantem Iacobum reducem exprimit,
Cum prælo premit.
Fortunat Aulicos,
Cum Aularum exoculã notat Fortunam:
Venerabiliorem
Cœlestem reddit Philosophiam
Cum illius oppandit Sacraria.
Ipsamque Virtutem
Illustriorem efficit
Cum triumphantem facit.
Infœcundum videri poterat
Fœcundissimum Musarum
Patrium Solum
Ni sua exarasset cuspide,
Alluisset Atramento.
Qui
Quocumque felicius Sole
Mortuos Cineres
Nouas recoquit in Phœnices;
Vna secum
Perennitatis in Sinum
Exonerandos.

EIVSDEM

Ad Authorem Scriptorum nostrorum nomina ab obliuione vindicantem.

TV fera Lethæis indicis Prælia Regnis,
Et Phlegetonteas depopularis aquas.
Squalida dum quæ olim iacuerunt nomina, rursus
In lucem emergunt te mediante nouam.
Quis tibi Nestoreos ergò non auguret annos?
Qui tantis vitam das meliore frui?

Andreæ

Andreæ Valffredi Jurisconſ. Braydenſis.
In Auctorem.

ELOGIVM

O, O, Propius, propius librorũ Coaceruatores accedite
ANDREAS ROSSOTTVS
Ille tot Operum ſuorum editor,
Factus de Scriptore Typographus
Vnico partu (Quis credat?) Bibliothecam edidit.
Immò nec ſuo conceptos vtero,
Certè nec vnquam editos,
Nec à parentibus edendos fortaſſe libros,
Diſſoluta Genitrix, diſciſſa Mater,
Et diſſuta vſque ad vmbilicum puerpera
In lucem tamen protulit.
Quot Librorum millia, tam prodigo pretio, tot effuſis opibus
Ptolomeus, Eumenes,
Tyrannion, Gordianus,
Quot vel Triphon aliquis Bibliopola congeſſit
Tot etiam vno dumtaxat coempto hoc,
Et ad ſuum Muſæum Lector ſuperaddito libro
Vel gratis exiſtimet ſe congeſſiſſe,
Si non liberorum,
Abi tamen tot librorum numero
Omni iure faſtoſa iam Niobe.
Cynthia ſi Nocti es Pręſes, ſi, Phęba, Diei,
Tam glorioſam hanc matrem
Nulla tot Pignoribus Dies,
Nulla Nox orbem faciet.
Et quoniam pro tam prodigioſo partu

Tota

Tota, par est, cum omnibus suis Scriptoribus
Vt se sibi deuinctam, ideòque gratulabundam
Fateatur, & sistat Pedemontana Prouincia,
En ego illorum omnium, vt situ postremus, & stylo,
Pro illa, proque omnibus meis,
Immò tuis pignoribus,
Præuio Gratiarum actionis officio
Tanto [qua possum, & debeo] nixui
Obstetrices has insupèr ecce manus adhibeo.



Petrus Antonius Parrutia Braydensis I. V. D. Theologus, & in Taurinensi Incultorum Academia Academicus Inuolutus.


Adm. R. Patri D. ANDREÆ ROSSOTTO.

In suam de Pedemontij Scriptoribus Bibliothecam.

AMicum Æternitatis Ingeniũ,
Quam librorum eruditionem totam exhauserat
In eruditos Pedemontij Scriptores diuisit.
Planetarum Regis æmulus, & magister
Temporalium metam sæculorum transgressus
Annos ęternos candido irradiat atramento.
Vnum & Pennicillo, & Pennæ vt nomen est,
Vnam quis neget & Sphęram?
Æternitati olim Gręcus ille pingebat,
Nunc Latinus iste scribit Æternitati,
Aquilam dixerim Imperiorum;
Nisi quas illa volucrum pennas perdit,
Hic Scriptorum calamos scribendo componeret.
Parcas [nominis Antithesi sublata]
Verè parcas fecit.
Nam inimico Hominibus ferro

Ad

Ad acuendum calamum vſus
Vitale reddidit organum mortis.
Sæuierit vſque adhuc Tempus in paginas,
Et illuſtria literarum monumenta oblitterarit:
Conſuluit tantæ iacturę Sapientis animi conſilium;
Et quę poterant morderi diuiſæ, vnitas oppoſuit
Etiam poſt Fata victuras.
Phœnicis ſequutus ingenium
Tumulum pluribus, non ſibi, conuertit in cunas;
Frigidiſque cineribus, quem penna ſuceenderat, igni ſuppoſito
Funeris faces natales migrarunt in tædas.
Perierant igitur multorum nomina, cum membra perierunt,
Suoque iaceret in tumulo Famæ Cadauer;
Niſi ANDREÆ manus è manibus euocaſſet.
O miram Ingenij fœcunditatem.
Tot voluminum Author, quot characterum
Hoc vno Bibliothecam impleuit:
Et quos Pedemontio plura Sæcula
Tot Doctores enixus eſt
Quot Fatis eripuit.
Habent itaque, & ſuum Phæbum Hiſtoriæ;
Cui totum Pedemontium Parnaſſus eſt,
Muſæ Scriptores omnes.
Debeat literis ANDREAS multum,
Debent ANDREÆ literæ magis.
Paginarum enim faſcijs inuolutas,
Vitali atramenti lacte enutritas
(Si vnquam mori poſſent litterę) fecerat immortales.



Pater

P. ANDREAS ROSSOTTVS

A MONTEREGALI MONACHVS

CISTERCIENSIS.

ANAGRAPHIA

TVi calamo tuæ Gentis Scriptores omnes enarrans
Satis decoras.

EPIGRAPHIA.

ECce TVI CALAMO SCRIPTORES tu SATIS OMNES
ENARRANS DECORAS, GENTIS & acta TVAE.
Quod capite ex vno prodat mihi Pallas, & vna,
Par Iouis: & Plures, plusque videre Ioue.

Pater Hippolytus Sangiorgius S. I.
Collegij Montisregalis Rector.


In Librum De Scriptoribus Pedemontanis &c.

D. Caroli Iosephi Morotij à Monteregali Monachi
Sancti Bernardi.

REpleri tantis quid prodest scrinia libris?
En vna est vnus Bibliotheca liber.

D. Caroli Vaschi Cheriensis eiusdem Congregationis In eundem librum.

QVo petis exoptans Doctorum sparsa virorum
Scripta? quod illa tenent, hic liber omne tenet.



d AL

AL M. R. P. D. ANDREA ROSSOTTO
Per l'Opera sua Intitolata Syllabus &c.

MADRIGALE

Del Sig. Michele Angelo Goltio.

DE Scrittori Scrittore ANDREA raccogli
Ciò che non fia, che l'Tempo vnqua disperda.
Ne gli eterni tuoi fogli,
E l'opre, e i Nomi altrui fien'anco eterni.
E s'auuerrà che l'nome suo ne perda
L'incolta Musa mia ne l'opre sue,
Gliel serberan le Tue.

SONETTO

CHe dasse moto il Grande Archita à vn legno,
Che ne moto, ne vita, ò Spirto hauea,
Opra fù di stupor, che ben potea
Vincer d'ogni mortal l'arte, e l'ingegno

Ma che le Penne tù d'Alpino Regno,
Ch'arse nel grande oblio morte tenea;
Di riuocare à vita hor tenti ANDREA,
Del medemo stupor tu vinci il segno.

Appò di te non han l'etadi, ò gl'anni
Dente deuorator, ò falce ardita,
Ed' opra la tua penna à i loro danni.

A i prigionier di morte anch' ella addita
Di vera eternitade il volo, e i vanni,
Gl'estinti richiamando à nuoua vita.

D. Carlo Giuseppe Morozzo.

AD.

AD ADM. R.D. ANDREAM ROSSOTTVM Bibliothecæ Pedemontanæ Scriptorem.

SVb nucis exiguum quondam velamen Homeri.
Dædalicus Vates strinxerat Iliada.
Maxima multorum paruo volumine gesta
ROSSOTTVS docta sic fecit arte sua.
Quære per antiquos Sapientum sparsa libellos,
Hic facta istorum cuncta libellus habet.

D Claudius à S. Ludouico Monachus Congreg.
S. Bernardi ab Aquiano in Chablasio.

Del Conte, e Caualiere Don Giuseppe Amedeo Bonardo, Mangarda in lode dell'Auttore.

SONETTO

ASbestini purgati in fiamme viue
Da bianca Parca al turbine tirati,
Da Palla industre in tele dilongati
Formin le carte oue il ROSSOTTO scriue.
L'Ile materia, ch' ogn'hor visse, e viue
Dia inchiostro, e penna l'Aquila, ò Fenice
Al Gran Scrittore, ch'hoggidì felice
Alli Scrittori Eternità prescriue.
E l'Opra vn Campidolio, che d'Heroi
Aprendo di virtù i preggi, e l'opre,
Mostra i trionfi d'altri, e li fà suoi.
Qui il Spirto vnito alla virtù si scopre,
Che serba dall'oblio i parti suoi,
Se col scudo di carte ella li copre.

EIVSDEM AD EVNDEM DISTICHON.

ASpice Opus Lector si vis. Præconia multa
Auctori tribuas, quæ data sunt alijs.

Imprim-

Imprimatur seruatis seruandis

D. Lucas à S. Carlo Monachorum S. Bernardi Ord. Cistercien. in Dominijs Realis Celsitudinis Sab. Ducis Prouincialis.

Facultas Reuerendiss. P. Inquisitoris.

Cum ex delegatione Reuerendiss. P. Caroli Camilli Astensis huius Ciuitatis Montisregalis Inquisitoris Syllabum Scriptorum Regiæ Celsitudini Sabaudæ subiectorũ Adm. R. P. D. Andreæ Rossotti Congreg. Reformatæ Sacri Ord. Cistercensium attentè viderim, eundem magna cum voluptate ad vnguem perlegi, & in eo, quod Orthodoxæ fidei, bonisque moribus aduersetur, nihil obseruaui: quinimò cum veluti lucidum Speculum illustrium doctrina virorum, huius potissimum Status singulorum oculis obijciat, ad incendendos animos in imitationem Maiorum, valdè dignum censeo, qui præ manibus omnium euoluatur, ne illustriores in sapientia viri memoria continuò excolendi, depereant, & immortalibus Typis imprimatur.

Hippolytus Sangiorgius S. Officij Consultor è Soc. Iesu.

Imprimatur Fr. Carolus Camillus Inquisitor vt supra.

Vidi, & non dissentio, vt Typis demandetur.
Jo. Ioseph Mallianus Iudex.

SYL-

A.



ABBAS *Vercellensis*, cuius nomen ignorarunt Sixtus Senensis Arnoldus Vuion,& alij,& est *Thomas Gallus* Abbas sancti Andreæ Vercellarum Ordinis Cistereiensis, quem aliqui perperam Canonicum Regularem Lateranensem, & natione Gallum faciunt, decepti ex ipsius cognominis voce, verè tamen est Pedemontanus; Galla enim Familia tum in Monteregali, tum Salutijs, tum in Oppido Bennensi, tum etiam in alijs Pedemontij locis commoratur. Quod autem non sit Gallus ostendit Robertus Quatremaires in suo Ioanne Gersen part. 2. art. 7. Multò minùs fuit Canonicus Regularis, quod euidentissimè apparebit ex dicendis, & ex epitaphio ad ipsius sepulchrum apposito, quod hìc subijciemus.

Hæc Abbatia fuit olim Ordinis Cisterciensis, & Canonicis Regularibus Lateranensibus concessa anno Domini 1464. vt videre est in hoc publico Instrumento, quod ad euitandas contentiones, & vt veritas manifesta sit, hìc apponendum duxi.

Testimonium Authenticum de Abbatia S. Andreæ Vercellarum.

In nomine Domini Amen.

PRæsenti publico instrumento cunctis vbique pateat euidentèr, & sit notum, quod anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, die verò decima tertia mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Innocentij Diuina prouidentia Papæ decimi, anno eius quinto. Ego Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Notarius publicus infrascriptus ad requisitionem, & instantiam Admodum Reuerendi Patris Domini Placidi Lesimon Procuratoris Generalis ac Monachi Congregationis sancti Mauri in Francia Ordinis sancti Benedicti accessi, & me personalitèr contuli ad Montem Quirinalem, & in stantias Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Fanfanelli, & ex quodam libro taxarum Sacri Collegij apud Secretarium sub Diœcesi Vercellensi in Prouincia Mediolanensi extraxi infracriptas partitas videlicèt.

S. Andreæ de Vercellis Ordinis Sancti Augustini, alias

àliàs Cisterciensis Florenos trecentos, & triginta. Vnitum fuit decimo sexto Calendas Octobris anni Domini millesimi quadragesimi sexagesimi quarti, Pontificatus Domini Pauli anno primo Congregationi Canonicorum Lateranensium, & promiserunt soluere de quindecim annis in quindecim annos commune, & minuta seruitia, & alia iura. Vide in libro obligationum Sancti Stephani Vercellensis Ordinis Sancti Benedicti Florenos ducentos.

Itẽ ex altero libro taxarũ Ecclesiarũ, & Monasteriorum existente penès perillustrem, & Adm. Reuerendum Dominum Vrsinũ de Rosis sub Diœcesi Vercellensi in Prouincia Mediolanensi alteras extraxi partitas videlicèt.

Andreæ de Vercellis Ordinis Cisterciensis Florenos trecẽtos, & triginta. Vnitũ fuit decimo sexto Calẽdas Octobris, anni Domini millesimi quadragesimi sexagesimi quarti, Pontificatus Domini Pauli anno primo, Congregationi Canonicorũ Lateranensium, & promiserunt soluere de quindecim annis in quindecim annos commune, & minuta seruitia, & alia iura. Vide in libro obligationum Sancti Stephani Vercellensis Ordinis Sancti Benedicti Florenos ducentos. De quibus omnibus; & singulis plenariam, & indubiam fidem facio, eaque omnia, & singula diligentèr, & fidelitèr extraxi, vt suprà. Super qui-

bus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit à me Notario Publico infrascripto, vt vnum, vel plura, publicum, seu publica, instrumentum, & instrumenta conficerem, atque traderem, prout opus fuerit, & requisitus ero. Actum Romæ in stantijs supradicti Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Fanfanelli vt suprà, apud Montem Quirinalem, præsentibus ibidem audientibus, & intelligentibus Dominis Romulo Mazzatello Reatino, & Bartholomeo Rubino Camerinensi testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis specialiatèr, atque rogatis.

Ego Antonius Iordanus Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Notarius de prædictis rogatus præsens instrumentum subscripsi, & publicaui.

Nos Prosper Caffarellus Protonotarius Apostolicus, vtriusque signaturæ Sanctissimi D. N. Papæ Referendarius, nec non Curiæ causarũ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, fidem facimus, & attestamur suprascriptum Antonium Iordanum de præmissis rogatum, & qui præsens instrumentum scripsit, & publicauit, fuisse, & esse verum, legalem, authenticum, & fide dignum Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Notarium, eiusque Scripturis tam publicis, quam similibus, semper adhibitam fuisse, & de præsenti indubiam vbique fidem adhiberi. In quorum fidem Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die

15. Au-

15. Augusti 1649. Iacobus Simoncellus Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Cum igitur constet euidentissimè Abbatiam Sancti Andreæ fuisse Cisterciensem, & Canonicis Regularibus Lateranensibus concessam, & vnitam anno Domini 1464., Thomas autem mortuus sit ante ann. 1300: certò certiùs probatur, non fuisse Canonicum Regularem, sed Cisterciensem. Vir hic fuit summæ pietatis, eruditionis, & doctrinæ; per multos annos Sancti Antonij de Padua Magister, qui post mortem illi apparens, dixit, ecce Domine Abbas relicto Asello apud Paduam ad Patriam proficiscor. Hìc, vt apud omnes est in confesso, ex hac vita discessit anno Dom. 1231. quo tempore adhuc Cisterciensis Ordinis erat Abbatia illa, vt ex dictis cōstat. Quod autem Sanctus Antonius de Padua fuerit Abbatis Vercellensis discipulus, asserunt Scriptores Historiæ Canonicorum Regularium, & Henricus Vuilotus in suis Athenis Franciscanis in Sancto Antonio de Padua notat, quod accedente Superiorum consensu Vercellas adijt ad S. Andreæ Archimandritam Benedictinum &c. Nec est quod quis contendat de illo verbo Benedictinum; nam & Cistercienses Regulam profitentur Sancti Benedicti

Quod

Quod diximus de discipulatu Sancti Antonij constat ex verbis eiusdem Thomæ, qui in suo in Diuum Dyonisium Comment. Scriptum reliquit. *Multi penetrarunt arcana Sanctissimæ Trinitatis, sicut expertus sum in Antonio ex Minorum Ordine in familiari consuetudine, quam habui secum, qui parum instructus disciplinis sæcularibus, tam breui mysticam Theologiam est adeptus, vt coelesti amore intùs perustus, foris diuina scientia illuminaret.*

Scripsit hìc doctissimus Abbas summæ religionis, & nemini sui sęculi secundus, scripsit inquam

Commentar. in Sanctum Dyonisium Areopagitam. Stylo facili quidem, erudito tamen. Hic Commentarius auctoris manu exaratus extat originalitèr in Regia Sabaudiæ Ducis Bibliotheca.

Item. *Expositionem, seu Paraphrasim in cantica Canticorum Salomonis.* Opus est Anagogicorum sensuum multitudine maximè refertum, & viris verè spiritualibus, quique vnitiuę vitæ student, ac mysticæ Theologiæ addictis apprimè vtile, & necessarium: vt potè illa continens arcana mysteria, quæ solis nota sunt verè Theophilis. Vercellis in Ecclesia Sancti Andreę extat sequens epitaphium.

Bis tres viginti currebant mille ducenti
Anni, cum Thomas obijt venerabilis Abbas
Primitus istius Templi, summèque peritus

Artibus in cunctis liberalibus, atque magister
In Hierarchia. Nunc Arca clauditur ista:
Quem celebri fama vegetauit pagina Sacra.

Ex hoc epitaphio patet manifestissimè errasse cum Sixto Senensi Franciscum Augustinum ab Ecclesia Episcopum Saluciensem, qui in suo Cathalogo scriptorum Pedemōtij edito Taurini 1614. ponit Thomam ad annum 1400; certissimè enim allucinatus fuit: nam quoquo modo intelligantur illa verba *Bis tres viginti*, quæ trifariam possunt explicari, semper falsissimum erit vixisse ad annum 1400. Si enim ità intelligantur, *Bis tres viginti*, pro viginti sex, sic dicendo, currebant anni mille ducenti viginti, & bis tres cum Thomas obijt, tunc patet error supradictorum, & visio Sancti Antonij de Padua dicenda erit fictitia; quia sanctus Antonius, vt iam diximus, ex hac vita discessit anno 1231. & sic mors Thomæ præcessisset mortem Antonij quinque annis. Si autem ità explicentur illa verba. Currebant anni mille ducenti, & bis tres vices viginti, habebitur numerus 1320; prout etiam extat in Tabula Chronographica Oxoniensis Bibliothecę in Anglia, in qua series temporum, in quibus Primarij Ecclesiæ Doctores floruerunt, adnotantur; Sed cum tunc mors sancti Antonij pręcesserit ann. 89. mortem Thomæ, nec ipsius discipulum extitisse potuit, nec visio conuenit.

uenit. Si tandem ſic interprętentur illa verba. Currebant mille ducenti anni, & bis viginti tres, ſcilicèt 1246; tunc poſſunt quidem ſaluari omnia, quę de ſancto Antonio ſcribuntur, at erroris arguentur Tabula Oxonienſis, & ſupradicti Sixtus, & Salutienſis. Quicquid tamen ſit, certiſſimè conſtat Canonicum Regularem nullo modo fuiſſe. Cęterum ego hìc non Chronologiam, ſed Indicem conficio.

Huius venerabilis viri mentionem fecerunt Sixtus Senenſis Bibliothecę ſanctæ lib. 4. Antonius Poſſeuinus Appar. Sacr. Tom. 3; Ioãnes Gerſon in pręfatione ſuorum Commentariorum in Cantica Canticorum, Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia Epiſcopus Salutienſis in Cathalogo Scriptorum, Ioannes Bona Pſallẽtis Eccleſiæ Armon. in notitia Authorum, qui tamen non benè ſcripſit vocari etiam à ſancto Victore. Vide citatum Quatremaires loco vt ſupra. Arnoldus Vuion lib. 2. ligni vitæ cap. 92. & lib. 5. cap. 95. ex alijs, quædam adnotauit, quę curioſis relinquo. Vide Gabrielem Pennottum Nouarienſem in Annotationibus ad Hiſtorias Sanctorum, quæ leguntur in Officijs proprijs Canonicorum Regularium Lateranenſium, qui malè facit noſtrum Thomàm Canonicum Regularem, & peſſimè parte 3. cap. 55. Hiſtor. Canonic. Regular. ponit obijſſe ad ann. 1146.

Cæterum

Cæterum Ecclesia, & Monasterium sancti Andreę Vercellarum à fundamentis extruxit expensis Regis Angliæ Iacobus Gualla de Bicherijs ex eadem Vercellarum Ciuitate, qui ab Innocentio III. anno 1205. Pontif. 7., mense Decembris creatus fuit Cardinalis. Virum hunc prudentia insignem, doctrina eximium, & zelo Fidei illustrissimum summus Pontifex Legatum à Latere misit in Gallias, eique septem adiunxit Cisterciensis mei Ordinis Abbates Sanctitate, & scientia conspicuos, vt crucem contra Hereticos Albigenses, & eorum pręcipuum fautorem Comitem Tholosanum prędicarent. Gualla post alias pręclaras Legationes, & insignes res pro sancta Catholica Ecclesia gestas obijt sub Gregorio nono, qui omnia sancti Andreæ Monasterij bona, & priuilegia confirmauit. Gregorius verò nonus ex hac vita migrauit anno Dom. 1241. Vide Lit. T: *Thomas Gallus*.

Abrahamus Vermellius Sebusianus ex Oppido Cerdone nobilis Poeta. Hìc cum Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux huius nominis Primus in Galliam proficisceretur, vt pacem cum Rege Henrico quarto stabiliret, & multi Poetæ Magnum illum Principem carminibus ornarent, ità Vermellius excelluit, vt Dux, & nobilitate, & pretiosis muneribus illum donauerit. Scripsit, seù collegit proprio idiomate.

Parnassum Poetarum Gallicorũ, Le Parnasse des Poetes Francois

Histor. Sancti Ludouici Regis Francorũ. Carmine heroico, gallicè tamen in 24. lib.distinct. *Histoire de Saint Louys.* Librũ hunc licèt iam absolutũ, & perfectum morte præuentus edere nõ potuit. Extabat M. S. apud Dominum de Bordes Chastelet de Cerdon.

Vt autem sciat lector quanti fuerit apud Doctos Vermellius, hìc transcribere non grauabor, quę de eo Nicolaus Richeletus in Parisiensi Parlamento Aduocatus, & nobilis Poeta edidit carmina ante Diui Ludouici Vitam apponenda.

Ad Abrahamum Vermellium in suam Diui Ludouici Historiam.

COElos audaci tentat Vermellius ala,
Nomina præcipiti morte daturus aquis,
Prælia Mæonio versu qui digna laborat
Scribere, & Hectorea fixa trophæa manu.
Quid facis? aduerso soli quid lampade certas
Cereus, & fluxa quid petis astra rota?
Desine Diuini Ludouici tangere lauros,
Nempe decet fortes illa Corona manus.
Illas vix valeat phoebus contingere palmas,
Tubaque Pegasei quam lauat vnda pedis.

Quid

Quid tu igitur tentas? humeris quid pendere? victis
Atlantem; aut Siculi das graue montis onus?
Sed fallor; nam sic Phoebo Vermellius ardet
Omnia Phoebæo scribat vt ingenio.



DELAIDA à Sabaudia Caroli Emanuelis secundi Sabaudiæ Ducis Soror, & vtriusq; Bauarię Ducis Vxor, Princeps omniũ virtutum viuum exẽplar, sed pietate in Deum eximia, proprio vsui collegit quasdam pias orationes, quæ impressæ sunt Taurini 1662. apud Ioannem Sinibaldum Regium Impressorem ad instantiam Iosephi Vernoni sub hoc titulo.

Orationi diuote raccolte da diuersi Libri Spirituali dalla Serenissima Elettrice Adelaida Duchessa dell'vna è l'altra Bauiera, Prencipessa Reale di Sauoia.

Item ante vitam Beatæ Claræ Agolantis conscriptam à D. Stephano Pepe Clerico Regulari apposuit Rythmum carmine Etrusco, in quo elegantèr inducit eandemmet Beatam, quæ proprias refert vitę suę actiones. Titulus est.

Rime della Serenissima Adelaida Principessa Reale di Sauoia, Duchessa di Bauiera, &c. Sopra la vita della B. Chiara de gl'Agolanti. Introduce la Beata, che le sue Attioni descriue. Impr. Monachij 1661.

Adeodatus de Burgo Casalis sancti Euasij Congre-

gationis ſancti Auguſtini de Obſeruantia Lombardię, vir magni ingenij, Cōcionator eximius, in Sacrorum Canonū ſcientia verſatiſſimus, ſuæ Congregationis bis Vicarius Generalis, ſcripſit librum
In Fauorem ſuæ Congregationis.

Aegidius Berzettus Vercellenſis eiuſdē Inſtituti, & Cōgregationis, vir facetus, & doctus, ſcripſit italicè
Multos, & varios Sermones ad Populum, & ad Fratres.
Item ad imitationem Merlini
Maccaryoneam.
Quam tamen impreſſam non vidi.

Aegidius Thomatis Cunienſis Iuris vtriuſque Doctor, & Auditor Cęſareus in Regno Neapolitano pro Carolo quinto. Scripſit latinè Tractatum,
De Vectigalibus, & Impoſſitionibus. Impreſ. Lugd. 1562. De eo mentionem facit Georgius Draudius in ſua Bibliotheca Claſſica.

Aemilius Druſus Braydenſis Medicus nō ignobilis ſcripſit ad Sereniſſimum Carolum Emanuelem huius nominis primum Sabaudiæ Ducem.

De tuenda valetudine. Impreſ. Taurini 1580. in 8 apud HH. Nicolai Beuilaquę. De eo meminit Thomas Iames in ſua Bibliotheca Bodleiana, & Ioannes Antonid. Vāderlinden de ſcriptis Medicis, & alij.

Aemilia Metilda Foatia Vercellēſis Monialis. Ordinis ſancti Dominici in Monaſterio ſanctæ Margaritæ eiuſdem

eiusdem Ciuitatis virgo sapientia, & pietate venerabilis, scripsit, & edidit italicè Vercel. apud Gaspar. Martam 1652. in 4. *Vitam Beatæ Aemiliæ Bichieri eiusdem Monasterij fundatricis*. Item librum, quem prenotauit. *Chiamate Spirituali*. Impres. sunt Mediolani 1648. & Vercel. 1660. per Nicolaum Iacynthum Martam in 12. Viuit Monialium decus, & ornamentum.

AGAFFINVS Solarius ex Illustrissimis Moretæ Comitibus, vir tum sanguinis Nobilitate, tum scientiarum peritia clarus, qui postquam Serenissimi Principis Mauritij Cardinalis à Sabaudia Auditoris officio summa cum laude functus fuisset, à Gregorio XV. Pontific. Max. Episcopus Fossanens. anno 1621. creatus, & deindè ad Salutiarum Ecclesiam translatus, cuius tamen possessionem non adiuit, obijt quarto Calend. Iunij 1625. Scripsit Italico idiomate Tractatum Historicum, ac Theologicum *De Sanctissima Sindone*, quem Comes Ioann. Baptist. ex Fratre Nepos publicauit. Impres. est Taurini 1627.

Solariorum familiæ nobilitatem describere omitto, ne quę notissima sunt, transcribam; hìc tantùm addere non grauabor, alium habuisse Agaffinum, qui tempore Amedei Viridis Sabaudiæ Comitis apud Rhodum fortitèr dimicando diem suum clausit, tan-

taque

taque animi constantia, & virtute viguit, vt in Barbarorum Principem, licèt iam semimortuus, stricto ense inuectus, quod ob virium, & sanguinis amissionis defectum in illum efficere non potuit, illud in equum, quem occidit, compleuit. Viuit inter plures alios eximios huius Familiæ viros Paulus Hieronymus Marchio, & olim Caroli Emanuelis huius nominis secundi Sabaudiæ Ducis apud Romanum Pontificē Orator, in quo quicquid nobilitatis, eruditionis, gratiæ, & prudentiæ desiderari potest, elucet.

Agamemnon Castruccius Morotius à Monteregali vir, & generis nobilitate, & animi pietate spectabilis, qui licèt in sęculo vitam ducat, scripsit tamen librum, quem italico sermone prænotauit

Le Faci per essercitare le virtù, e detestare li opositi vitij. Impres. Genuæ 1640.

ALBERTVS Bally Sabaudus Annesiensis Clericorum Regularium sancti Pauli, quos vulgò vocant Barnabitas, & anno 1658. electus Episcopus Augustæ Prætoriæ vir doctissimus, & Apostolicarū Traditionum defensor eximius, scripsit librum, quem prænotauit

Disputationes contra Hæreticos de Traditionibus Apostolicis. Impres. Pali in Banearnia.

Item lingua Gallica.

Panegyric. in laudem venerabilis Francisci Salensis, &

Joannæ

Joannæ de Chantal Fundatorum Monialium Visitationis Beatæ Mariæ. Impres. Parisijs.

Albertus Burontius Vercellensis, & Cathedralis Canonicus vir pietate venerabilis edidit

Prattica di ben meditare li missteri di Nostro Signore, della B. Vergine, e de Santi. Impres. Romæ apud Bartholomeum Zannetum 1609. in 16.

Albertus Brunus Astensis in Iure Ciuili versatissimus teste Guido Panzirolio lib. 2. c. 142. De claris Legum interpretibus. Post multa pręstita Salutijs, Astæ, & Mediolani officia tandem Serenissimi Emanuelis Philiberti Sabaudię Ducis Fisci Aduocatus multa scripsit, & edidit, eaque optima.

De Statutis excludētibus Foeminas. Impres. Venet. 1549.

De Augmento, rebusque abditis.

Consilia super Feudis. Impres. Lugduni.

De Augmento, & Diminutione Monetæ.

Consilium. De qua Moneta debet solui Census Principis.

Consilium. De Filia exclusa per Statutum à legitima.

Repertorium in materia Statutorum. Impres. Venet.

De Constitutionibus. Hæc omnia simul impressa sunt Venet. 1549.

De Forma, & solemnitate Iurium.

Volumen super Constitutionibus, Decretis, Statutis, & Consuetudinibus. Impres. Astæ anno Dom. 1518. & alia

Hic tanta fuit erga Deiparam deuotione Virginē, vt

vt ſua ei ſcripta conſacrauerit. Inter Bruni opera (vt ſuo loco dicemus) extant, Conſilium elegans Io. Antonij Neuizani Aſtenſ., & conſilia Io. Bartholomei Scarampi Conciuis. In fine ſecundi libri leguntur hęc verba. Tertium, ac quartum volumen conſiliorum Feudalium eiuſdem clariſſimi I. C. Alberti Bruni Authoris pręſentis ſecundi voluminis, Deo dante, quam primum in lucem edẽtur, cum alijs voluminibus conſiliorum, ac tractatibus admodùm ſolemnibus eiuſdem pręfati Magnif. I.C.D.Io. Baptiſtę filij dicti Magnific. Alberti. Bruni pręter Panzirolum loco citato, mentio habetur apud Conradum Geſnerum in Epitome, Georgium Draudium in Bibliotheca claſſica, & alios.

Albertus Mura Taurinenſis Societatis Ieſu Concionator egregius, de quo ſcribit Philippus Alegambe in ſua Bibliotheca Societ. Ieſu, reliquiſſe paratum pręlo opus ingens de Beata Virgine Maria, quod vocauit

Nauis Inſtitoris.

Item. *Hiſtoriam Luis Pedemontanæ præſertim quæ Montemregalem anno 1630. afflixit.* At dum peſtis Hiſtoriã ſcribit, peſte obijt ibidem anno 1630. ætatis ſuæ 50.

Alexander Cauda Aſtenſis Ordinis Prædicatorum vir eruditus, edidit italico idiomate librum, quem inſcripſit

La

La Calonnia superata. Impres. Taurini 1636. Extant, & alia ipsius M. S., quæ morte preuentus perficere non potuit. Scilicet *L'innocenza di Mardocheo.*

Alexander Fichetus natione Sabaudus è minore Bournando Geneuensis Diœcesis Societatis Iesu, fuit verbi Dei annunciator eximius; Poetarum tum Sacrorum, tum prophanorum studiosissimus: vndè ex Poetarum corpore maculas abstulit, & ex eo Chorū duplicem fecit Sacrorum, & prophanorum, auxitque Musæo Poetico, & Rethorico tacito suo nomine. Impres. Lugd. apud Ludouicum Mugnet anno 1616. Scripsit etiam Gallico sermone

Vitam Beati Bernardi de Menthon

Item alium librum, quem eadem Gallica lingua prenotauit

Amphion Sacer, seù Musica Sancta.

Ordo vitæ Christianæ. Suppresso tamen proprio nomine

Probationes realitatis Sanctissimi Sacramenti. Impres. in Nimes 1634.

Victoria Ecclesiæ in Eustachium Ministrum in Delphinato, qua Catholici facti sunt Domini de Auanzon, ipsorumque Familia. Impres. Grationopoli 1638.

Arcus Triumphi, in eundem Eustachium. ibidem 1640.

Triumphus Sedis Apostolicæ in Consiliarium Hæreticum Grationopolitanum. 1640. in 4. apud Petrū Verderum.

Hic Consiliarius vocabatur Vullonus, qui scripsit scandalosum librum, atque adeò iniquissimum in Summum Pontificem Romanum, innumeris scatentem mendacijs, & vanitatibus, cui respondit Fichetus, cumque perfidissimus homo ob manifestatam veritatem, confusionem sustinere non valeret, pre nimio dolore crepuit eodem tempore, & anno quo Ficheti imprimebatur Triumphus, & in sua cella vinaria sepultus fuit, vt adnotauit Ludouicus Iacob lib. 2. in Elencho Hereticorum, qui aduersus Romanum Pontificem malo animo scripserunt.
Edidit item *Tractatum in Apostatam Clouet* 1641.
Vitam Matris de Chantal Fundatricis Monalium Visitationis. Lugd. 1642. hæc omnia Gallico sunt scripta sermone.
Latinè verò
Fauus Patrum. Lugd. 1615.
Arcana studiorum methodus, & Bibliotheca scientiarum, librorumq; eorum ordine tributorum vniuersalis. Lugd. 1649. apud Guillelm. Barbier in 12. Habebat pre manibus (vt mihi significatum fuit) librum, quem prænotauit.
Cathedra Christi Coronata. Continet *Sermones de Aduentu, de Dominicis, de Festis, & Orationes Funebres.* Opus diuiditur in tria volumina.
Comment. in totam Sacram Scripturam.

De Do-

De Doctrina Christiana Tom. 3.
Edidit etiam gallicè *Curriculum vitæ Spiritualis*, saltem illi attribuitur, verùm, eòquòd quædam parum apta, imò insulsa contineat, nullomodo, vt notauit Alegambe, agnoscere voluit. De Ficheto scribit etiam Ludouic. Iacob lib. 2.

Alexander Losæus ex Auiliana Prouinciæ Taurinensis I. V. Doctor vir acutus, subtilis, & magnæ æstimationis. Scripsit
Comment. in Tertium lib. Codicis.
Per breuem enarratiunculam
In Paragr. præterea inutil. instit. De inutili stipulat.
Lugduni apud Graphium 1537. & 1542.
Additiones ad Bartolum, quas Cardinali de Eporedia dedicauit. Tribuuntur tamen ab aliquibus ob nominis similitudinem Alexandro de Imola, sed malè. Obijt Taurini, sepultusque est in Ecclesia Carmelitarum, quæ vulgò dicitur sancta Maria de Platea, cum hac inscriptione.

D. O. M.

Alexandri Losæi Iurisconsulti peritissimi
In enodandis legibus, forensi. que causis deffēdendis
Acutiss., ac in Sacris Litteris non parum
versat.

Indiuiduo diuiso, corpus lapis hic,
Coelum animam tegit.
Posteritati Monumentum hoc Filij mærentes posuerunt.
Vixit ann. 57: obijt 1571. Idus Ianuarij.

Ex hac inscriptione constat Losæum edidisse suos libros ætatis suæ anno 23., qui enim vixit ann. 57., mortuusque est 1571. natiuitatem habere debuit 1514., cumq; libri impressi sint ann. 1537. euidentèr apparet tunc temporis ipsum 25. tantum ætatis suæ cõplesse annum; quod adnotandum duxi, vt ingenij dignoscatur nobilitas.

Alexander Mella-Arborius Vercellensis Caroli Augustini filius (de quo suo loco) in requirendis Patriæ antiquitatibus diligentissimus, edidit librum, quem italica lingua prænotauit
Ecclesia Vercellensis. *La Chiesa di Vercelli.* impress. ibid. 1638. Item Panegiricum inscripsit.
Le quatro Ruote.
Vercelli frà Guerrieri Cipressi caduto, sotto l'ombra de' pacifici vliui risorto. Oratio est ad Christianam Francicam, & Carolum Emanuelem filium. Ibid. apud Martam 1660. Viuit ætatis suæ anno 20. quo hæc scribimus maximæ spei, & capacitatis iuuenis.

Alexander Scotus Cheriensis Societ. Iesu vir eloquens, & eruditus, edidit *Orationem*, quam habuit

buit Cherij in Funere Serenissimi Principis Mauritij à Sabaudia. Impres. Taurini apud Zapatam 1657.

Alexander Thesaurus Fossanensis ex Comitibus Salmoris, illustris sanguine, illustrior virtutibus, Musarum amator, scripsit italico idiomate carmen *De Bombycibus*.

Alexander Tornatoris Comitatus Niciensis Medicinæ Professor, & Victoris Amedei Sabaudiæ Ducis Archichirurgus edidit opusculum quod inscripsit. *Iusta defensio contra libellum famosum Horatij Vacherij de Sanguinis missione in vulneribus*. Impres. Taurini apud Io. Iacobum Rustis 1651. in 4.

Alexius Pedemontanus cuius cognomen, & Patria ignorantur, scripsit vernacula lingua volumen in septem libros distinctum *De Remedijs Secretis*. Vbi multa habentur parum vtilia, imò vana, cum plura secreta ex rusticorum, & fœminarum relatione, & dictatu conscripserit. Hos libros transtulit in Latinam, & Germanicam linguam Ioannes Iacobus Vuecherus. Excussi sunt pluribus in locis. Huius mentionem fecerunt Scriptores Bibliothecarum, Gesnerus, Georgius Draudius, Ab Ecclesia, & alij.

Alipius Carmaniola, non Cariniola, vt malè quidam, Taurinensis, Eremitarum sancti Augustini vir doctrina eximius, sacrarum Scripturarum studiosus,

&

& illo æuo pręclarus Verbi Dei Concionator, scripsit

Sermonũ volumina duo super Euãgelia, & Epistolas, quæ toto anno in Ecclesia recitantur. Vbi adsunt sermones in Euangelia, & Epistolas festiuitatum B. Virginis Mariæ, quos citat incõparabilis Pater Hippolytus Marraccius in sua Bibliotheca Mariana. De eo scribunt Posseu. in Appar. Sacro, Thomas Gratianus in Anastasi Augustiniana, & Iosephus Pamphilus Episcopus Signinus in Chronic. Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini. Aduerte tamen, quod illud Chronicon non est Iosephi Pamphili, sed Honufrij Panuini, vt me docuit doctissimus Ioannes Baptista Mari Romanus, & Collegiatæ Ecclesiæ sancti Angeli in Foro Piscium Canonicus, quod, & constat ex indice M. S. librorum dicti Panuini, qui extabat apud præfatum Canonicum, apud quem asseruabantur magni facienda M. S; fuitque vir eruditione eximius, & antiquitatum diligentissimus indagator, vt adnotauit in suis Epistolis celeberrimus ille cęcus oculis, eruditione videns VINCENTIVS ARMANNVS Eugubinus, cuius memoria non attramẽtarijs caracteribus, sed gemmis, sed Adamantinis lapidibus sculpenda esset. Hic enim est, qui dum vitalem hanc auram aspexit, dumque viginti, & amplius ab hinc annis visiua facultate orbatus de-

git

git in Orbe, vltrà quinquaginta opera lucubrauit, partim edita, partim edenda. Viuat doctissimus, & eruditissimus hic Vir sibi, Patriæ, Orbi, Deo. Habet hoc anno 1661., quo hæc scribimus ann. 50.

Aloysius Iugularis Ciuitatis Niceæ Societatis Iesu, vir clarus, eruditione eximius, scripsit

Elogia Patrum vtriusque Ecclesiæ. Impres. Taurini 1640. in 8. Lugduni 1645. in 4. apud Guillelmum Barbier, Genuę 1641.

Christus Deus, & Homo.

Iudicium Agaffini Solarij ex Comitibus Moretæ Sanctorum Mauritij, & Lazari Equitis. Taurini 1645.

Italico vero idiomate

Schola della verità aperta à Prencipi. Impres. Taurini 1650.

Panegirici.

Il Funerale della Principessa di Masserano. Taurini 1639 in 4.

Il Funerale di Vittorio Amedeo Duca di Sauoia. ibidem 1639.

La Saluaguardia di Genoua. Oratio est recitata in Ecclesia Beatissimæ Virginis Mariæ Vinearum, occasione celebrationis Anniuersarij Coronationis Beatissimæ Virginis eiusdem Ecclesię coram Serenissimo Senatu. Impres. ibid. apud Io. Mariam Farronum, Nicolaum Pesagnum, & Petrum Franciscum Barberium 1641. in 4.

Regis

Regiæ Celsitudinis Caroli Emanuelis II. Sabaudiæ Ducis &c. incliti generis notitia. Impress. Monachij in Bauaria 1650.

Quaresimale. Impress. Mediolani 1665. in 4. apud Ludouicum Monzam.

Ariadna Rethorum, quæ impressa est Taurini apud Zapattam 1651. sub nomine Antonij Britij Braydensis, ab aliquibus tribuitur Iugulari. Scripsit, & alia quædam, vt notauit Alegambe. De eo meminit Ludouicus Iacob in sua Biblioth. Pontificia lib. 2.

Aloysius Tana Cheriensis Societatis Iesu, vt malis, quæ à pessimis oriuntur linguis occurreret, edidit librum, quem prænotauit

Freno alla lingua, che ponge, e censura le attioni altrui. Discorsi 9. per saggio dell' opera dell' Huomo Rinouato. Impress. Taurini apud Heredes Francisc. Ferrofini 1650.

Habet pre manibus

L' Huomo Rinouato.

Il Mezo per cui l Huomo si rinoua.

Aloysius Franciscus Morotius à Monteregali, in Cathedrali suæ Patriæ Ecclesia Archipresbiter, Serenissimi Sabaudiæ Ducis Eleemosinarius, & Beatissimæ Virginis Castri Rochæ Baldorum Abbas, vir omni eruditionis genere ornatus, prudentia, morumque suauitate amabilis. Scripsit italico sermone Panegyric. Il

Il sole, che nasce. Impres. in Montereg. apud Ioan. Gislandum 1643.
Item. *La Fenice rinouata.* Ibid. apud eumd. 1644. Panegyric. est in die natalis Christinę Frácicæ, quę dies anno illo prima fuit Quadragesimę.
L'Elettione reprouata di Saule primo Rè d'Israele. Impres. Taurini apud Bartholomeum Zapattam 1662. Opus est tum stili Maiestate, tum sapientia æstimabile.
Breue racconto della vita, e morte di Madama Reale Francesca di Borbon Duchessa di Sauoia, &c. Ibid. apud eumdem 1664.
Habet prę manibus Historiam Heli Sacerdotis Iudeorum sub titulo
Indulgenza perniciosa.
Item. *Roboamo mal consigliato*.
Gieroboamo male auueduto. Et alia.
De Morotiorum nobilissima Familia pauca dicere iniustum, multa superfluum, tāto enim elucet splendore insignis, vt meo calamo nihili lli superaddi possit hoc tantum reticere nolui, quod ab anno 1238. iam vndecim possedisse Feudos constat.
Alphonsus Moditius Monferratensis I. V. D. Scripsit.
Lib. 2. quæstion. & Resolutionum in § .tit. secundi instit. Iustin., idest, de Iure Naturali Gentium, & Ciuili. Impres.

pref. Taurini 1611.

Alphonsus Vagnonius Taurinensis ex Comitibus Truffarelli Societ. Iesu vir zelo Religionis, & fidei insignis. Ad Indos profectus, vt Catholicam doctrinam Idolatris annunciaret, multos ad fidem perduxit. Scripsit

Annuas Epistolas à Sinis. 1618.

Tractatus 4. *De Deo.*

De Anima immortali.

De Peccato Originali.

De Verbi Dei Incarnatione.

Sinensi lingua scripsit

Doctrinam Christianam.

Vitas Sanctorum.

De Quatuor Nouissimis.

De Consolatione.

De Memoria Artificiali. De eo scribit Philippus Alegambe in Bibliothec. Societ. Iesu.

Alphonsus Martinus Viualdus Ordinis Prædicatorum vir doctus, & pius, edidit librum quem prænotauit

Candelabrum Aureum. In quo omnes Casus Conscientiæ materię deciduntur.

Item italico idiomate

Schola Cattolica morale. Hi duo libri in Decreto Sacræ Congregationis Indicis sub die 7. mensis Augusti

1603.

1603. prohibiti ſunt, donec corrigantur.

Item illuſtrauit *Gloſſis* Tractatum, cui titulus eſt *Zelus Chriſti contra Iudæos, Sarracenos, & Infideles Petri de la Caualleria*.

Item edidit. *Aureum Rabbi Salomonis Tractatum.*

Nota autẽ, quod in fronte præfati Tractatus Petri de la Caualleria noſter Alphonſus, qui & aſſeritur Author Candelabri Aurei, ſcribitur Hiſpanus, & benè. Adnotauit autem Comes Mangarda Bonardus, fuiſſe verè à Monteregali, vbi Viualdorum Familia nobilitate clariſſima floret; & ideò hic illum appoſui, licèt verè Hiſpanus ſcit, vt euidentiſſimè conſtat ex Epiſtola dedicatoria Candelabri Aurei, quod Alphonſo Eſtenſi 2. Ferrarię Duci dicauit, vbi habet hæc ipſiſſima verba. Accipe igitur Sereniſſime Princeps, vt Hiſpanorum Patronus, quod tibi dono dat Hiſpanus. Georgius Draudius in ſua Biblioth. Claſſica, qui pręponit nomen Martini Alphonſo tribuit illi, quod ediderit Tractatum inſcriptum

Baculus Sacerdotalis. Impreſ. Coloniæ 1600.

Item Tractatum

De Verbis Dominæ, hoc eſt, quæ Maria Virgo Mater Dei ad Angelum, & Cognatam Elizabeth locuta eſt Impreſ. Venet. apud Ciotti: Bononię Doctor, & Magiſter Sacram docuit Theologiam.

AMADEVS Octauus Sabaudiæ Dux primus, qui cum Principatui renuntiasset, & solitariam vitam amplexus fuisset, à Basileensi olim Concilio, postmodùm Conciliabulo in Summum Pontificem electus, Felicis quinti nomen assumpsit, & tandem cognita electionis nullitate, spontè se Pontificatu abdicauit, & cum Sanctitatis opinione diem suum clausit, multa scripsit, vt sunt

Epistolæ.

Bullæ. Cæteraque id generis, quæ in sex voluminibus continentur, ea asseruantur in publica Geneuensis Ciuitatis Bibliotheca.

Item *Statutorum lib. 5.*

Antonius Sola vir grauissimus æquè ac doctissimus (de quo suo loco) in Proemio suorum Commentariorum ad Statuta, & Decreta, &c. de Amadeo scribens, sic ait. Quantum ad Amadeum, Sereniss. ipse Dux multa memoratu digna, & pręclara, & heroica gessit. Inter cætera Pontificem Auenione cum Sede Apostolica expulsum Niciæ recepit, Equestrem sacrumque Ordinem, qui Annunciationis Virginis communitèr nuncupatur anno 1409. restaurauit, Mauritianos Equites instituit; Statum, & Imperium suum Ciuitatibus ac Populis adauxit, Francorum Regi in rebelles auxilio fuit: deficientes repressit, ad conciliandas controuersias de Pontificatu Oppidum

præbuit.

prębuit. Regem Cypri captiuum magno ęre redemit. Ad Hæreticos profligandos auxilia misit, Libros Statutorum promulgat. In Concilio Basileensi Pontifex creatur, approbatisque omnibus in suo Pontificatu gestis, paci consulens Pontificatu cedit, & post mortem miraculis clarus inter Beatos creditur. Hæc omnia latius, & elegantissimè Pingonius Car. 53. Sed insupèr ita iustitiæ obseruator, vt non tantum ob singularem iustitiam ipsius subditi exultarent, sed etiam vniuersus Orbis congauderet, ac tantæ modestiæ, vt mortuo Achaiæ Principe, cui successerat, Populos per ipsum Principem acquisitos in libertate dimiserit, vt se dederent, cui vellent, in qua libertate constituti voluntariè suæ Celsitudini se subiecerunt. Hęc Sola.

Amator Ruga Vercellensis Clericus Regularis sancti Pauli vir miræ deuotionis, & pietatis. Per multos annos fuit Serenissimis Sabaudię Infantibus Mariæ, & Catharinæ à Confessionibus, quæ cum Sanctitatis fama obierunt. Scripsit in sexdecim tomos italico sermone.

Esercitij Spirituali sopra tutte le parti dell' Anno. Impres. Taurini apud Pizzamighium.

Ambrosius Raconisius à Raconisio nobili in Pedemontio Oppido, & multis præponendum Ciuitatibus, Ordinis Seruorum Beatissimæ Virginis Mariæ

vir

vir doctus tum in humanis, tum in Sacris litteris, & tã versu, quam soluta oratione mirabilis. Scripsit.
De Peccato Originali, cuius initium est. *Peccatum meum contra me est semper*.
Edidit, & *Quadragesimale perspicuum.*
Item opusculum partim versu, partim prosa
De Laudibus Beatæ Mariæ Virginis.
Versus quoque elegantes
De Laudibus Sanctæ Crucis.
De Iudicio Finali.
De eo scribunt Archangelus Gianius Annal. Sacr. Ordin. Seruorũ Cent. 3. lib. 5. cap. 2., & Centuria 3. lib. 2. c. 14. & Marraccius in Biblioth. Mariana. Floruit circa ann. Domini 1466. Ambrosium imitatus Magister Ludouicus Berlandus Papiensis Doctor de Raconisio, Carmina duo millia centum viginti. *De Incarnatione, & Resurrectione Domini* vberrimè cecinit; quem hìc adscripsi, non quod Pedemontanus, sed quia ipse Doctor de Raconisio appellari voluit.

Ambrosius Vignatus Taurinensis eques I. V. Doctor, & ad Paulum 2. Pontificem Maximum pro Serenissimo Sabaudo orator. Scripsit.
De Vsuris.
Commentar. in c. 2. tertij Decretal. rubric de Parroch.
Orationem; quam nomine Sabaudi habuit ad Paulum 2. Pontif.

Pontif. Maximum. Habetur impressa Parisijs 1509: cum Epistolis Philelphi.

Tractatus de Hæresi cũ. Comment. Francisci Pegnæ; adiecta est Ioannis Lopez, de Palatios Ruuios allegatio in materia Hæresis, & Pauli Chirlandi Tractatus de Hæreticis, & eorum Poenis cum notis eiusdem Pegnę in 4. Romæ annò Domini 1581. De eo scribit Georgius Draudius Biblioth. Classica.

Ambrosius Antonius Scarampus Cribellus Canellarum Marchio, Eminentissimi Cardinalis Alexandri Cribelli legitimus Filius, vir fuit antiquissima nobilitate illustris, proprijs virtutibus eximius, & pietate Summus, olim pro Serenissimo Carolo Emanuele huius nominis primo Taurini Gubernator. Hic vt propriæ deuotioni satisfaceret iam ætate grandeuus Sacra Hierosolimitana monumenta maxima deuotione, summo dispendio, & magnis incommoditatibus visitauit, & tandem ad Patriam reuersus, scripsit itineris memorabilia sub titulo *Viaggio Sacro di Gierusalemme*.

Extat duobus tom. in fol. M.S. apud Illustrissimũ Canellarum Marchionem prefati Ambrosij Nepotem Alexandrum Scarampum Cribellum virum eruditione, prudentia, animi magnitudine, morum suauitate maximis comparandum. Cribellæ Familiæ à Mediolano oriundæ nobilitatem, antiquitatem, & magni-

magnitudinem describere laboriosum esset, cum non solum Vrbani tertij Pontif. Maximi, & Purpuratorum Patrum splendore clara existat, sed & alios habuerit armis, consilijs, scientia, Sanctitate, & aliorum dignitatum decore eximios viros, quos longum esset recensere. Inter alios habuit B. Christophorum Cribellum Ordin. Minorum, de quo Arturus in suo Martyrologio sub die 12. Febr. ad ann. 1467. Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig; Bzouius tom. 18. Annal. Eccles. ad ann. 1471. paragraph. 36. Marcus Vlyssiponensis part. 3. supl. lib. 5. c. 37. Ipsius corpus asseruatur in Conuentu sancti Cerbonij extra Lucam.

Amadeus Comotus Taurinensis Clericus Regularis sancti Pauli vulgò Barnabitæ, in gratiam Monialium Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis. Scripsit italico idiomate.

La vita di Madama di Chantal Fondatrice della Visitatione. Taurini apud Io. Sinibaldum 1646. in 4.

Le Dieci Giornate, ò sia Esercitij Spirituali per la solitudine di quelle Religiose. Impres. Taurini.

Item latino sermone.

Panegyric. in laudem Venerabilis Francisci de Sales Episcop. Geneuens. impres. Anneссij.

AMADEVS Filius Amadei Domini Alberiripæ Sabaudus, habitum induit Monasticū in insigni

Abbatia

Abbatia Altecombæ Ordinis Cistercienſis, vbi poſtquam ſumma cum laude Abbatis officium exercuiſſet, ad Epiſcopatum Lauſanenſem tranſlatus fuit, vt habetur ex cap. 8. lib. 2. Vitæ D. Bernardi. Vir fuit illuſtris Sanctitate, conſpicuus doctrina, caſtitate eximius, & præcipuè ad ſanctiſſimi patris Bernardi imitationem erga Deiparam Virginem addictiſſimus. Scribũt (quod notabile eſt) natum in die ſanctæ Virgini Agneti Sacro, eodem die initium dediſſe ſtudijs, monaſticam emiſiſſe profeſſionem, & Abbatis decoratum dignitatẽ. Simile quiddam legimus de Inuictiſſimo Carolo quinto Hiſpaniarum Rege, & Romanorum Imperatore. Scribunt enim ipſius vitæ auctores, Natum in die ſancto Apoſtolo Matthiæ Sacro, eodem die ſancti Matthiæ Imperatorem confirmatum, & conceſſam Regni Neapolitani (vt loquuntur) inueſtituram. Bononiæ à Clemente VII. eodem ſancti Apoſtoli die Corona donatum Imperiali, & tandem celeberrimam illam in ſancti Matthiæ feſto obtinuiſſe ad Ticinum victoriam, in qua Franciſcus primus Galliarum potentiſſimus Rex in ipſius manus deuenit. Mirabile etiam eſt, quod Sigebertus in Chronic. anno Domini 535. Scribit de Sanctiſſimis viris Medardo, & Gildardo, quorum Commemoratio fit ab Eccleſia octaua die Iunij, qui Fratres vterini, eodem die nati, vno eodemque die Epi-

ſcopi conſecrati, Medardus quidem Nouiomenſis, Gildardus vero Rhotomagenſis, eodem tandem die mortalitatem exuentes ad cœlos euolarunt.

Nec omittendum duxi (licèt non ad rē, quia tamen mirabile) quod Ioſephus Breſcianus Cremonę Hiſtoricus pag. mihi 2. adnotauit, quod ſcilicèt quotquot præfatam Cremonam ex ea parte, & Porta qua Caſalem maiorem reſpicit hoſtili animo inuaſerunt, vel victos, vel irrito, & vano conatu Ciuitatem tentaſſe. Otto Imperator anno Chriſti 70. ex illa parte, & Porta Ciuitatem inuadens, à Vitellio victus, & fugatus fuit. Veneti ann. 1427. contra eandem ab eadem parte accedentes à Philippo Maria Vicecomite Mediolani Duce fugati ſunt; & iterùm 1431. à Franciſco Sfortia. Marchio Ioannes Ludouicus Palauicinus anno 1525. Dux Exercitus Regis Galliarum capto Caſali maiore ad Ciuitatem acceſſit ex eadem parte, qua ad Caſalem itur, & non ſolùm victus, ſed & captiuus remanſit. Nec diſſimilem ſortitus eſt ſortem Petrus Strottius ann. 1544. Noſtris temporibus Carolus Gonzaga Dux de Niuers, & poſteà Mantuæ ex eadem parte tētauit irrito conatu 1628 Ciuitatem; quod & Franciſco Eſtenſi Mutinæ Duci 1648 eueniſſe recordamur; ità quod fatalis eſt omnibus contra præfatam Ciuitatem hoſtili animo accedentibus per prędictam portam aggreſſio.

Octo

Octo edidit Amadeus Homilias de laudibus Deiparę Virginis tum ſtylo dulciſſimas, tum myſterijs inſignes. Geruaſius Sopherus aſſerit in præfatis homilijs tantum ineſſe energiæ, efficaciæ, & feruoris, vt nemo poſſit eas perlegere, quin ardentiſſimum in Beatiſſimam Virginem concipiat affectum, & ad maximam erga illam excitetur deuotionem, amorem, & reuerentiam.

Homil. I. De Fructibus, & Floribus ſanctæ Virginis Mariæ.

Homil. II. De Juſtificatione, vel ornatu Mariæ Virginis.

Homil. III. De Incarnatione Chriſti, & Virginis Conceptione de Spiritu Sancto.

Homil. IIII. De Partu Virginis, ſeù Chriſti Natiuitate.

Homil. V. De Mentis robore, ſeù Martyrio Beatæ Virginis.

Homil. VI. De Gaudio, & admiratione Beatæ Virginis in Reſurrectione, & Aſcenſione Filij.

Homil. VII. De Beatæ Virginis obitu, Aſſumptione in Cælum, & exaltatione ad Filij dexteram.

Homil. VIII. De Mariæ Virginis plenitudine, ſeù perfectione, gloria, & ergà ſuos clientes patrocinio.

Miræus in Auctario notat, quod cum ſupraſcriptas Homilias nulli manifeſtaſſet, ſollicitatus tamen à Sorore ſanctimoniali Virgine, vt illud pretioſum munuſculum illi communicaret, conceſſit Sororis petitioni, ea conditione, vt illa viciſſim iucundum

quoque munuſculum, quod à Beatiſſima acceperat Virgine impertiret, continuò Soror miſſit Laneam Chirothecam, quę vſque in pręſentem diem in Reliquiario glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Ciuitatis Lauſanenſis aſſeruatur. Ex quo apparet quantum, & Frater, & Soror Auguſtiſſimę Cœlorum Reginæ adhuc viuentes cari extiterint.

Has Homilias excuſſas iam 1517. Baſileæ apud Adam Petri, Doctiſſimus Theophilus Raynaudus Societ. Ieſu edendas iterùm curauit Lugduni 1633. Ante ipſum autem iam Richardus Gibbonus Societ. Ieſu Theologus Audomaropoli imprimi præfatas Homilias fecerat.

Aduerte autem ſupinum errorem Henrici Vuillot, qui in ſuis Athenis Franciſcanis Homilias præfatas attribuit cuidam Amadeo Luſitano ex Franciſcanorum Familia, qui claruit ſub Paulo II., & Sixto IIII., cum verè ſint noſtri Amadei, qui obijt anno 1158., fuitque Cancellarius Federici primi Imperatoris, ab eoque, ſicut & ab Eugenio III. Pontif. Maximo, & Conrado II. Imperatore non ſolum obtinuit confirmationem Priuilegiorum ſuę Eccleſiæ, ſed ad noua concedenda paratiſſimos habuit. De noſtro etiam Amadeo mentio habetur in teſtamento Amadei Sabaudiæ Comitis, in quo deputatur Tutor Humberti III. eius filij, & Sabaudię Comitis.

Quod

Quod autem Homiliæ ſint noſtri Amadei aſſerunt Aubertus Miræus in Auctario cap. 384. Conradus Geſnerus, Geruaſius Sopherus, Poſſeuinus, & alij.

Amadeus à Ponte ex Lombriaſci Comitibus I. V. Doctor eximius, & in ſupremo Pedemontano Senatu primus Sabaudiæ Ducis Preſes integerrimus; ſcripſit

Quæſtiones Laudemiales, ſeù de Laudemijs deſumptas ex ſuo Tractatu Feudali.

De Feudis. Impreſ. Francofurti apud Petrum Kopff. 1597. in 8.

Quis ſit Iudex in cauſa Feudi. Impreſ. Auguſtæ Taurinorum 1580. in fol. & Vuitteb. apud Clem. Berg. 1619. in 8. De eo ſcribit Draudius Biblioth. Claſſica.

Amadeus à Puteo Bugelenſis Comes Ponderani, & Roani, Marchio Viqueriæ, Eques magnæ Crucis ſanctorum Mauritij, & Laſari, & ſanctiſſimę Annunciatę, vir præter ſanguinis antiquam nobilitatem, ſapientia, prudentia, ſcientijſq; ornatus, litteratorum amator, ſcripſit diuerſos, varioſque

Tractatus Hiſtoricos tam ſacros, quam prophanos, in quibus multos, notabileſq; vulgarium Hiſtoricorum errores demonſtrat. Extant M. S. apud H H. Romæ pro Sabaudiæ Duce apud Pontificem Maximum Orator extitit. Obijt Taurini anno Domini 1644.

ANASTASIVS (alijs eſt Athanaſius, ſed male)

lè) *Germonius* ex Ceuæ Marchionibus. Patrem habuit Ioannem Baptiſtam Germonium. Matrem verò Catharinam ex antiquiſſima, nobiliſſimaq; Ceuę Familia. Natus eſt anno 1551. menſe Martij in Oppido Salarum eiuſdem Marchionatus ditionis, & Materni dominij. Ad annum vſque 24. adeò negligens ſtudiorum fuit, vt vix Grammaticę principia debilitèr attigerit; ità tamen, & tam nobili conatu ſe poſteà totum ſtudijs emancipauit, vt in virum doctiſſimum euaſerit. Taurini enim primum, deindè Patauij, vbi Cephalum Decianum, & Menochium audiuit, tam ardentèr ad Legum, Sacrorumq; Canonum diſciplinam ſe conuertit, vt breui tempore Auguſtam Taurinorum reuerſus, poſt acceptam à Guido Panzirolo doctiſſimo homine, qui tunc temporis in publica illa celeberrima Vniuerſitate Veſpertinæ præerat lectioni, vtriuſque Iuris Laurea; ab Academiæ moderatoribus Veſpertina Iuris Pontificij Cathedra donatus fuerit: quo munere ità delectatum ferunt, vt Prothonotariatus Apoſtolici dignitate donatus, & Taurinenſi Archidiaconatu pingui admodum Sacerdotio auctus, Iuris Pontificij explicandi, quod aſſumpſerat munus, minimè deſerendum putauerit. Romam Taurinenſem Archiepiſcopum, vt Cardinalitia donaretur dignitate, abeuntem, comitatus eſt; apud quem, & totam Romanam Aulam tantæ fuit

ſempèr

ſempèr æſtimationis, & auctoritatis; ità etiam diligebatur, vt ipſis ſummis Pontificibus Sixto quarto, Vrbano ſeptimo, Gregorio decimoquarto, Innocentio nono, & Clementi octauo ſummè carus extiterit. Clemens autem ſtatim atque ad maximam illam Pontificatus ſe euectum conſpexit dignitatem, Anaſtaſium noſtrum in illum, quem ipſe obtinebat in Cardinalatu locum, congregationis ſcilicèt compilationis Decretalium. vulgò huc vſque ſeptimæ dicti, ſuffecit, & quod magis gloriam auget, Germonijque ſapientiam demonſtrat, ipſi ſoli, vt Gloſemmata conficeret, curam demandauit, quæ magno perfecit ſtudio. Ab eodem ſapientiſſimo Pontifice vtriuſque Signaturę Referendarius creatus eſt. Tandem poſtquam Aſtenſem, & Salutiarum nobiles reſſpuiſſet Eccleſias, Archiepiſcopus Tarantaſienſis electus pro Sereniſſimo Carolo Emanuele huius nominis primo apud Regem Catholicum Legati ordinarij munere fungens Madriti obijt 4. die Auguſti anni 1627. tumulatuſq; eſt in Diui Hieronymi Cænobio. Multa, eaque præclara ſcripſit, ea ſunt.

Annotationes, & Gloſſæ.

Paratitla in lib. quinque Decretal. Gregorij IX. Impreſ. Taurini 1586.

Aduerſionum lib 2.

Tractatus de Sacrorũ immunitatibus. Impreſ. Romę 1591

De

De Indultis Apostolicis. Ibid. eodem anno.
Acta Tarantasiensis Ecclesiæ. Ibidem 1625.

Omnes hi libri tanta doctrina, rerum varietate, & elegantia referti sunt; vt scripserit Panzirolus, gloriari non modo ei in mentem venisse, quod per se magnum est, & laudandum, sed etiam ab eo prorsus, magnaque laude perfectum esse id, quod ante eum neque perfectum erat, nec perfici posse putabatur; quare iure optimo Lancellotus in suo de Attentatis Tractatu referens quãdam Germonij sententiam, eum pleno ore vocat virum inter recentiores doctissimum, & inter doctissimos eloquentissimum. Paulus Benius, & Antonius Posseuinus maximæ ęstimationis viri, adnotarunt, Germonium sacros Canones Lutetię, Taurinorum summa cum laude multos annos docuisse, & doctissimis, elegantissimisque Commentarijs illustrasse, atque Clementis Octaui iussu Sacri Tridentini Concilij Canones septimo Decretalium inserendi, & illius glossemata luculentis notationibus, interdùm etiam nobilissimis Quæstionibus explicandi, & illustrandi onus suscepisse. Iacobus Cuiacius in Iure versatissimus postquàm in libros Pandectarum, & Codicis Paratitlos confecisset, decreuerat de Iure Pontificio scribere, at statim ac Germonij Paratitla impressa conspexit, refert Guido Pãzirolus sibi dixisse. Se libentèr idem studium currere voluisse,

voluisse, sed Germonium sibi palmam arripuisse.
Scripsit etiam latino Carmine
De Academia Taurinensi. Impres. Taurini.
Item soluta oratione.
De Indultis Apostolicis Cardinalibus cõcessis. Romę 1623
Epistolarum Pastoralium lib. 3. Ibidem.
De Legatis Principum, & Populorum. Ibid. 1627.
Item alium librum, quem prænotauit
Pomeridianæ Sessiones. In quo linguæ latinæ dignitatẽ aduersus eos defendit, qui cum ea Etruscum Idioma non solùm conferre, sed anteponere audent. Impres, Taurini apud Io. Varronem 1580.

Aduertendum autem, quod Miręus, qui non Anastasium, sed Athanasium eum vocat, scribit in Aula Regis Catholici Legatum fuisse Philiberti Sabaudiæ Ducis, cum non Philiberti, sed Caroli Emanuelis omninò legendum sit. Extat apud Comitem Germoniũ ex Fratre Nepotem pulcherrimum M. S. *De Rebus suis, seù De ipsius vita.* De eo agunt Gesnerus in suplemento, Miræus cap. 204. Panzirolus. De Claris Legum interpretibus lib. 3. c. 60. Posseuinus, Georgius Draudius in sua Biblioth. Classica, Thomas Iames in Biblioth. Bodleiana pag. mihi 219. & alij.

Andreas Baua Clericus Secularis Fossanensis pietate, & zelo Christianæ perfectionis illustris, scripsit italicè pro Animarum vtilitate.

Institutionem Vitæ Christianæ. Impres. Taurini 1564.

Andreas ab Ecclesia nobilis Salutiēsis Laurentij Filius, & Ioffredi Frater, (de quo suo loco) I.V. Doctor, Ludouici huius nominis primi Salutiarum Marchionis in regimine per quadraginta annos totius Status Vicarius Generalis, vir in rebus sui Principis tractandis integerrimus, & in negotijs vigilātissimus, scripsit. *Consilia diuersa.* Impres. Lugduni, Venet. & Francofurti anno Dom. 1573. Floruit circa ann. Domini 1433. Familià hæc litterarum amatores omni tempore possedit, vt ex hac Biblioth. patebit, in qua plures enumerabis Familiæ ab Ecclesia Scriptores. Omitto ipsius antiquam nobilitatem in Pedemontio Præsulum, & Senatorum numero Claram, Genuę Patritiorum, & Diuitiarum abundantia illustrem, Mediolani Cardinalium splendore eminentem.

Andreas Guibertus à sancto Stephano Comitatus Nicię Oppido, Decanus Ecclesiæ Tononens. in Sabaudia vir pius ac doctus, edidit Gallica lingua *Faces mysticas Orationis mentalis. Le Flambeau mistique de l'Oraison mentale.* Impres. Taurini 1624.

Adoratio veri Dei. Adoration du vray Dieu. Alia habebat præ manibus Spiritualia scripta, sed an impressa sint, scire non potui.

Andreas Laurentius à Beluedere Comitatus Niciæ Regis Christianissimi Prothomedicus, & in Monpel-

liensi

liensi Academia Decanus Professor, scripsit
De Chirurgia, & Anotomia in 5 libr. cum Figuris Aeneis. Impress. Parisijs 1600. in fol.
Scripsit item operum suorum Tomum alterum continens scripta Therapentica decem, nimirùm.
Tractatum de Crisibus.
De Mirabili Strumas sanandi vi.
De Nobilitate visus, eiusq; conseruandi ratione.
De Melancholia lib. 2.
De Senectute.
De Morbo Articulari.
De Lepra.
De Lue Venerea.
Annotationes in Artem paruam Galeni.
Consilia Medica. Impress. sunt omnia Francof. apud Guil. Fitzerum 1621. in fol.
De Crisibus lib. 3. Adiecta est *vniuersalis quædam Methodus ad Prognosim, & Crises omnium morborum, sed præcipuè acutorum conferens.* Ibidem apud Palchenium 1595. in 8. & apud Nicolaum Hoffmanum 1606. in 8. Huius mentionem fecerunt Georgius Draudius Biblioth. Classica, Io. Antonid. Vanderlinden de scriptis Medicis lib. 1. & alij

Andreas Leuamus à Peglia eiusdē Comitatus edidit
De Arte Grammatica. Impress. Mediolani 1590.

Andreas Roßottus Ordinis Cisterciensis, & Con-

gregationis S. Bernardi Monacus ex Ciuitate Montisregalis huius Bibliothecę compilator. De eo mentionem fecerunt Maraccius in ſua Bibliotheca Mariana, Santhus Comes in libro cui titulus, Sapientià Stoicorum, Illuſtriſſimus æquè ac Doctiſſimus Carolus Chartarius in ſuo ſyllabo Aduocatorum Conſiſtorialium, & nouiſſimè D. Carolus de Viſch in Bibliotheca Scriptorum Ciſtercienſium, ſcripſit, & vulgauit italico ſermone.

La Caduta di Dauide. Impreſ. Romę apud Vitalem Maſcardum 1641. in 12.

Maria Vergine Coſtante. Ibid.

Ammano Lamentante. Ibid.

Giacobbe Ripatriante. Ibidem apud Hæred. Corbelleti 1646.

Il Filiſteo Abbatuto. Ibid. apud Io. Petrũ Collin. 1653

Peripetie della Chorte rappreſentate nelle vite de' Fauoriti cioè Tomaſo Volſeio detto il Cardinale Eboracenſe lib. 1. Ibid. apud Franciſcum Monetam 1652.

Tomaſo Cromuelo lib. 2. Ibidem apud Angelum Barnabo 1655.

Barda fauorito dell'Imperatore di Coſtantinopoli lib. 3. apud eumdem 1657.

Conſtellationi Feſteggianti all'apparire della nuoua Stella de' Magi, verſu italico. Ibid.

Peregrinatione de' Magi. Eodem verſu. Ibid. apud Hæredes

redes Corbelleti 1649.
Epinicio alle Sacre Reliquie de' Santi Martiri Sebastiano, & altri, che riposano nel Cemeterio di Calisto. Versu italico. Ibid. apud Franciscum Monetam 1651.
La virtù Trionfante, & il vitio depresso. In sex Dialog. diuis. Impress. Genuæ apud Petrum Ioannem Calenzanum 1661. In hoc libro, quidam Scrupulosi duo adnotarunt. Primò, in Dialogo primo vbi dixi Lutherum se ipsum laqueo suspendisse, cum communitèr apud Scriptores, in lectulo mortuum repertum, legatur: sed isti non viderunt, quod scripsit Thomas Bozius de signis Ecclesiæ lib. 23. signo 96. cap. 3. vbi ipsius mortem, & mortis modum describit. Vide Lector. Secundò in Dialogo 4. vbi dixi Piè credere, quod omnes Summi Pontifices legitimè electi obtineant ob merita Diui Petri finalem pœnitētiam. Quæstio hęc dependet ab alia, scilicet, Si vnus homo possit alteri primam gratiam mereri. Cui respondeo cum Vulpes 3. par. disp. 26. art. 5. Hominem iustum in via, vel Sanctum in Patria posse peccatori non solum de congruo, sed etiam de condigno promereri primum gratiæ auxilium efficax excitantis, & adiuuantis illum ad infallibilitèr obtinendam à Deo gratiam iustificantem. Hanc conclusionem probat optimis fundamentis, & contraria soluit argumenta. Omitto fusius tractare hìc hanc quęstionem

ad

ad euitandam prolixitatem.
La tinè vero
Axiomata vera, & Sacræ Philosophiæ. Genuę apud Petrum Ioannem Calenzanum 1660.

Et præsentem *Bibliothecam*. Alia habet præ manibus, quæ Deo dante in lucē emittet. Hic iure optimò & verè dicere posse, quod prę humilitate de se scripsit Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ. Nempè, licèt diù recusauerim ignobile, & obscuri nominis mei mentionem huic inserere Catalogo; mihi tamen ità volentibus amicis, necesse fuit ineruditos labores meos, & vix vlla commemoratione dignos hìc breuitèr hoc loco annotare, exemplo Diui Hieronymi, Gennadij, Honorij, & Trithemij, qui in Catalogis Scriptorum à se editis, lucubrationes suas recenserūt.

Andreas Valfredus I. V. Doctor Braydensis nobilis Poeta, cuius laudes, & nobilitatem scribit illustrissimus Britius lib. 2. vertit carmine italico, soluto tamē *Lucanum*, seù *La Farsalia di Lucano*, & quidem felicitèr. Hanc eandem Farsaliam vertit olim Iulius Morigius impres. Rauennę 1587 in 4; necnon, & idem fecit Albertus Cāpanus Florentinus. Impres. Venet. 1640 in 12. Ioannes item Maria Vantus Bononiensis ad instantiam Excellentissimi ęquè ac Doctissimi Domini Mollini Senatoris Venet. transtulit italico carmine Octonis Rythmis, vulgò *Ottaua Rima*,

ma, eandem *Lucani Farsaliam*, nondùm tamen editam; sed & Eminẽtissimus Laurẽtius Cardinalis de Monticello eodẽ italico carmine, & Octonis Rythmis eandẽ transtulit *Farsaliam*. Impres. Mediolani per Cassanum à Montegazzi 1492 in 4. titulus libri iste est. *Incipit liber Lucani Cordubensis Poetæ clarissimi, editus in vulgari sermone metrico tamen per R. Patrem, & Dominum L. Cardinalem de Montichiello dignissimum.* Verùm cum apud Scriptores inueniam solũ Octauianum de Monticello Cardinalem electum ab Innocentio 2. in quarta Creatione anni 1138; nescio, quis fuerit iste L. Cardinalis de Monticello. Liber hic habetur in nobilissima Aprosiana Bibliotheca sancti Augustini Albintimillij.

Edidit Valfredus plura alia Italico Idiomate, & carmine, quæ hęc sunt. *La Città Fauorita nel ritorno dell' A. R. di Carlo Emanuele 2. di questo nome, &c. in Fossano.* Impres. Carmaniolæ 1642. in 4.

Le Feste del Pò. In nuptijs Victoris Amadei, & Christinę Taurini 1609. apud Fratres de Caualleriis in 8.

Il Piemonte Supplicante. Idilium in regressu Caroli Emanuelis 2. & Christinæ matris à Sabaudia in Pedemontium. Impres. Cunei 1643. in 4, apud Chrystophorum Strabellam.

Le Gratie Filatrici, Genetliacum pro die decima Februarij, in qua celebrabatur Natale Christinæ Du-

cissæ. Carmaniolę 1645 in 8. apud Bernardinum Columnam.
I vanti e le promesse di Virtù, e di Fortuna. Genetliacum pro die 20. Iulij Natali Caroli Emanuelis 2. Ibidem 1645 in 4. apud eundem.
La Corona di Maria Vergine. Relatio est Sacra publicę Incoronationis Sãctissimę Virgin. Rosarij. Ibid. 1646.
Il SI. Idilium Epitalamicum in nuptijs Comitis Emanuelis Britij, & Lucretiæ Carrettæ. Ibid. 1648. in 4. apud eundem.
Item è Gallica lingua in Italicam vertit Tragicomediam dictam
Il Cid. Ibid. 1647. in 4. apud eundem.
Habet præ manibus nondùm impressa multa, & varia, præsertim
Sonetti, Madrigali, Canzoni.
Dodeci Idili, Amorosi, Fauolosi, e Misti.
L'Adulto Eroe nel giorno Natalitio, quando S. A. R. fu fatto Maggiore.
Il voto essendo Mad. Reale, conceputo per sua sanità.
Lò scioglimento del Voto doppo la ricuperata sanità di Madama Reale.
Li Scherzi della Fortuna. La Prigionia.
Vn Volume di diuersi Epitalamij.
Del Parto della Vergine di Giacomo Sanazaro lib. 3.
La Passione del Saluatore con le figure del Testamento vecchio

chio recitatiuo in Scena, & in trè Atti distinta. Carmine soluto.
Un volume di Sonetti, e Madrigali in lode de' Santi.
Vn volume d' Orationi Sacre.
Gl' Horatij e Curiatij Tragedia. Et alia multa.
Latino verò Idiomate habet
Tristium Epistolarũ libellus ad Amicos, & Dominos vol. 1.
Opus legale nempè. *Tractatus de Actionibus.*
Hic annus, quo hæc scribimus, est saxagesimus septimus Valfredi.

Angelus Auda Lantuscensis Comitatus Niciensis Ordinis Minorum strictioris Obseruantiæ vir non minus doctrina, quam pietate æstimãdus; fuit enim Lector Philosophiæ, & sacrę Theologię, Concionator illustris, & Romanæ Prouinciæ Secretarius, edidit *Ottauario d' Esercitij Spirituali.* Impres. Romæ apud Angelum Barnabò de Verme 1660. *Comment. in Reg. S. Francisci* 1664.

Angelus Blanch Ordinis Carmelitarũ natione Sabaudus, poeta illustris, in musica eximius, Hebraicæ, & Gręcæ lingue peritissimus, omnique scientiarum genere ornatus, edidit Gallico idiomate
De Beata Maria de Monte Carmelo lib. 1. Impres. Lugd. 1638. Item *De Laudibus Sancti Joannis Baptistæ. De vita, & miraculis Sancti Angeli martyris* lib. 2. hæc duo carmine scripsit. Viuebat ann. 1624. Huius men-

tionem faciunt Paradiſ. Carmelit; & Marrac. Bibliothec. Mariana.

ANGELVS Carlettus à Clauaſio, Ordinis Minorum de Obſeruantia; cuius corpus integrum, & incorruptum Cunei aſſeruatur, ſummaque habetur in veneratione. Hic vir verè Angelicus Angelicam ducens vitam, multis clarus negotijs, quæ pro Religione,& Catholica fide geſſit, non ſolum Ordinẽ Minorum illuſtrauit, ſed toti Chriſtiano Orbi Clarus effulſit. Quater Vicarius Generalis, ſanctę Cruciatę Commiſſarius Apoſtolicus à Sixto IV. Pontif. Maximo creatus, & ab Innocentio VIII. eodem munere decoratus contra Valdenſes Hæreticos pro fide laudabilitèr, & acerrimè pugnauit. Aſſeruantur hęc Apoſtolica Diplomata Clauaſij in Conuentu ſancti Bernardini, Primum Sixti 4. ſub cal. Ianuarij 1481. Duo alia Innocentij VIII. ſub dat. Quarto Nonas Septemb. 1491, vt auctor eſt Britius. Tandem plenus meritis cum Cunei in Conuentu ſancti Antonij vbi olim Minores de Obſeruantia inhabitabant, ſacræ Theologiæ lectioni vacaret ann. 1495 tertio Idus Aprilis ad cœlos euolauit. Ipſius corpus ob Sanctitatis famam in ſepulchro ſpeciali tumulatum, cum poſt triginta annos Patres de Obſeruantia ad Conuentum ſanctę Marię Angelorum ſe recepiſſent ob demolitum illum ſancti Antonij, illudque aſportare

vellent,

vellent, omninò incorruptum, & suauissimo, ac ineffabili odore flagrans repertum, venerationem ac famam auxit Sanctitatis. In Præfata sanctæ Marię Angelorum Ecclesia Sacellum extructum extat eius nomini dicatum, vbi lampades perpetuò accensæ conspiciuntur, quodque votiuis tabellis, Cereis, alijsque miraculorum, & Gratiarum monumentis vndiq; ornatum apparet. Scripsit.

Summam de Casibus Conscientiæ, vulgò dictam, *Summam Angelicam* tali doctrina ornatam, vt licet istis temporibus in immensum Casuistarum creuerint libri, nihilominùs adhuc in magna existit æstimatione, celeberrimaque habetur. Summam præfatam doctissimis illustrauit additionibus Iacobus Vngarellus Patauinus eiusdem Ordinis, & nouissimè Petrus Vendramęnus Venetus I.C. ab erroribus expurgatam annotationibus ornauit.

Scripsit item tractatum

De Restitutionibus.

Item alium quem prænotauit

Arca Fidei Impres. Alcalà 1562.

Notat Illustrissimus Episcopus Albensis lib.3. Scripsisse permulta alia pietatis, & sapientię plena opuscula legentibus perutilia, & quæ passim mirabilem ingenij eius felicitatem præ se ferunt.

De Beato Angelo mentionem faciunt Io. Trithe-

mius de Scriptor. Ecclesiasticis, Georgius Draudius Bibl. Claſ. Miræus in Auctario, qui mortuum ſcribit 1494. Galterius in Tabula Chronologica ſæculi 15. de Scriptor.Eccleſ. Spondanus ad ann. 1487. Picquetus in Catalogo virorum illuſtriũ Ord. Min. Marcus Vlyſſiponenſ. 3.par.ſupl. lib. 5.c.29.47.& 52.item lib. 6.c.32.37.40.41. item lib. 7. c. 11. & 26. Geſnerus, Poſſeu. appar. Sacr. tom. 1. Britius vbi ſupra, Vuadingus De Script. Ordin. Minorum, Bellarminus De Script.Eccleſ. & alij.

Extat Epiſtola Angeli Clauaſij *De Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis* reſponſiua ad aliam Io. Ludouici de Viualdis. Sic inſcribitur.

Epiſtola reſponſiua Fratris Angeli de Clauaſio Ordinis Minorum Epiſtolæ miſſiuæ eidem per Venerandum Fratrem Joannem Ludouicum de Viualdis Ord. Prædicatorum Sacræ Theologiæ Bacchalaurium. Hęc Epiſtola cum alia Viualdi extat M.S. in nobiliſſima Bibliotheca Ventimilienſi Patris Angeli Aproſij viri doctiſſimi Congregationis Genuenſis Sancti Auguſtini.

Angelus Nepos à Montecalerio Ordinis Carmelitarum in gratiam promouendorum ad Sacros Ordines edidit librum, quem inſcripſit

Erotemata Sacramentorum. Impreſ. Taurini 1614.

Angelus Spenellus Sabaudus Anneſſienſis eiuſdem Inſtitut. doctiſſimus homo, qui vt ſuam ergà Beatiſ-

ſimam

ſimam Cœlorũ Reginam declararet deuotionẽ, ſcripſit librum Gallico idiomate, quem prænotauit
Fax Sacra deuotionis Deiparæ. Impreſ. Lugduni 1634. quo ipſe viuabat.

Angelus Clemens Ghiottus ex Oppido Liburni Congregationis Eremitarum S. Auguſtini Lombardiæ Sacerdos, vir in muſica eximius, quiq; cum per multos annos artem muſicam docuiſſet, edidit
Veſperas Miſſas, Motettos. Reliquit in ſui nominis memoriam organum proprijs conſtructum ſumptibus in Templo Auguſtinianorum Liburni, vbi ipſius corpus tumulatum eſt.

Annibal Codrettus Sabaud. Patria Geneuẽſis Soc. Ieſu in humanioribus litteris excellẽs, multa in Societate geſſit, & ætate grandeuus obijt Auenione 1599. ętatis ſuę 70. linguas latinam, Græcam, & Hebraicã optimè calebat, & ante Religionis ingreſſum Papiæ Medicinę Profeſſor extitit. Scripſit
Grammaticas Inſtitutiones, ſeù *Breuia quadam Grammaticæ Rudimenta*. Meminit Alegãbe in ſua Bibliotheca.

Annibal Rotarius à Caſali ſancti Euaſij humanarum litterarum Profeſſor ſcripſit italica lingua librũ, quem prænotauit
Il Scholaro. Impreſ. Patauij.

ANSELMVS Archiepiſcopus Cantuarienſis in Anglia Ciuis Auguſtæ Prętoriæ, Monacus ſancti

Benedicti

Benedicti, vt apud Trithemiũ de viris illustr. Ordinis sancti Benedicti lib.2.c.101. vbi recenset eius scripta. Thomas Vuionatus putat sanctum Anselmum ortum Augustæ Taurinorum, Frizon in sua Gallia purpurata asserit fuisse Gallum, alij volunt in Anglia natum. Nouissimè Hippolytus Marraccius vir alioquin multa dignus laude, in sua Bibliotheca Mariana vocat sanctum Anselmum natione Burgundum; sed isti omnes certissimè allucinãtur. Si enim (vt par erat) vidissent Vitam pręfati sancti ab Edinero Anglo ipsius conuictore, & socio duobus libris conscriptam, quæ habetur apud Surium Tom.2. sub die 21. Aprilis, profectò cognouissent nec Taurinensem, nec Gallum, nec Anglũ, multò minùs Burgundum extitisse, sed Pedemontanum, & Augustæ Prętorię, licèt Augusta Prætoria non sit in Pedemontio strictè. Adnotauit Venerabilis, & Sanctus Franciscus Salesius Geneuẽsis Episcopus in sua Introductione ad Vitam deuotam par.2.c.13. Nam Edinerus (alijs est Eadmerus) sub initio hæc ipsissima verba habet. *Pater eius Gundulphus, mater Ermerberga vocabatur. Utrique iuxtà Seculi dignitatem nobilitèr nati, nobilitèr sunt in Augusta Ciuitate conuersati; quæ Ciuitas confinis Burgundiæ, & Longobardiæ Ermerbergam in se edidit, Gundulphum in Longobardia natum, ciuem sui ex aduena fecit.* Quid clariùs dici potuit? Per Augustã autẽ Ciuitatem, Au-

gustam

gustam Prętoriam intelligendam esse, nemo est qui ignoret, tum quia apud Historicos cum Augusta simpliciter nominatur, Prętoria est: tum etiam quia de sola Prętoria confines Burgundię, & Longobardiæ verificari possunt; licèt enim valdè distet à Burgundia propriè dicta, tamen si antiqua Burgundiæ nomina attendere volumus, Augusta Prętoria proculdubio ipsi confinis habebitur. Extat, & altera eius Vita ab Edmundo Monaco Cantuariensi edita, qui addidit Tractatum de Discordia orta inter Anselmũ, & Regem Anglorum, vt habetur apud Henric. de viris illustrib. cap.7.

Scripsit Sanctissimus hic Antistes multa, eaque pręclara, pręcipuusq; habetur inter illos; qui sanctissimam Dei Genitricem ab omni Originalis maculæ culpa immunem faciunt.

Ciacconius in Greg. VII. scribit Sanctum Anselmum instituisse in suo Archiepiscopatu celebrationem Festi Conceptionis Beatissimę Virginis, quam anteà primus instituerat Patriarca Aquileiensis Monacus Benedictinus, filius Caroli Regis Francię anno 841.

Aduerte autem, quod circunferuntur quędam Commentaria in Mattheum sub nomine Anselmi, quę tamen non Anselmi, sed Petri Babyonis, seù de Babyone Angli sunt, qui viuebat anno Domini

1366.

1366. non 1300, vt non benè ſcripſit Ioannes Bonã in ſua notitia Auctorum. Anſelmi Opera prout ea edidit Pater Theophilus Raynaudus Societ. Ieſu (De quo ſuo loco) Lugduni 1630 vnico Tomo in folio hęc ſunt. Præmiſit *Lib. tres Epiſtolarum.* Deindè opuſcula digeſſit in quatuor Claſſes, Prima continet Didactica, ſcilicèt Doctrinalia, Secunda Aſcetica, id eſt, Spiritualia, Tertia Paręnetica, quæ ſunt Exhortatoria, Quarta Notha, quę ſunt Suppoſititia.

Prima pars Opuſculorum continens Didactica, ſiuè Doctrinalia.

Monologion. Proſologion.

Liber incerti Auctoris pro inſipiente, aduersùs B. Anſelmi in Proſologio ratiocinationem.

Beati Anſelmi liber contra inſipientem, ſiuè Apologeticus contra librum præcedentem.

Dialogus de veritate. Dialogus de Libero Arbitrio.

Dialogus de Caſu Diaboli.

Diſputatio Dialectica de Grammatico.

Tractatus de Sacramento Altaris.

Liber de Fide, ſiuè de Incarnatione Verbi.

De nuptijs Conſanguineorum.

Libri duo contra Gentiles. Cur Homo Deus.

De Proceſſione Spiritus Sancti contra Græcos.

De Conceptu Virginali actiuo, & Peccato Originali.

Declaratio incerti Auctoris, in dicta quædã præcedentis libri.

Fragmen-

Fragmenta variarum Sancti Anselmi tractationum. De Conceptu Virginali passiuo.

De tribus Valeriani Quæstionibus, ac præsertim De Fermento, & Azimo.

De Sacramentorum diuersitate.

Concordia Præscientiæ Prædestinationis, & gratiæ cum libertate.

Liber de Voluntate Dei.

Pars Secunda Opusculorum continens Ascetica, siuè Spiritualia.

Libri decem Meditationum.

Liber de Salute Animæ, qui & Manuale dici potest, perperam hactenùs Diuo Augustino adscriptum.

Meditatio ad Sororem De Præteritis, Præsentibus, ac futuris beneficijs Dei.

Meditatio De Passione Christi.

Alloquia Coelestia, siuè Faculæ Piorum affectuum ergà Deum Christum, Deiparam, Coelites complures, numero quinquaginta septem.

Mantissa Meditationum, & Orationum.

Hymni, & Psalterium in Commemoratione Deiparæ.

Liber Me Excellentia Gloriosæ Virginis Mariæ.

Liber De Quatuor Virtutibus Beatæ Mariæ, eiusque sublimitate.

Passio SS. Giugneri, siuè Fingaris, Pialæ, & Sociorum.

Pars Tertia Opusculorũ cõtinẽs Parænetica, idest, Exhortatoria.

Liber Exhortationum ad contemptum temporalium, & desiderium æternorum.
Admonitio Pro Moribundo.
Parænesis Ad Virginem lapsam.
Sermo, seù Liber de Beatitudine.
Homilia in illud Euangelij Intrauit Jesus in quoddam Castellum.
Homiliæ in aliquot Euangelia.
Carmen De Contemptu Mundi.
Alia nonnulla Carmina.

Pars Quarta Opusculorum complectens apertè Notha, seù Supposititia.

Liber De Similitudinibus à Diuo Anselmo adhiberi solitis.
Quædam dicta vtilia collecta ex dictis Sancti Anselmi.
Liber De Mensuratione Crucis.
Dialogus De Passione Domini.
Liber de vestimētis, & manibus, & actibus Deo attributis.
Elucidarium.
Libri duo de Imagine Mundi. Hi duo libri attribuuntur Honorio Incluso.
Comment. in Scripturam Pater Theophilus reiecit, quia verè falsò Anselmo tribuuntur, sed cuius essent, cum S. Anselmum edidit, ignorabat; ego autem iam adnotaui supra esse Petri Babyonis.
Comment. item in Epistolam Pauli. Sunt Herueι Natalis Magistri Generalis Ordinis Prędicatorum. Vide Dedicato-

Dedicatoriam operi appositam, in qua iudicium fertur de eisdem Commentarijs, & cur cum sint Herueį Anselmo tribuantur.

Comment. in Apocalypsim creduntur Anselmi Laudunensis, qui vixit tempore Henrici IV. Imperatoris ann. 1110.

Comment. in Cantica Canticorum incerti sunt Auctoris; tribuuntur tamen eidem Laudunensi Anselmo sub cuius nomine prodierunt Parisijs 1550. & vt vno verbo dicam, Comment. quæcunque in Scripturam, quę Diui Anselmi nomine inscripta circumferuntur, sunt absolutè supposititia. Ad Cœlos euolauit annò Domini 1109; vt habetur apud Edinerum, & Sigebertum in Chronic; quod, & adnotauit Baronius tom. 12. annal. ad eundem annum Paschalis 2. Sũm Pontif. ann. 10.

Antonius Astensis Ordinis Sancti Augustini insignis Theologus scripsit Volumen grande *Super Primum Sententiarum*; quod ait Iosephus Panfilus in supracitato Chronic. Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, ni potius Honufrius, vt adnotaui in Verbo Alipius Carmaniola, Mediolani in Bibliotheca Sancti Marci custodiri.

Item *Sermones super Euangelia Dominicalia à Paschate vsque ad Aduentum*. Verùm aduertendum est tręs reperiri Scriptores sub hoc titulo Astensis. Vnus est

hìc de quo in præſenti agimus, Antonius Ordinis S. Auguſtini, qui floruit (vt diſco ex Ioſepho Pamphilo) anno Domini 1395; Alter eſt Aſteſanus Aſtenſis; ſeù vt alij, Aſteſanus de Aſteſanis, qui (vt ſuo loco dicemus) ſcripſit *Summam Caſuum Conſcientiæ*, vulgò, *Summa Aſteſana*, qui claruit ſub ann. Domini 1330, vt colligo ex Mirȩo, Geſnero, Bellarmino, ab Eccleſia, Vuadingo, & Britio. Tertium adnumerat Vuadingus, quem parum poſt præcedentem aſſerit floruiſſe, cuius vult eſſe *Comment: in Apocalypſim. Comment. in libros Sententiarum. Sermones de Tempore.* Verum *Comment. in lib. Sentent*; & *Sermones de Tempore* tum à Ioſepho Pamphilo, tum à Geſnero, & alijs Antonio Ordinis Sancti Auguſtini tribuuntur. Dicendum igitur vel Vuadingum ex Auguſtiniano Franciſcanum feciſſe, vel duos fuiſſe, qui Comment. & Sermones ſcripſerint, vel ipſum confundere tertium cũ primo: quod Lectoris iudicio relinquendum duxi. Antonius tamen de quo in præſenti, nuſquàm conſtat in Apocalypſim calamum tractaſſe. In Regia Sabaudi Bibliotheca extat M.S. Antonij Aſtenſis Elegiacum Carmẽ *De Rebus Aſtenſium.* Vtrum autem hic Antonius Auguſtinianus, an Franciſcanus fuerit, mihi non conſtat.

Antonius Auguſtinus Codrettus Ceſpitellenſis Comitatus Niciæ I. V. D. vir, pietate, & eruditione illuſtris

illustris scripsit italico sermone
L'vliuo prodigioso. Historia Panegirica del Grã Carlo Emanuele Duca di Sauoia. Impres. Taurini 1647. in 4.
Item *L'Huomo Deificato Historia Panegirica di S. Antonio di Padua.* Impres. in Monteregali 1657. in 4.
La palma trionfante Historia Panegirica di Vittorio Amedeo Duca di Sauoia. Taurini apud Zapattam 1662.
Il Colosso. Historia Panegirica del Prencipe Thomaso di Sauoia ibidem apud eundem 1663.

Antonius Bagnasaccus ex Andurno Vercellensi Oppido I. V. Doctor, & Caroli Emanuelis huius nominis Primi Patrimonialis Aduocatus, scripsit
De Successione Regni Galliæ. Impres. Taurini 1593.
Edidit item multa *Consilia Legalia*, quæ sparsim impressa sunt. Extant, & quædam *Consilia Feudalia* inter Consilia Ozaschi. Impres. Taurini 1624.

Antonius Baldoinus à Caramania humanarum litterarum Professor, scripsit Opusculum Rethoricum, quod prænotauit
Flosculi Rhetoricorum. Impres. Taurini 1604.

Antonius Balochus, seù *de Balocbo* cõmunitèr nuncupatus Antonius de Vercellis Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ vir doctus, & Cõcionator Apostolicus per vniuersam celeberrimus Italiam, scripsit Quadragesimale *de duodecim Excellentijs, seù Mysterijs Christianæ Fidei.* Impres. Lugd. apud Nicolaum

Chate-

Chatelanum 1504. Prodierat olim Venetijs anno 1492. apud Gregorium de Gregorijs sine titulo quadragesimalis. Scripsit & aliud Quadragesimale *De Aeternis Fructibus Spiritus Sancti*, quod tamen nondùm impressum est. Incipit Prologus *Multi sunt vocati*. Extabat M. S. apud Doctissimum virum Lucam Vuadingum in Conuentu Sancti Isidori Romę. In fine Prologi citat illud primum Quadragesimale sub eodem titulo, *De duodecim Excelentijs Christianæ Fidei*. Hoc secundùm Quadragesimale diuidit in septemdecim Tractatus, siuè Conciones sub his titulis.

1. *De Paucitate Saluãdorum, & Electorum.*
2. *De Necessitate bonorum operum.*
3. *De Magna multitudine electorum glorificandorum.*
4. *De Indubitabili certitudine æternæ felicitatis.*
5. *De Ineffabili Beatitudine Electorum.*
6. *De Spirituali Schola virtutum ad beatitudinem acquirendam cuilibet necessaria.*
7. *De Pietate, Bonitate Dei circà hominum salutem.*
8. *De Excellentia, & Fructu Verbi Dei.*
9. *De eodem.* 10. *De Eodem.*
11. *De Necessitate Sequella, & imitatione Christi Domini.*
12. *De Secunda Contemplatione eiusdem.*
13. *De Tertia Contemplatione eiusdem.*
14. *De Firmo proposito amplius non peccandi.*
15. *De Sanctissima Charitate ergà Proximos.*

16. De

16. *De Scala Infernali damnandorum, & duodecim eiusdem gradibus.*
17. *De Excellentia, & necessitate liberi Arbitrij.*

Vnumquemque Tractatum diuidit in varias contemplationes. Scripsit insupèr *Tractatum De Virtutibus.* Impres. in Oppido Hagenau ann. 1513. in 4.
De duodecim miraculis Fidei Christianæ.

Alia etiam scripsisse testantur Vuillotus, & Posseuinus. Vixit circa ann. Domini 1470. De eo scribunt Miræus cap. 20. Gesnerus, Britius, Vuadingus, & Salutiarum Episcopus.

Quidam noster Scriptor parum consideratè adnotauit mortuũ Vrbeueteri cum magna Sanctitatis opinione, ibique vt Beatum venerari: Verùm ego huius rei postulaui ab Illustrissimo, Doctissimoq; viro Domino Carolo Cartario Sacri Consistorij Aduocatorum Decano nobili Vrbeuetano, qui re communicata cum eruditissimo Domino Filidio Marabottino nobili item Vrbeuetano Phisimbi Marabottini, & Aureliæ Marscianæ filio eiusdem clarissimi nominis Cartarij ex Maria Magdalena Marabottina Cognato, mihi in hunc modum rescripsit. A Domino Filidio Marabottino Cognato meo, quem de Antonio Vercellensi Ordinis Minorum consului, ita mihi quod ad te respondeam, rescriptum est. Frater Antonius Vercellensis Ordinis Minorum anno 1460.

Concio-

Conciones Quadragesimales habuit in hac Vrbeuetana Ciuitate in Ecclesia Diuo Francisco Sacra maximo animarum fructu, & totius Ciuitatis applausu: quod ex eo constat, tum quia ciuiles perplures radicitùs amputauit factiones, tũ etiã quia Vrbetauetani suplices porrexerunt Summo Pontifici præces, vt sequenti anno iterùm in eandem ad concionandum mitteretur Ciuitatem. Quoad annum autem, & locum mortis, sicut & quoad veneratione͂, nec ex suis scriptis, nec ex aliquo alio minimo signo cognoscere quidquam potuisse, scribit idem Marabottinus.

Antonius Bargensis Abbas Congregationis Montis-Olıueti in Regno Pannonię vir magnę prudentię, & doctrinę, scripsit

Historiam suæ Congregationis.

Antonius Bellacomba Taurinensis I. V. Doctor, & in Supremo Pedemõtano Parlame͂to Senator, edidit

Additiones ad communes Doctorum opiniones. Impres. Taurini 1545.

Additiones ad Comment. Jasonis. Ibid. 1592.

Consilia varia sparsim impressa.

Antonius Berga Taurinensis Philosophus, & Medicus insignis, scripsit

Paraphrasim, & Disputationes Selectas in lib. Aristot. De ortu, & interitu. lib. 4. Impres. Augustę Taurino. Officina Francisci Dulcij 1568. in 4.

De

De Magnitudine Terræ, & Aquæ contra Sententiam Alexandri Picolominei. Ibid. 1579.

Comment. in Proemium Physicæ Aristotelis.

Disputat. de Phantasmate. De primo Cognito. Responsio ad Logicam Augustini Bucij. Hæc tria impressa sunt in vno volumine Taurini 1573.

Scripsit etiam

Natales prælectiones. Impres. in Monteregali 1565. in 4. apud Leonardum Torrentinum. In præfata Ciuitate publicè docuit Medicinā. De eo scribunt Draudius, Vanderlinden, & alij.

Antonius Borrinius ex Canali Oppido Astensi I. V. Doctor, qui Iuris Ciuilis Cathedram in publica Taurinensi Vniuersitate obtinuit. Sripsit

De Seruitijs Vassallorum. Impres. Taurini 1495. apud Io. Baptistam Beuilaquam.

Antonius Britius Braydensis Sacerdos, & Theologus, vir eloquens, edidit librum quem prenotauit *Ariadne Rhetorum manuducens ad eloquentiam Adolescētes.* Impres. Taurini typis Bartholom. Zapattę 1651

Antonius Brunus, qui licèt natus sit Māduriæ Regni Neapolitani Oppido, tamen, quia ipse Astæ in Pedemontio suam stirpem antiquissimam ortam gloriabatur, ideò hìc inserendum duxi, verè enim ipsius Familia inter antiquas Astenses habetur. Vir fuit Musis carissimus, vt Poeta illustrissimus, & ab Ro-

manis Academicis in tanta habitum vidi veneratione, vt ipso Academiam ingrediente omnes assurgerent. Edidit Carmine Etrusco
Epistole Heroiche lib. 2.

Scripsit item
Il Presagio. In nuptijs Principis Venusię.
Canzone per la pace d'Italia. *Le Veneri.*
La risposta alle Epistole Heroiche.
I Fasti poesie Liriche.
Museo. Poesie Liriche.
Radamisto. Tragædia.
Due volumi di lettere.
La Ghirlanda. Elogium est Ducis Vrbini
Le Metamorfosi. Poema est Octonis Rythmis
L'Academico.
Le trè Gratie. Huius mentionem fecerunt Ianus Nicius Erythræus Pinacothecæ par. 1. c. 138. Leo Allacius in Apibus Vrbanis, & alij.

Antonius Burgontius à Maro cęcus edidit carmine simplici, deuoto tamen
Giudicio vniuersale, nel quale si tratta del fine del Mondo, &c. Impres. in Monteregali apud Ioannem Gislandum 1661. in 16.

Antonius Castilioneus à Casali Sancti Euasij Ordinis Sancti Augustini, olim Taurini Philosophię Professor, edidit librum, quem prænotauit

Lingua

Lingua ad modos Prudentiæ instituta. Impreſ. Bononiæ 1646.

Antonius Cagnolus Foſſanenſis Medicus inſignis ſcripſit.
Tractatum de Remedijs præſeruatiuis, & curatiuis peſtis. Impreſ. in Monteregali apud Io. Vincentium Caualleris 1598; nec aliud edidit quicquid ſcribat quidam Pedemontanus.

Antonius Coccettus I. Doctor Sabaudus, cum Bononię ſtudijs operam daret, recitauit, & edidit Orationem latinam
De Laudibus ſtudij Bononienſis. Impreſ. ibid. 1607.

Antonius Colõbetus Sabaudus I.V. Doctor, & in materijs Legalibus verſatiſſimus ſcripſit Gallica lingua
Tractatum Criminalem cum multis Deciſionibus Senatuũ Burgundiæ, Delphinatus, Sabaudiæ, Ouerniæ, Prouinciæ, aliarumque propinquarum regionum. Impreſ. Lugd. 1678.
Conſilia diuerſa. Ibid.

Item latina lingua Volumen cui titulus
Conſiliatores ſuper Cod; ſeù Concordantiæ Conſiliorum Doctorum ad Leges Cod; in quibus reperiuntur lecturæ intellectus, & materiæ dictarum Legum. Impreſ. eſt primò Lugd. 1541; & poſteà Romæ 1571.

Antonius ab Eccleſia à Sancto Germano Ordinis Prædicatorum, vir doctrina illuſtris, pietate tamen,

& Sanctitate illustrior, qui in Comensi Ciuitate ad Cœlos euolauit anno reparatę salutis 1459. cum sui Ordinis Conuentui pręesset. Huius merita testantur inuocantes illũ in suis necessitatibus, imò & multa narrantur à Deo per ipsius patrata intercessionem miracula. Scripsit quędam tum in *Theologia*, tum in *Iure Canonico* partim impressa, partim adhuc desiderantur. Meminerunt Io. Michael Pio de Viris Illustr. Ord. Sancti Dominici part. p. lib. p. Leander Albertus De Viris Illustr. Sancti Dominici lib. 5. & alij

Antonius Faber in supremo Sabaudię Senatu primo causarum Patronus, posteà pro Serenissimo Carolo Emanuele huius nominis primo Primus Pręses vir in legali scientia nemini sui Æui secundus; ita vt Magni nomen non immeritò sibi acquisierit. Fabri laudes scripsit Antonius Brunus in suprema Dolana Curia Procurator generalis, Claudius Clemens in suo Museo lib. 1. sect. 8. c. 4. vocat Fabrum, Christianę pietatis adytum, reconditioris Iurisprudentiæ sacrarium, omnis litteraturę promptuarium, memorię prodigium, modestiæ miraculum, multa scripsit, & optima.

Centum Decades De erroribus Pragmaticorum. Impres. Francofurti 1598. & Lugduni 1605.

Coniecturarum Iuris Ciuilis lib. 20. Lugduni 1581. & 1595. & 1600.

De

De Patrui hæreditate in solos Fratris Filios diuidenda. Lugduni 1598.
Rationalia in Pandectas in 3. Tomos distinc.. Impref. Aurelianę apud Heredes Petri de la Riuiere 1626 & alibi.
Codicem Fabriani. Opus est omnibus notissimum, cõtinens varias Senatus Camberiensis Decisiones in duo volumina distinctum. Impref. Lugduni tertia vice 1660.
Iuris Prudentiæ Papiniane scientia. Lugduni 1607. Quatuor continet volumina.
De varijs Nummariorum debitorum solutionibus. Impref. Taurini 1614. cum alijs Doctorum tractatibus De Monetis.
Compendium practicæ Judiciariæ, & ciuilis.
Consultatio de Montisferrati Ducatu pro Serenissimo Sabaudiæ Duce contra Serenissimum Mantuæ Ducem. Lugduni 1617. in 4.
Adest & *volumen Consiliorum* nondum editum
Edidit item carmine, Gallico tamen sermone, Historiam Gordianorum Imperatorum, quam pręnotauit *Les Gordiens*. Impref Lugduni.
Eodem carmine, & sermone *De Sancta Sindone*. Impref. Taurini.
Camberij diẽ suum clausit 28. Februarij anni 1624. ætatis suę 67. sepultusque est in Ecclesia Franciscanorũ

norum, vbi ad ipſius magnificum ſepulchrum appoſitum eſt magnum Epitaphium lingua Gallica. Plura de Fabro habentur apud Guicheronum.

Antonius Folcharius Patria Nicięſis ex Oppido Sancti Spiritus, ni potiùs Sancti Stephani, prout ipſe in operis ſui titulo pręfert, Societatis Ieſu. Vir eruditione, & multis virtutibus inſignis, religioſa tamen ſimplicitate, & Chriſtiana humilitate pręclarus. Eius Opera valdè vſi ſunt cuiuſq, generis homines, tùm Eccleſiæ etiam Principes varijs in locis, & vbiq, laudabilitèr. Sereniſſimæ Æleonoræ Auſtriacæ Mantuę Duciſſæ totis nouem annis fuit à Confeſſionibus, & duos Mantuæ Principes Franciſcum, & Ferdinādum inſtituit: eo in opere febre correptus cum Sacrū facere aggrederetur, poſtremum ſibi fore non vano vaticinio prędixit. Obijt Mantuæ 11. Octobris 1601 Scripſit italico ſermone

La vita della Sereniſſima Eleonora Archiducheſſa d'Auſtria, Ducheſſa di Mantoua, e Monferrato. Impreſ. Mātuæ per Franciſcum Oſanam 1598. in 4. De eo ſcribunt Poſſeu. Appr. Sac. tom. 1. Alegambe Biblioth. Script. Soc. Ieſu.

Antonius Gallia à Fraſſineto Montisferrati Ordinis Seruorum Beatę Marię vir doctus ęquè ac pius edidit in ſeptem libros diuiſum tractatum, quem italica lingua inſcripſit

I Sette

I sette parocismi, ò dolori di Maria Vergine. Impres. Taurini.

Antonius Gallicanus Sabaudus Conuentualiũ Sancti Francisci, Sacræ Theologię Professor, scripsit *Disquisitiones super Regulas, Statuta, & Historias trium Ordinum Sancti Francisci.* Impres. Vales. apud Martinum Salstemũ 1635. in 4. meminit Vuadingus.

Antonius Gislandus, seù de Gislandis de Iaueno Ordinis Prædicatorum hæreticę prauitatis Inquisitor Taurinensis, vir doctus, & tam in Symbolica Theologia, quam etiam in humanis litteris insignis, scripsit librum, quem prę notauit
Opus aureum. Continet octo millia dubia, quæ proponit super Euangelia totius anni, & soluit ea communitèr secundùm Doctrinam Patrum. Fuit opus impres. Taurini anno Domini 1507. & posteà alibi. Claruit ad ann. Domini 1490. Mentionem de eo fecerunt Sixtus Senensis Bibliot. Sanct. Gesnerus, Antonius Senens. Bibliothec. Ordin. Prædic. Marrac. Bibliot. Mar. Io. Mich. Pio, Georgius Draudius Bibliot. Class.

Antonius Goueanus. Ex hac Familia viri scientia singulares, prudentia eximij, atque religione insignes prodierunt. Originem suam ex Lusitania Goueani agnoscunt, & inter Patritios nobilesque Taurinenses adnumerantur. Inter alios effulsit Antonius Goueanus

nus Eremitarum S. Augustini, qui per multos annos Goæ Sacram docuit Theologiam in India Orientali in Cęnobio suæ Religionis. Pro Reg. Catholico Philippo 2. ad Xaabam Regem Persarum Legatione functus, & in Hispaniam reuersus Vlyssipone in Lusitania consecratur Episcopus Cinensis in Persia, vbi titulo Legati Apostolici remissus fuit. Scripsit. *Comment. De Rebus gestis Alexij Manezij Archiepiscopi Goani*. Antonius autem noster cuius causa hæc de Episcopo Antonio adnotauimus, duos habuit Fratres Martialem, & Andream. Andreas in Theologicis scientijs eximius fuit, cuius opera Ioannes III. Portugallię Rex vocatis à Gallia Doctoribus celeberrimam erexit Conimbricēsem Academiam. Martialis vir doctus edidit Parisijs *Grammaticam latinam, Epistolas, & Elegias* Ouidium imitatus. Antonius verò vir fuit magni ingenij, & excellentis doctrinæ. In Ciuitate Montisregalis Ius Ciuile multa cum laude publicè docuit. In Augusta Taurinorum à Sabaudię Duce Consiliarij dignitate decoratus, ibidem sexagesimum agens annum vitam hanc exuit mortalem. Edidit per multos libros, ij sunt.

Variarum lectionum lib. 1.

Epigrammata.

Epistolæ. Impres. Lugduni apud Sebastianum Gryphium 1540. in 8. Respondit pro Aristotele *Ad calumnias*

lumnias Petri Rami. Parisi. 1543.
Isagogen porphyrij stylo eleganti transtulit. Ibid. 1641.
Ciceronis, Virgilij, & Terentij opera castigauit.
Enarratio in Ciceronis Orationē contra Vatinium testem.
Critica Logicæ pars, certans cum M. Tulij Topica. Paris.
Comment. in Ciceronis Topica. Ibid.
Comment. in duos Priores libros Epistolarum ad Atticum. Ibid. 1543.
Comment. in libros de Legibus. Ibidem apud Thomam Richardum.

Vtrum autem ediderit (prout promiserat) *Comment. in Terentium, & integram Aristotelis Organi translationem,* adinuenire non potui. De eo scribunt Miręus cap. 86. & cap. 155. Gesnerus, Gaddius, & alij. Scio hunc Antoniū in Lusitania natum, sed quia & Familiam Taurini, vbi in pręsenti floret transtulit, & Taurini scripsit, & ibidem diē suum clausit; ideò inter Pedemontanos Scriptores adnumerare non dubitaui. Bibliotheca Hispanica de eo mentionem facit Tom. 2. & 3. Bibliotheca tandem Tigurina notat scripsisse
Libros variarum lectionū, De Substitutionibus ad L. Falcidiam, ad L. Gallus, in lib. Digest. vel in tit. de Iurisdict. omnium Iudicum.

Antonius Grādat Sabaudus à Clusia in Faucigni Ordinis SanctiFrancisci de Obseruantia Sabaudię Du-

cis Theologus, edidit Gallica lingua
Pourtrait Spirituel de Princes , & de Roys. Impres. Lugduni 1650.

Antonius Groppus Vercellẽsis Grãmaticus, scripsit *Breue Comment. supra Grammat. Alexandri de Villa Dei* Impres. Bugellę 1555.

ANTONIVS Lascarus ex Comitibus Tendę Niciensis, nobilitati Sanguinis sapientiam, & morũ integritatem copulauit. Ad Episcopatum Regiensẽ in Prouincia assumptus, verbo, & exemplo commissas sibi animas docuit. Edidit
Decreta Synodalia
Lascarorum Familiam Imperatorum Gręcorum sanguine ortam, omnes sciunt, totq; gloriatur genuisse Illustrissimos viros, sapientissimos Principes, fortissimos Milites, & Equites, vt summis iure comparari possit: Hoc tantum addam Diuum Antonium Magnum Matre genitum Lascara ex Comitibus Vintimilij, quo in loco natus est, licet educatus in Ægypto paterno domicilio.

Antonius Monachus Patria Ceuensis I. V. D. Taurini Lector, & Pauperum Aduocatus, postea Florẽtię Rotę Auditor, inde Bononię, tandem Taurini Senator non minùs morum probitate, quã doctrina ęstimandus, edidit. *Decisionum Tom.* 2. quorum primus continet Decisiones Florentinas, alter Bononien-

nienses. Item
De executione in vestibus.
Tractatus de Feudis.

Antonius de Nazario Vercellens. Ord. Prędicatorum in Iure Canonico, & Sacra Theologica scientia eximius, in philosophicis,& humanis disciplinis optimè versatus, scripsit in Iure Canonico summam copiosam per modum Alfabeti, quam pręnotauit.
Lucerna Judicialis.
Item scripsit. *Sermones Festiuos, & Dominicales per totum annum*. Scripsit, & quędam *philosophica*. De eo scribunt Iacobus de Suzato in Chron. Antonius Senēs. Bibl. Ord. Prædic. Marrac. Bibl. Mariana, & alij

Antonius Nicellus Taurinensis Christophori Filius (de quo suo loco) I. V. D. illustris, Patrem imitatus scripsit tractatum
Quo casu citatio non valeat.
Concordant. Contrarietatum Bartoli à Saxoferrato.
De Concordijs Glossarum. Meminit Gesnerus, Georgius Draudius, & alij.

Antonius Orecchius Astensis Poesis amator, scripsit italico versu
Rime nella morte di D. Celso Adorno Barnabita. Impres. Astæ 1604.

Antonius Plontius Plotiensis Cathedralis Montisregalis Theologus vir facetus, & Orator non cō-

temnendus, in Theologia, & explicanda Sacra Scriptura magnus, edidit Orationem, quam in Synodo recitauit coram Carolo Argenterio dignissimo eiusdem Ciuitatis Episcopo.

De Ecclesiastica dignitate, & disciplina. Impres. ibidem 1605.

Antonius Ponchierius à Sancto Germano Poeta scripsit italico sermone.

Rime in lode della Santissima Sindone. Impres. Casal. Sancti Euasij.

Antonius Rattaccius Vercellensis Ordinis Minorum Sancti Francisci olim Prouincialis, vir pius, edidit italico sermone librum, quem prænotauit

Esercitij Spirituali soliti à farsi da Padri Minori Conuentuali di S. Francesco. Impres. 1656.

Antonius Saxani vulgò *de Saix* Sebusianus, Sancti Antonij Burgensis apud Sebusianos Commendator, Abbas Sanctæ Mariæ de Cheseriaco Diœcesis Geneuensis, Caroli Sabaudiæ Ducis præceptor, & Elemosinarius, Orator facundus, poeta non ignobilis, I. V. D; & Sacræ Thelogiæ Professor, edidit

Oratio ad Clem. VII. Papam super ipsius Massiliam aduentu. Impres. Lugd. apud Gryphium 1534. in 4.

Item. *Traduction de Plutarche.* Dicauit Francisco Primo Gallorũ Regi. Impres. Lugd. apud Arnoulet.

Item Gallica lingua

L'Esperon

L'Esperon des Sciences grossement entendues. Tom. 2. Paris. 1552. dicauit Carolo Sab. Duci.
Le Blason de Brou. Lugd.
Oraison es Funerailles en louange de Madame Marguerite d'Austriche Duchesse de Sauoye.
La Pierre du touche, pour connoistre l'Amis du Flateur. Lugd. 1537.
Traictee De la Sobriete. Lugd. 1553.
Recueil des Epigrammes, & Sonets ibid. 1559.

Viuebat anno Domini 1559. Sub Pio IV. De eo scribit Ludouicus Iacob lib. 2. Biblioth. Pontif. editæ Lugduni 1643.

Antonius Sola Taurinensis I.V. Doctor à Sabaudiæ Duce in Supremo Pedemontano Parlamento Senatoris dignitate donatus, scripsit
Comment. in Constit. antiquas Ducatus Sabaudiæ, ac Principatus Pedemontiũ. Impres. Taurini 1582. in fol. apud Hæred. Nicolai Beuilaquæ, & Francof. 1599. in fol. apud Palthenium.
Comment. In nouas Constitutiones Ducales Patriæ Cismontanæ. Ibid. apud eundem 1589.
Tractat. De Monetis; & earum augmento, seù diminutione. Ibid. 1595. & iterum cum alijs tractatibus aliorum Auctorum De Monetis 1614.

Scripsit item multa, & optima *Consilia*, quę sparsim habentur. De eo scribunt Draudius Biblioth. Classica,

Iames

Iames Biblioth. Blodeiana, & alij.

Antonius Stella Vercellensis Ordinis Minorum in gratiam Puerorum, scripsit

De Grammaticæ Rudimentis Impress. Mediol. 1517. M. S. asseruatur in Biblioth. Sancti Francisci à Vinea Venetijs.

Tractatus De Certitudine futuræ vitæ, beatitudinis, & felicitatis. Ità me docet Iacobus Philippus Thomasinus Æmoniensis in sua Biblioth. Venet. M. S. pag. mihi 108. col. 2. ante M. Georgius Draudius in sua Bibliot. Classica habet quendam *Antonium Stellam*, quem notat scripsisse

De Vita Bernardi Justiniani Patricij Venet. Impress. Venet.

Item *Elogia Venetorum nauali pugna illustrium lib.* 1. Venet. 1568. in 8.

Vtrum autem sit noster Vercellensis valdè dubito; nam Antonius Vercellensis viuebat anno 1500; pugna autem Naualis fuit tempore Pij V. qui electus fuit anno 1566.

Antonius Tana Cheriensis Ordinis Capucinorum Theologus, Verbi Dei annunciator, & pluries suæ Religionis Definitor, vt quam in corde nutriebat erga Beatissimam Virginem manifestaret deuotionē, & pietatem, edidit librum, quem italico sermone prænotauit

Il

Il pietoso Martirio di Maria Vergine Discorsi Sacri.

Antonius Taurinensis Ordinis Minorum de Obseruantia ex antiquissima Barberinorum Familia, vt videre est apud Illustrissimum Paulum Britium Albæ Pōpeię Episcop. in libro cui titulus, Seraphica Subalpinæ Diui Thomæ Prouinciæ monumenta lib. 3. & apud Vuadingum, scripsit

De Ecclesiastica Immunitate.

Antonius Thesaurus Fossanensis, & Dominus De Sarmatore Ducis Sabaudiæ in supremo Senatu Pedemontano Senator, Prouincię Astensis, & Marchionatus Ceuæ Præses, vir sūmæ integritatis, & doctrinæ edidit *Decisiones.* Impres. Hamburgi apud Frobenicū 1603. in folio.

Decisiones Senatus Taurinensis. Ibidem in fol. 1592; & iterùm 1604. cum additionibus Gasparis Antonij eius Filij, (vt suo loco dicetur). Taurini obijt, ipsius corpus Fossani translatum in Capella suorum Maiorum in Ecclesia Sancti Francisci requiescit, addito sequenti Epitaphio, quod sibi viuens scripserat.

Antonius Thesaurus Ciuis Fossanensis
In Sarmatore Dominus,
Præses Astensis:
Serenissimor. Ducum Caroli Emanuel. Philib;
Et Caroli, Emanuelis Consiliarius,
Sibi,

Sibi, suisq; Hæredibus H. M. V. posuit,
Ne Posteris crederet.
Anno Domini 1586. 6. *Nouembr.*

Tu Antonine sapiebas, qui ne posteris crederent homines, sapienter admonuisti. De eo scribunt Draudrius, Iames, & alij.

Antonius de Vercellis scripsit *Sermones* ità habetur apud Gesnerum, sed hic idem est ac Antonius de Nazario Vercellen. Ord. Prædicator.

Antonius Dominicus Tornator à Sancto Benigno Philosophus, & Medicus illustris, scripsit Tractatùm medicinalem, quem prænotauit

De Methodo recitandi quasdam curas ad eos, qui lauream suscipiunt. Impres. Taurini 1589.

Antonius Felix Imbertus Cespitellensis I. V. Doctor, & causarum Aduocatus, nec non Rhetoricę Artis amator, scripsit

Fausti auuenimenti nel giorno felice dell' Annonciatà pace. Oratio est recitata in Ecclesia Cespitellensi Sancti Michaelis. Impres. Cunei apud Barthol. Strabel. 1660. in 4.

Antonius Ludouicus Audibertus Niciensis Musarum amator, scripsit Poema. *De Fonte Santo* Impres. Niciæ 1642. typis Romeri in 4.

Antonius Maria Ferrarius Patria vt vulgò dicitur Nizza

Nizza della Paglia, humanarum litterarũ professor, scripsit

Epigrammata, & quosdam Dialogos italico sermone.
De antiquis suæ Patriæ picturis. Viuebat anno Christi 1570.

Antonius Mauritius Valperga Taurinensis pro Rege Christianissimo Marescallus, edidit librum, quem inscripsit

Essercitio militare à beneficio del nuouo Soldato, nel quale si tratta del modo di squadronare, e porre in battaglia ogni sorte di militia. Impres. Neapoli per Dominicũ Maccaranum 1653. in 8.
Item alium librum inscriptum
Indrizzo del nuouo Soldato. Ibidem apud Hectorem Cicconum 1655.

Antonius Neirottus à Riuole Ordinis Prædicatorum. Hic fuit Sancti Antonini Florentini discipulus, contra cuius monita in Siciliam adnauigauit, ex qua Neapolim rediens, incidit in Infideles Mahometanos, à quibus captus, & Tuneti perductus summa animi leuitate Christianam Religionem coram Rege, & maxima infidelium multitudine impijssimè negauit. Vxorem duxit, & per quatuor menses in illa falsissima perseuerauit Secta. Interim dum quædam illius impietatis scripta in Italicam vertit linguam, Spiritu Sancto docente, leuitates, vanitates, & turpissima

Mahometanorum agnouit mendacia, quod conuersionis, & salutis causa extitit. Tactus igitur dolore cordis intrinsecùs, & audita Sancti Antonini morte, quē Omnipotens gloriosis illustrabat miraculis, quodam die Regulari reasumpto habitu Regem adijt, & coram multitudine se impium, blasphemū, & perfidissimum declarauit Apostatam, humilimèque veniam ab Altissimo postulando, se iterum Christianum, & Catholicum fassus est, & paratissimum millies mori pro illa certissima Christi fide, quàm paulò ante tam impiè abnegauerat. Iussu Tiranni compræhensus, & in carcerem missus, tentatusque minis, donis, & amplissimis promissionibus, vt iterum fidem abnegando Mahometanę adhęreret impietati, immobilis perseuerauit, & constantissimè Christum confitendo morti adiudicatur, quàm summa animi lętitia, & alacritate suscepit, & sic inter lapides, & gladios pro fide gloriosus occubuit, & post mortem ipsius corpus ab Infidelibus in ardentissimas flammas proiectū illęsum permansit. Tandem à Christianis magno auri prętio emptum in Genuensium Ecclesia pręfatæ Ciuitatis tumulatum miraculis claruit. Obijt die 10 Aprilis 1460. Scripsit (vt diximus) quędam Sectę Mahometanę consentanea, seù verius in Italicam vertit linguam. De eo scribunt Leander Albertus lib. 2. Seraph. Razz. lib. De Beatis Ord. Prędic. Io. Michael

chael Pio de Viris Illustr. part. p. lib. 2.

Archangelus Auogadrus ex Dominis Ceridonij Cõgregationis de obseruantia Eremitarum Sancti Augustini Lombardiæ Theologus, & concionator facundus, scripsit

Volumen Sermonum. Huius Familiæ est Reuerendissimus D. Martinus Auogadrus Abbas B. Mariæ Mõtisregalis vir omnium virtutum caractere ornatus.

Archangelus ex Familia de Aijra Salti, & Priaui Ordinis Minorum Reformatorum vir pius, & doctus edidit librum italico sermone, quem inscripsit

Idea di Religioso Serafico, rapresentata nella vita del B. Angelo di Chiuasso. Impres. est Cunei apud Bartholomeum Strabellam 1664.

Item

Il mistico Serpente della Chiesa, cioè Christo adolorato, che con la memoria della sua Passione riforma la natura deprauata. Taurini apud Hęred. Io. Ianelli 1665.

Habet præ manibus curiosissimum opus, quod inscripsit

Il Spechio delle Dame di Chorte.

Archangelus Carracia de Ripalta Montisferrati Ordinis Prædicatorum Sacrę Theologiæ Magister doctissimus, cuius scientię interpretationi operam suam summa cum laude nauauit Boschi, Alexandrię, Papiæ, & tandem in Almo Bononiensi Studio. Romã

pro Pij V. Pontif. Maximi Canonizatione missus, maxima solicitudine, & diligentia iniunctũ sibi impleuit munus. Scripsit multa
Libell. de Sanctissimo Rosario Beatissimæ Virginis. Impres. Alexandr. 1589. & Romę 1607. apud Gullielm. Facciotum ab Auct. auct. & corec. & tandẽ per omnes ferè Italię Vrbes.
Tract. De Quarta Funeralium Alexandr. 1596.
Vita Sancti Baudolini Episcopi Alexandriæ. Ibidem 1600
De Miraculis à Deo patratis per quandam Beatæ Virginis Imaginem, quæ asseruatur Mantuæ in Monasterio Sancti Vincentij Ordinis Prædic. Impres. Brixiæ 1602.
Vita Pij V. Papiæ 1615. per Iacobum Ardizzonum 1615.
Breuis enarratio Gestorum Pij V. ex processibus Canonizationis extracta. Impres. Romæ typis Guillielmi Facciotti 1629.
Totus erat in scribendo pergrandẽ librũ, *De gestis Pij V.* quem an compleuerit scire non potui. Huius mentionem faciunt Fernandez. in notis Script. Prædicat. Familiæ pag. mihi 238. Leo Allatius in Apibus Vrbanis, Miręus c. 198. Lud. Iacob. in Bibl. Pontificia lib 2. Marrac. Bibl. Mar. & alij. Viuebat ann. 1653.

Arisminus Tepatus Lanciensis I. V. D. euulgauit duobus voluminibus *Compendiũ, & collectio communiũ*

opinionum

opinionum, & variarum Decisionū in Iure Canonico, & Ciuili. Impres. Taurini 1602.
Item *variarum Resolutionum lib. 1. ibid.* 1613.

Ascanius Maximus Salutiensis humanarum litterarum in sua Patria, & Monteregali professor, edidit Tragicomediam, quam prenotauit
La Griselda Hanc Tragicomediam hausit ex Historia Marchionum Salutiarum, vt videre est apud Boccacium, & Petrarcam.

Astesanus Astensis, seu de Astesanis Ordinis Minorum Theologus, & Canonista eximius, hortante (vt adnotauit Vuadingus) Theodoro Caetano Sancti Theodori Diacono Cardinali, cuius Epistolæ habentur in operis limine scripsit anno 1317.
Summam casuum conscientiæ, quę *summa Astesana* dicitur, libris octo distinctam. Impres. Venetijs 1330.
Item *Canones Poenitentiales* cum notis Antonij Augustini. De eo scribunt Mireus cap. 434 Gesnerus, Bellarminus, ab Ecclesia, Vuadingus, Britius, Posseu. Biblioth. select. lib. 3. cap 22. Abbas Trithemius lib. de Script. Eccles. qui vocat Astesanum virum ingenio profundum, consilio cautum, sententia certum, sermone compositum.

Astesanus alter. Vide supra. *Antonius Astensis*.

Athanasius Sala à Mombello I. V. Doctor, & Historicus non contemnendus scripsit latina lingua

Vitas

Vitas Nonaginta antiquorum Philosophorum. Incepit à Talete Milesio vsque ad Secundum Atheniensem.
Indicem Sententiarum, & sapientèr dictorum ab ipsis. Impres. Casali Sancti Euasij anno 1609.

ATHO AVOGADRVS Vercellensis Episcopus vir tum sanguinis nobilitate, tum doctrina, ac pietate venerabilis scripsit
Sermones ad Vercellenses.
Item *In maleficos, falsos Prophetas, Aleatores, & crapulones*. Scripsit, & alia, quę videre non potui.

OTHO VICECOMES Vercellensis, & eiusdem Ciuitatis Episcopus, tum in Sacra Theologia, tũ in Iuris prudentia eximius, quiq; moriens omnia patrimonialia bona suæ legauit Ecclesiæ, scripsit
Volumen Sermonum, & Epistolarum. Extat in Vaticana Bibliotheca.
Statuta Ecclesiæ Vercellensis.
De Præssuris Ecclesiasticis.
Sed quomodo ex Vicecomitum familia asseratur, videat quidam Scriptor Pedemontanus, mihi certè nõ constat, cum ex probatissimis Auctoribus ex Eporedię Marchionibus ortum cognouerim; Marchiones autem Eporediæ ex Arduini Italiæ Regis Sanguine ortos, notant plures Historici.

Augustinus ab Ecclesia Salutiensis I. V. Doctor, Cõsiliarius, & Senator Galliarum Regis scripsit *Multa*

Con-

Consilia, & inter alia
Consilia Feudalia. quę impressa fuerũt Lugduni 1570 Francofurti 1573. & Venetijs cumalijs aliorũ Doctorum, quę ipse in vnum volumen adunauit.
Tractatum *De Priuilegijs militum*, quem in italicam linguam vertit Nicolinus eius Frater, vt suo loco dicemus. Extat & aliud volumẽ nondum impressũ *Decisionum Senatus Pedemontani*. Erat apud Heredes. Obijt Lugduni 1572. ætatis 52.

Augustinus Biscarettus Cheriensis Ordinis Carmelitarum scripsit italicè
Allegrezze fatte in Roma dalli Reuerendi Padri Carmelitani per la Canonizatione di Santo Andrea Corsino. Impres. Romę apud Mascardum 1629. in 4.
De fauoribus singularibus, quibus Beata Virgo Carmeliticum Ordinem decorare dignata est. Opusculum 1.
Palmites Vineæ Carmeli. Viuebat anno 1638. De eo scribunt Leo Allatius in Apibus Vrbanis, & Marrac. Bibliothec. Marian.

Augustinus de Biella, seù Bugella Ordinis Sancti Augustini Theologus insignis, scripsit librum, quem prenotauit
Exempla virtutum, & vitiorum; qui quidem liber hodie sine Auctoris nomine vbiq; impressus circumfertur. Hunc etiam ferunt composuisse Prosam Defunctorum *Dies iræ, dies illa*. Verum Annales Ordinis

nis

nis Predicatorum contendunt Proſam illam eſſe Hũberti Burgandi, qui apud Poſſeuinum eſt Humbertus Burgundus, niſi ſit error (vt puto) Impreſſoris Hic fuit quintus illius Ordinis Magiſter Generalis. Floruit noſter Auguſtinus ſub ann. Domini 1486. De eo Ioſeph. Panfilus in Chron.

Auguſtinus Buccius à Carmaniola, & Ciuitatibus Taurinenſi, & Romana donatus, pro Carolo Emanuele ad aliquos Principes Orator, primam obtinuit Philoſophię lectionem in celeberrima Taurini Vniuerſitate, multa ſcripſit; partim italico, partim latino ſermone. Italicè

Il modo di conoſcere, e diſtinguere li influſſi peſtilentiali. Impreſ. Taurini 1585.

Il regimento preſeruatiuo della Peſte. Ibidem 1484.

Latinè verò

De primis Legum cauſis. Ibid. 1582.

De nutritione quæ hauritur à vino.

De partium Corporis principatu. Impreſ. Lutętiæ Paris. apud Gaſpar Metures 1647. in 4., cui tractatui accedunt *Ludouici Buccaferreæ* Oratio *De eodem negotio*, *& Julij Cæſaris Claudini* Quæſtio *De Sede facultatum Principum* cum Gaſpar. Hoffmann.

De Spiritus vitalis animatione. Ibid. 1583.

Tractatus De Sancta Sindone. Logica.

Oratio, quam in publico Conſiſtorio coram Pio V. Summo Pontif.

Pontif. habuit pro suo Principe, Georgio Costa Trinitatis Comite obedientiam præstante. Impres. in Monteregali apud Torrentinum 1567. in 8.
Oratio italico Sermone *Della Lega contro il Turco à Principi Christiani*.
Oratio latina, quam Sixto V. Pontif. Max. recitauit. Romę 1586.
Alia *in funere Maximiliani II. Imperatoris*. Taurini 1577.
Oratio in funere Francisci Valesij Alenconij Ducis habita Camberij anno 1584. 25. *Augusti*. Impres. Lugduni apud Io. Tornesium 1584. in 4.
In Ecclesiana Bibliotheca Salutiarum asseruatur M. S. *Historia latina Bucij Marchionum Salutiarum, & eiusdem Ciuitatis Illustrium Virorum*.
Scripsit item multa, & varia Carmina tum Latinè, tum Italicè, quæ sparsim edita sunt. Antonius Berga Taurinensis, & Medicus (vt suo loco adnotauimus) contra Bucij Logicam calamum tractauit. Huius mentio habetur apud Gasparum Hoffmannũ in libro De Principatu membrorum Impres. Paris 1647. & apud Io. Antonid. Vander Linden. Bucij quanti esset nomen ostendit Italicæ Homerus Torquatus Tassus, qui honoris causa in suis De Nobilitate, & de dignitate Dialogis eundẽ Augustinũ Bucciũ loquentẽ introducit. De eo scribit Lud. Iacob lib. 2.

Augustinus Chiaissus à Carignano Congregationis Sancti Augustini Lombardię vir, & doctrina, & pietate Illustris, qui in Ciuitate Lucensi, & alibi Monialibus inseruiuit à Confessionibus, quique in regendis animabus magnæ est experientiæ, vt ijs, qui perfectioni incumbunt, deseruiret, edidit.

Li Secreti della vita religiosa, con vn' Essercitio da praticarsi vna volta il Mese per disporsi al ben morire. Impres. Lucæ per Franciscum Marescandolum 1660.

Pratica per celebrare con frutto il Santo Sacrificio della Meßa

Vn Trattato delli effetti marauigliosi che produce la Santissima Communione sì nel corpo, che nell'anima da chi degnamente la riceue. Taurini apud Zapattam 1663.

Indrizzo per viuere Christianamente secondo la volontà di Dio. Ibid. apud eundem 1664.

Augustinus Faba Sauilianensis Philosophus, & Medicus scripsit

Comment. in tres lib. Arist. De Anima. Impres. Sauiliani 1596 in fol. & Taurini 1597. Aliud opus egregium *De re Medica,* quod inchoauerat, morte pręuentus perficere non potuit. De eo scribit Iames.

Augustinus Gallicius à Sancto Ambrosio Clericus Regularis Barnabita Sacrę Rituum Congregationis Romę Consultor, vir tum in Philosophicis, tum in Theologicis Magnus, suę Religionis Præpositus Generalis

neralis, & postea primus Assistens, scripsit.
Vitam, & gesta venerabilis Serui Dei Alexandri Saulij miraculorum gloria illustris.

Augustinus Mainardus Pedemontanus, cuius tamen Patriam ignoro; Clauenę in Rhetia Minister, vir impius, & damnatę memorię, vt pote à Fide Apostata, quique inter damnatos Auctores in Sacro Romano Indice recensetur, multa scripsit suæ heresi cõsentanea, quæ hic adnotare & superfluum, & indignum omninò foret; eius tamen nudum nomen apponendum duxi Sancti Hyeronimi, & Gennadij motus exemplo, qui inter Ecclesiasticos Scriptores eterodoxos adscribere non dubitarunt.

AVGVSTINVS MOLIGNATVS à Candello Prouincię Bugellensis, ac Diœces. Vercellen. I.V.D. vir & scientia, & pietate clarus, primùm Taurini Senator, postmodùm ab Emanuele Philib. Patribus Tridenti pro Generali Concilio congregatis Orator missus, qui deinde Triuicanensem, postea Bertinorensem summa cum laude rexit Episcopatus, edidit tractatum, quem prenotauit *Quisquiliæ.*

Augustinus Ventura Bugellensis Canonicus Regularis Lateranẽs. Orator elegans, & Diuini Verbi Annunciator eximius, edidit
Paneg. in laudem Cardin. Petri Francisci Ferrerij. Venet. 1561. apud Rutilium Borgominerium.

Aurelius Corbellinus à S. Germano Eremitarum S. Augustini Congreg. Lombardię Orator Illustris, & magni nominis, Poeta non contemnendus, & Caroli Emanuelis primi Theologus, postquam summa cum laude in primarijs Italię Ciuitatibus Diuinum anunciasset Verbum scripsit italico idiomate

Decisioni de Casi di Conscienza. Vercell. 1612. in 12. apud Fratres de Martam.

Oratione in lode di S. Carlo Borromeo. Astæ.

Oratio. Fratribus in Capitulo Generali Congregatis. Impres. Vercelli.

Tractatum latinum, quem prænotauit.

Regina Scientiarum. Impres. Parmæ.

Mirifica Aegidij Arbor. Impres. Brixiæ

Le Vite de Vescoui di vercelli. Mediolani 1643.

Carmine italico

San Francesco Penitente. Impres. Casali Sancti Euasij.

Ghirlanda in lode della Santissima Vergine Maria. Papię per Andream Vianum 1598.

Li Affetti Spirituali. In tres part. distinct. Taurini 1605.

La Corona della Regina di Spagna. Mediolani.

La Corona al Padre Hippolito Zorla. Bergomi.

Rime nelli Himenei del Duca di Mantoua, e dell' Infanta Margarita di Sauoia. Eporediæ

Rime Volumi 2. Taurini 1611.

Mitridate

Mitridate Fauola Pastorale. Ibid. 1604.
Lettioni academiche sopra i Sonetti di diuersi Authori. Ibid 1603.
Espositiani sopra alcune Canzoni del P. D. Chrisostomo Talenti. Bergomi.
Della Consolatione Christiana Dialogi X. In Monteregali 1618.
Vtrum autem
L'Imagine del vero Prencipe.
I Trionfi di Christo sopra tutti li Vangeli dell'anno.
L'Estate. L'Argonautica del Christiano.
aliaq; quę editurum promiſſerat, impreſſa ſint, adinuenire non potui. Extat M. S. apud Comitem Fráciſcum Barrotium. *L'Historia di Vercelli*, quam Baro Barrotius Sabaudiæ Ducis Secretarius, & præfati Comitis Pater pulcherrimis marginaribus, & annotationibus illuſtrauit.
Extabat etiam M. S. apud Illuſtriſſimum Franciſcũ Auguſtinum ab Eccleſia Salutienſem Epiſcopum *La Relatione delli due vltimi Aſſedij da Spagnuoli ſotto Vercelli*
Aurelius David Sauius Aſtenſis I. V. D. edidit tractatum.
De Verborum, & rerum ſignificatione. Impreſ. Lugd. 1546.
Comment. in titul. de capit. & poſtlim. reuers in 2. Digeſt.
Obijt

Obijt Taurini, & ad ipsius sepulchrum in Ecclesia Diuo Francisco sacra legitur hęc verbis breuissima, significatione magna inscriptio.

Hic cinis est Sauij, bene viuere, cætera fumus.
Die 3. Decembr. 1562.

Aymarus Riuallius, qui perperam à Francisco Augustino ab Ecclesia inter Sabaudos adnotatur Scriptores, cum sit Delphinas, à nobis nō ponitur, aliàs enim vir fuit maximæ æstimationis, quiq; quamcumq; potuit illustrare nationem, edidit enim
Comment. in concordata Regis Francisci Galliarum Regis, & Leonis X. & citatur sepè à Petro Rebuffo, sicut & ab alijs in illo argumento.
Ciuilis Historiæ iuris, siue in duodecim Tabulæ leges Comment. lib. 5. Impres. Lugduni.
Iuris Pontificij Libellus singularis. Impres. Moguntię 1533 & ibidem recognit. ann. 1539. Quod autem sit Delphinensis habetur in capite sui libri Historiæ Iuris Ciuilis, & Pontificij, editionis Lugdunensis anni 1549.

Aymo Crauetta Sauilianēsis ex Dominis Genolę, & Ferrariensis Ducis Senator, notæ æxistimationis vir in legalibus eximius, quippè qui per celebriores Italiæ, Vniuersitates, præsertim in Montisregalis Ciuitate

Iuris

Iuris explicandi summa cum laude officio functus est, multa, eaque optima scripsit.
Consiliorum, & Responsionum Tom. sex. Impres. Venet in fol. 1568., & 1592. accessit *Consilium pro Genero*
De antiquitate temporum. Venet. 1570.
Quæstio super Statuto Ferrariæ De mulierum indemnitatibus. Impres, Spiræ 1594.
De Legatis Francofurti 1570.
Lecturæ super 2. Infortiat. Venetijs 1592, & Taurini 1604
De Augmento, rebusque abditis.
De Augmento, & Diminutione Monetæ
De intellectu.
Viuere desijt 6. Idus Octobris anni 1569, sepultusq; est Sauiliani in Ecclesia Sācti Dominici cum sequēti Epitaphio.

D. O. M.

Aymoni Crauetæ Genoliæ C. D.
Sauilianensi Jur. Consulto.

QVI primum Taurini Jura interpretatus
Tum Farrariæ, vbi, & Senator
Hinc Auenioni; mox Gratianopoli, inde Ticini,
Tandē ad Montemregalē. Taurinos deniquè feliciter
reuersus

reuersus MCC. Aureorum Honorariæ, Bononiam etiam
Et Patauium longè ampliori accersitus,
Cisalpinas, Trāsalpinasq; gētes in sui admirationē excitauit,
Toto Orbe notus, ita vt dixisse sat erat, Craueta est.
Vixit ann. 65 integros ipse integerrimus.
Obijt anno 1569. 6. Idus Octobris.
Franca Purpurata Uxor, Jo. Franciscus I. C., Alexius, &
Joannes Baptista Crauetæ Filij mestiss. posuerunt.

Aymo Publicius Prouinciæ Taurinensis, Præses clarissimus in Supremo Pedemontium Senatu (non in Sabaudia, vt malè Gesnerus) in Iuris prudentia doctissimus, à Gallis ob erga suum Principem inuiolatā seruatam fidem in Monte Ferrando relegatus scripsit
Cōment. in Cōsuetudines Aluerniæ. Impres. Parisijs 1549.

B



Althasar Asinarius de Virle, Dominus Bannæ, edidit italica lingua
Rythmos. Impres. Taurini 1614.

Balthasar Cluuasius natione Sabaudus Societatis Ieu, Habitū Religionis induit iuuenis annum agens decimumnonum, quatuor solemnia vota emissit 1603. Sacrosanctæ Thologiæ D. renunciatus, Concio-

Concionibus magna cum laude, & fructu per totos quadraginta, & amplius annos operam dedit: Obijt ætatis suæ anno 74. Religionis 54. die 20. Septembris 1634 Bruntusi. Vir fuit moribus candidissimus, quique doctrinæ pietatem eximiè coniunxit. Martyrium summoperè concupiscebat. Brontusi Populus per totos tres dies solẽnes illi celebrauit in Parochiali Ecclesia exequias. Scripsit

De notis certissimis veræ Religionis lib. 4.

Codicillum Monitorium ad Resipiscentes. Impress. Ingolstadij typis Adami Sartorij 1611. in 4.

Professionem veræ, & Orthodoxæ Fidei, hoc est, explicationem formulæ, qua ex Concilij Tridentini præscripto Fidei professio fit. Ibidem apud Andream Augermarij 1613. in 4.

Tractatum de vera, perfectaque prudentia, seù de perfecto virtutum vsu.

Apologiam pro Societate Iesu.

Antidotum Religionis Caluinistarum. De eo scribit Philippus Alegambe.

Balthasar de Salis ex Patria sui Cognominis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, cuius meminerũt Thomas Gratianus in sua Anastasi Augustiniana, & Thomas Herrera, nec non Posseuinus, & Marraccius, vir fuit morum grauitate, & scientię splendore insignis, scripsit

De Rosario Beatissimæ Virginis Mariæ lib. 1.

Balthasar Salmatia à Fraxineto Montisferrati humanarum litterarum Professor, edidit
Orationes. Impres. Vercell. & Casali Sácti Euasij 1601

Balthasar Scaramellus à Carmaniola in humanis litteris, & Poesi non mediocritèr versatus, scripsit italicè carmine Heroico
Il Giuditio d'vn nuouo Paride.
Scanderbeg Poema Heroico, sed duos tantum cantus. Insupèr, *Sonetti, Canzoni, Nouelle piaceuolissime, e Lettere volgari*; quæ omnia simul impressa sunt Carmaniolæ 1585.

Baptista Mazerius ab Opido de Alise Vercellensis ditionis Sacræ Theologiæ Doctor scripsit
In Apocalypsim Sancti Joannis Apostoli. Impres. Taurini 1589. De eo scribit Georgius Draudius Bibl. Classica

Baptista de Salis ex Patria sui Cognominis Ordinis Minorum de obseruantia vir doctus in Philosophia, & vtraque Theologia magnus, ingenio subtilis, eruditione insignis, sed, quod magis ęstimari debet, morum integritate, & disciplinę Regularis obseruãtia Illustris. Edidit Summam, quam vocant.
Summa Baptistina, seù (vt placet Pesseuino) *Baptistiniana.*
De eo scribunt Gesnerus, Britius, Posseu. Bibl. select.
lib.

libr. 3. c. 22. & in Appar. Sacro, Angelus Rocha in Epithome Biblioth. Theol. & Scriptur. qui notat floruisse ad ann. 1494. quo anno Trithem. in lib. de Script. Eccles. scribit quod viuebat

Barnabas Bernardi Salutiensis Ordinis Predicatorum Theologus scripsit perpulchram Orationem latinam

De exultatione Pacis. Impres. Paris. 1559.

Barnabas de Cagnolis Vercellensis eiusdem Sacri Ordinis Predicatorum Magister Generalis in serie Decimus quintus, qui cum iam Doctoratus esset decoratus laurea, Iuris Canonici celeberrimus Doctor, ac apud homines magnæ æstimationis, vale dicens Sęculo, & ab illo promissis honoribus, habitum Sancti Dominici induit, vbi tanta pietate, prudentia, doctrina, & religione effulsit, vt anno Domini 1324. in Capitulo Generali Burdigalæ celebrato sūmo omnium applausu in Magistrū Generalē assumeretur. Scripsit

Sermones varios prædicabiles

Cumq, Ordini per octo quasi annos laudabilitèr pręfuisset, obijt Parisijs circa annum Domini 1332. De eo scribūt Antonius Senens. in Bibl. Ord. Pred. Io. Mich. pio par. 2. lib. 2.

Bartholomaeus Argenterius à Castronouo Cheriensis Medicinæ professor collegit multa ex Galeni libris

in gratiam ſtudioſorum Medicinę, eaque Florentię impreſſa ſunt. Iulius Alexándrinus ſcripſit contra Argenterium, cui Reinerus Solenandrus pro Argẽterio reſpondit. Conradus Geſnerus, putat Iulium ſcripſiſſe contra hunc Argenterium, ſed errat, non enim in Bartholomęum calamum tractauit Alexandrinus, ſed in Ioannem, qui (vt ſuo loco videbimus) multa, eaque optima ſcripſit.

Bartholomæus Braida à Summaripa Poeta non ignobilis, ſcripſit italico carmine

Comedia ſpirituale

Canzoni, Sonetti, e Rime. Impreſ. Taurini 1556.

Bartholomæus Capellinus I. V. D. à Monteregali ex Maria Roſſotta Sorore mea mihi Cognatus. Vir ſtudioſiſſimus, & in cauſis patrocinandis nemini ſecũdus, qui adhuc octogenario maior viuit, & quatuor, quinque, & ſex quotidianas horas in ſtudẽdo cõſumit. Familiam Capellinam antiquiſſimam, atque nobiliſſimam extitiſſe oſtendit Comes Mangarda Bonardus, qui notat olim Capellam dictam fuiſſe, eiuſque inſignia eadem omninò eſſe, ac illa Familię Capellę Venetijs nobiliſſimę, à qua originem hæc noſtra ſe trahere gloriatur. Iam ante 1210. in loco dicto vulgaritèr Caraſſone cum duabus alijs familijs Principatum exercebat; nunc non ſolum Venetijs, ſed & in Monteregali, Niciæ, & alibi floret. Huius

Familiæ

Familię fuit Ioannes Capellinus Marchionis Montisferrati Thesau rarius, & apud Sabaudum Ducē pro eodem March ione Orator anno 1575. vir non solū doctrina, sed & prudentia, rerum experientia, & in pertractandis negotijs dexteritate eximius. Bartholomæus de quo agimus multa scripsit

Consilia Legalia sparsim impressa

Habet præ manibus opus ingens, & in quo insigniora defecerunt ingenia

De Substitutionibus

Bartholomæus à Cliuolo seù *Viottus à Cliuolo* Taurinensis Medicus insignis, publicus in Taurinensi Vniuersitate Medicinę Lector, scripsit

Da Balneorum naturalium viribus lib. 4. Primus Balneorum Aquensium historiam complectitur, Secundus eorumdem rectum vsum, Tertius, & Quartus totius Orbis Balneorum vires recitant. Impres. Venet. apud Iuntas cum variorum Auctorum scriptis de Balneis anno Dom. 1553. & Lugduni seorsim apud Matthiam Bonhomme 1552. in 4 Libro tertio promittit librum

Demonstrationum in Methodum medendi, quem librū impressum esse Parisijs 1560 in 8. certum est. In eodem tertio libro scribit se per quinquennium Logicam Lutetiæ Taurinorum professum esse.

Aduertendum autē, quod Ioannes Antonid. lib.

p. de

p. de ſcript. Medicis videtur exiſtimaſſe Bartholomæum à Cliuolo fuiſſe alium à Bartholomæo Viotto, ſed certiſſimè errat, cum ſit idem ſine dubio, vt conſtat tum ex Scriptis, tum etiã ex memorijs Taurinenſibus. Obijt in ſua Patria anno Domini 1568. ſepultuſque eſt in Eccleſia Diui Dominici, vbi appoſitum eſt ſequens cõmune cum Patre Epitaphium.

D. O. M.

Thomæ Viotto Chirurgicæ artis profeſſori publico,
Qui ob raras corporis, & Fortunæ dotes
Primus in hac Vrbe eius artis Laurea donatus:
Ac Bartholomæo eius Filio
Philoſophiæ, ac Medecinæ profeſſori excellentiſſimo:
Linguarum peritia; eloquentia, operibus, ac ſcriptis
Celeberrimo.
Petrus Viottus Patri optimo,
Fratriq; beneficentiſſimo moeſtiſs. poſuit.
Obijt Pater ann. 1548. *Kal. Decembr, Filius anno* 1568.
Kal. Julij
Dum Pater, & Natus terras liquere Viotti,
Et iaculo, & febre mors imperioſa fuit.
Vulnera mortales, morboſq; cauete periclum
Nunc foris, eſtq; domi. Tendere ad Aſtra Salus.

De eo mentionem fecerunt Io. Antonid. vbi ſu-
prà;

prà, Iames in Biblioth.Bodleiana, & alij.

Bartholomæus Cristinus Vtellensis, Ducis Sabaudię, & in Taurinensi Academia Matematicus, scripsit *Methodum inueniendæ Meridianæ lineæ ex tribus vmbris, simul cum Paraphrasi in similem methodum descriptam ab Hygeno Augusti Liberto.* Impres. Taurini apud Fratres de Caualleriis 1605. in 4.

Bartholomæus Fallambellus Auilianensis (non Vercellensis, vt malè Pedemontanus) Eremitarum Sancti Augustini Congregationis Lombardię Theologus, & Concionator illustris, scripsit Concionem, quam prænotauit *L'Incatenamento della Diuina Sapienza nel Mondo, nell'huomo, & in Santa Chiesa.* Impres. Mediol. 1591.

Bartholomæus Magister Sabaudus Sacrę Theologiæ Professor, Annessiensis Canonicus, edidit Gallica lingua Orationem *In laudem Ludouici de Sales Fratris Francisci Episcopi Geneuensis* Impres. Annessij 1655.

Bartholomæus Moronus ex Oppido Crescentini I. V. Doctor, & in Taurinensi Senatu Præses doctissimus, scripsit *Consilia Legalia*, quę multi fiunt ab Aduocatis.

Bartholomæus Meduna Pedemontanus, cuius patriam tamẽ adinuenire non potui, Grammaticus, & Ludimagister, edidit vernacula lingua per modum Dialogi

Dialogi librum, quem prænotauit
Lo Scholare liber diuiditur in tres partes.

Bartholomæus Paxerus à Raconisio Præsbyter Secularis humanarum litterarum professor, scripsit italico sermone Orationem Funebram
In Obitu Bernardini à Sabaudia Equitis Sãctissimæ Annunciatæ & Raconisij Domini. Impres. Taurini.

Bartholomæus Romanus Saluciensis Philosophus, & Sabaudię Ducis Medicus, scripsit italico sermone
L'Amfiteatro della nobiltà, antichità della Patria, e suo Territorio Impres. Taurini 1603. Reliquit M. S.
De Medicina Moderna.

Bartholomæus de Saliceto ex patria sui cognominis, & est Oppidum Marchionatus Ceuæ I.V.D; vir summæ doctrinæ, & sapientię scripsit
Super Codic. lib 9. Super Institut. lib. 4. De Vsu Feudorum lib. 1. Lectur. Sup. 1. 8 & 9. Codic.
M.S. habebat Dressrus, & alia complura.
Lecturæ super Digesto veteri, & Codice quam plurium Iure Consultorum adnotationibus illustratæ impres. sunt Venetijs in fo'. Clarebat ad ann. Domini 1390 & ex hac vita discessit anno 412, die 28. Decembris. De eo mentionem fecerunt Trithem. lib. De Script. Eccles, Draudius in sua Biblioth Class., & alij.

Bartholomæus Saluius ex Oppido vulgò Scalenghe Philosophus, & Medicus, scripsit quędam

De

De Re Medica. Impres. sunt Augustæ Taurinorum.

Bartholomæus Salutius, seù à Saluthio Ordinis Minorum de Obseruantia, vir doctissimus quidem, sed illustrior pietate, & sanctitate, quam scientia. In Aracælitano Conuentu Romę Sacram docuit Theologiam, deinde zelo perfectionis transiuit ad professores strictioris Obseruantię. Eius Sanctimonia, & vitæ austeritas per vniuersam Italiam ita nota est, vt etiam fama miraculorum ad exteras nationes peruolarit. Animarum salutis zelantissimus cum humanarum mentium cæcitatem, & summam dementiam maximo sui cordis dolore obseruasset, vt quantum in ipso erat, tanto malo occurreret, tum voce, tum exemplo, tum libris editis laborauit. Romæ in tuguriolo propè Conuentum sui Ordinis Sancti Petri in Colle Ianiculo, quem, & vocant Montem Aureum, multis annis in maximo rigore, & diuinæ deditus cōtemplationi, vitam potiùs Angelis, quam hominibus similimam duxit, & multos libros, seù perbreues Tractatus Italico sermone omnibus vitæ perfectionem cupientibus apprimè vtiles, & necessarios, faciles quidem, sed puram, solidam, & eminentem continentes doctrinam, scripsit Hi sunt in duo Volumina collecti (licèt, & seorsim pluriès impressi) qui sequuntur. In primo Volumine

Luce dell' Anima desiderosa per ascendere alla perfettione.

In quatuor partes.
Prima pars. *Specchio dall'Anima.*
Secunda pars. *Orticello d'Oratione.*
Tertia pars. *Testamento dell'Anima à Dio.*
Quarta pars. *Paradiso de Contemplatiui.*

Hunc librum in quatuor (vt diximus) distributũ partibus in latinũ vertit pius Pater Domnus Antonius Dulckenius Monachus Carthusiæ Coloniensis anno 1606, vt colligo ex Theodoro Petreio in sua Biblioth. Carthusiana, & Mirço.

Inuentioni d'Amore par. 2. Schola del Diuino Amore. Il Discepolo Amoroso. L'Huomo Scrupoloso. Lettere Spirituali. Alfabeto del Diuino Amore. Hæc in primo Volum. In 2. vero. *Le sette Trombe Spirituali. Il Conforto del Peccatore. Il Cuore dell'Anima. Deuote Salutationi al Bambino Giesù, & à Maria Madre. L'innamorato di Giesù. La Porta della Salute. Vita dell'Anima. Musa Spirituale. Praticello del Diuino Amore. Compagnia dell'Anima.*

Prodierunt hi duo Tomi Venet. apud Marcum Ginammum ann. 1639. in 4. Obijt Romę, sepultusque est in Ecclesia Sancti Francisci ad Ripam, & ad ipsius Tumulum sequens apposita est inscriptio.

Deo Trino Vni
Sedente Greg. XV. Pontif. Max. Optimo.
Piæ memoriæ Patris Fratris Bartholomæi à Saluthio
Ordin. Min. Obseru. Reformat.

Cuius

Cuius corpus ob eximiam viri bonitatem
Hoc separat Monum. Condidit
Odoardus Cardinalis Farnesius
Anno Salut. M. DC. XXI.

Idem Beatissimus Pontif. Greg. XV. cũ aliquando præfatam Sancti Francisci ad Ripam visitaret Ecclesiam, ante ipsius sepulchrum genuflexus orauit. De eo scribũt Supracitatus Petreius in Biblioth. Carthus. verbo Antonius Dulckenius, Miræus cap. 135. Arturus à Monasterio, Vuadingus, Georgius Draudius, Elzearius lib. 1. Sacri Montis Olitieti c. 13, & lib. 3. cap. 8; Hilarion à Costa lib. 3. Histor. Cathol. pag. mihi 696.; Galterius in Tabula Chronographica seculi 17. in Sanctis, & illustribus viris, Rapinæus in Histor. Generali Origin. Recollect. part. 2. introduct. §. 5, Marianus lib. 5. Chronic. Strictior. Obseru. Reformat. c. 56. Arturus autem vocat eum absolutè Beatum, dicit mortuum 1617. 15. Nouembr. Fer. 6, notatque multis ac maximis floruisse miraculis tum in vita, tum in morte, ac post obitum, vt & ipse præsens conspexit ann. 1618, 1619, & 1620, quibus fuit in Italia.

Aduerte autem Lector, quod licèt sciam natale Solum huius illustrissimi, religiosissimique viri esse quoddam Oppidum Aretinę Diœcesis in Thuscia, quod Saluthium, seù Soluthium nuncupatur propè

Sanctum Aluerniæ montem ; tamen quia, & Arturus in Martyrologio Franciſcano ſub die 15. Nouembr, & Lucas Vuadingus lib. De Scriptorib. Ord. S. Franciſci, & alij aliàs viri doctiſſimi; & magnæ fidei exiſtimarunt Venerabilē hunc virum ortū in Ciuitate Salutienſi in Subalpinis, forſan nōminis decepti ſimilitudine; ideò hìc illum apponere iudicaui, ne quis me negligentię accuſaret. Ipſius vitam ſcripſit Franciſcus Maria Cugianus Canapēſis eiuſdem Ordinis (vt ſuo loco adnotabimus) extat M. S. in Conuentu Sancti Petri Romæ in Colle Ianiculo.

Bartholomæus Torrinus Nicienſis Iulij filius (de quo ſuo loco) Medicinę Profeſſor, in Taurinenſi Vniuerſitate olim Matematicarum Lector, nunc autem primam obtinet Philoſophiæ Cathedram, vir doctus, eruditus, & non ſolùm magnis, ſed & maximis comparandus, edidit librum, quem prænotauit

Parnaſſus Triceps, ſcilicet, Enchiridion Philoſophiæ, Medicinæ, & Metaphiſicæ. Impreſ. Taurini apud Carolum Ianellum in fol. 1655.

Item. *Riſcontro della Dottrina Hippocratica col Tumulo del Sereniſſimo Principe Mauritio di Sauoia.* ibid. per Io. Iacob. Ruſtis 1657. in 4.

Conſulto, ò ſià Diſcuſſione Medico prattica. Se ſià bene di cauare Sangue à Fanciulli ſul Principio de Moruiglioni, ò del Vaiuolo, sù vn caſo ſeguito in Roma. Impreſ. Taurini apud

apud Sinibaldum 1659, & Romæ apud Mascardum 1660. Ad calcem huius scripti adsunt quędam latinæ Epistolę cum Torrini responsis ad ipsum missæ, ab Vniuersitatibus Parisiensi, Taurinensi, Ingolstadij, & alijs Italię, Germanię, & Galliæ Medicis.

Edidit item librum, quem inscripsit

Le Trauegole delli Astrologi circa gli Eclisi Solari dell' 1661. Impr. Taurini apud Bartholomęum Zapattam 1660. in 8. Hũc librum edidit sub nomine Anagrammatico *di Roberto Martinolio*, in quo contra Argolum, Ricciolium, aliosque insigniores Matematicos, qui docuerunt anno 1661. Eclipsim mense Septembri apparituram; ipse probauit (quod & experientia verùm demonstrauit) talem Eclipsim non mense Septembris, sed 30. Martij eiusdem anni debere fieri. Liber hic omnium excitauit Astrologorum curiositatem, cunctos prouocauit ad obseruãdam veritatem: cum enim Argoli Ephęmerides inter omnium versentur manus, & pręcipua ipsis adhibeatur fides, suspenso animo expectabãt rei euentũ, verũ summa cum Torrini laude Eclipsis visa mẽsis Martij 30. die, erroris arguit, & Ricciolium, & Argolum, cęterosque ipsorum Sectatores. Nouissimè edidit librum, quem pręnotauit

Ad Franciscum Felinum Anacrisis. In eiusdem Paradoxum. De Sectione Saphænæ in suppressione Menstruorum. Impr. Taurini 1661 apud Io. Sinibaldum.

Francis-

Franciſcus Felinus Placētinus Medicus magni ſtudij, & multæ experientię, quique Anatomicæ Scientiæ, ſeù Arti ſtudioſè operam dedit, ſcripſit, *Epiſtolam* Genuę ad celebriores Artis Medicę profeſſores, in qua nititur oſtendere, ſeù probare. Primo, Quod Venæ Sectio in Talo non aperit menſes. 2. Quod in menſibus ſuppreſſis, aut diminutis nullius ſit vſus. 3. In puerperij retētione non valere. 4. Quod Abortum non promoueat. 5. Mollis, & fœtui mortuo non conducere. 6. Materiam in vtero ſtabulantem non educere. Ex ijs propoſitionibus arguebat, Saphænæ Sectionem ſi non aperiat menſes, ſupprimere, ſi puerperia, Abortum, & molas non prouocet, retinere, & tandem concludebat. Quod ſi nihil Sectio Saphænę, nihilimum Frictiones, Ligaturæ, Cucurbitulę ad fæmora, & crura. Hæc validiſſimè impugnauit, & confutauit Torrinus noſter Sereniſſimę Principis Ludouicæ Mariæ Chriſtinæ à Sabaudia Cubicularius Medicus. Audio Felinum validam concepiſſe reſponſionem, imò vidi quędam folia iam impreſſa, ſed cum tot iam ſit elapſum tempus, puto aliud non innouaturum. Edidit item

Diatribam ad Sebaſtianum Badum inſignem Medicum Januenſem De Vi Febriſuga Corticis Peruuiani, qui cum vino propinatur, opus celebratiſſimnm, & refertū multiplici eruditione. Taurini 1665.

Cęte-

Cęterùm Torrinus multa habet præ manibus, & pręcipuè opus magnũ, curiosum, delectabile, & eruditũ.
De Gestis, Vita, & moribus Veterum Medicorum.

Benedictus Auogadrus Vercellensis, & Monachorum Sancti Ambrosij (vt vocant) ad Nemus Vicarius Generalis, in Philosophia, & Sacra Thęologia multæ æstimationis, verbi Dei celeberrimus annunciator, scripsit italicè Vitam Beati Amadei Ducis III. Sabaudiæ, quam pręnotauit
L'Idea del Principe Christiano.
Item summo labore, & studio scripsit
Syluam variarum lectionum quatuor Voluminibus distinctam, at morte pręuētus magno studiosorũ damno, quæ scripserat publicare non potuit. Extant M. S.

Benedictus Cocorella Vercellensis Canonicus Regularis Lateranensis Historicus, & Poeta insignis, descripsit sex libr.
Historiam Cœnobij, & Insulæ Diomedeæ, quam nunc Tremitanam in Adriatico mari vocant lib.6. Impres. Mediolani 1604. apud Pandulphum Malatestam, & Venet. 1606. Ex hac vita discessit circa ann. Domini 1540. De eo scribunt Aubertus Miræus cap. 52; Gabriel Pennottus Histor. Canonic. Regul. par. 3. c. 13. & alij.

Benedictus Costafortis Fossanēsis Monachus in Carthusia Vallis Pisij vir, & pietate, & monastica disciplina insignis, scripsit italico idiomate

Vitam

Vitam Seruæ Dei Isabellæ Costafortis Virginis eiusdem Ciuitatis Foßani. Impref. Taurini 1656.

Benedictus Marabottus, non Morobottus, vt malè apud Antonium Senensem, à Monteregali Ordinis Prædicatorum. Professionem emisit in Conuentu Sancti Ioannis Salutiarum, vir fuit eruditus, in Theologia magnus, in humanioribus litteris insignis, & in Poesi non contemnendus. Adde quod humilitate, pietate, & Regulari Obseruãtia fulsit, scripsit multas *Orationes*, quarum vnam recitauit Bononiæ in Comitijs 1564. Alia etiam edidit latinè tam soluta oratione, quam versu, quæ sparsim impressa sunt. Orationẽ Bononię recitatam, notat Antonius Senensis magis eruditione, & eloquentia commendatam, quam re, & materia. Floruit sub Pontif. Paulo III. vsque ad Piũ V, à quo ad maiora destinatus fuerat, at homo humilis Romanam deserens Aulam, aufugit illa dignitatũ culmina, quæ alij summo cum labore ambitiosissimè expetunt.

Bononiæ magna cum laude Sacram docuit Theologiam, Romę Conuentui Sanctæ Sabinæ in Monte Auentino prȩfuit. Tandem cum Inquisitoris officio in Rhegij Lepidi Ciuitate fūgeretur, mortalem cum interminabili mutauit vitam, scripsit &, *Dialogum inter Dominum Saluatorem, & Beatam Catharinam Senensem*. Hunc Dialogum habes Lector apud Lombardellum c. 27.

Bene-

Benedictus Marabottus alter Taurinensis (vt ipse præfert in facie libri) eiusdem Ordinis Prędicatorum edidit Orationem

Ad Ciues Mediolanenses pro Gratiarum actione post Generalia Ordinis Prædicatorum Comitia in Almo D. Eustorgij. Cænobio anno 1622. Impr. Ibidem

Benedictus Textor Sebusianus à Ponte de Vaux Medicinæ Professor, edidit

Tractatum De Peste. Lugd. apud Io. de Tournes 1551. Opus est optimum, multa doctrina, & probatissimis remedijs plenum.

Benuenutus Sangiorgius Eques Hyerosolimitanus ex Blandratæ Comitibus, Pręses Senatus Casalensis, quique originem suam ab illustrissimo Poloniæ Regum Sanguine traxisse iure gloriabatur, duas composuit.

Historias Marchionum Montisferrati, quarum vna latino sermone scripta impres. fuit Astę 1515, & Trini, seu Tridini 1521, altera vero italico idiomate amplior, & copiosior, nondum (vt sciam) impressa M.S. asseruatur in nobilissima Sabaudi Ducis Bibliotheca. Extat, & eiusdem M.S.

Historia delli Conti di Biandrata. Ipsius cadauer quiescit in magnifico tumulo in Choro Diui Dominici Casalis apposito nobili Epitaphio, & effigie. De eo meminit Ludouicus Iacob lib. 2.

Bernardinus Belmondus à Demonte Presbyter Secularis, ſcripſit librum, quem prenotauit

Collectanea. Impr. Taurini 1548. In hoc opere præter alia continentur

Obſeruationes in Virgilium.

Bernardinus Buſtius, ſeù de Buſtis Vercellenſis Ordinis Minorum vir, & doctrina, & pietate venerabilis, edidit latinè

Roſarium Sermonum ſuper Euãgelia totius anni De Tempore, & de Sanctis. Impreſ. Coloniæ apud Antonium Hierat 1607 in 4.

Sermones de Beatiſſima Virgine. Ibid. apud eund. 1607. in 4. De eo ſcribunt Georgius Draudius in ſua Bibl. Claſ. & Marrac. Bibl.Mar. qui tamen malè putat eſſe Mediolanenſem.

Bernardinus Groſſus à Caſali S. Euaſij Poeta non ignobilis, ſcripſit italico Carmine Volumen *Rime*. Impreſ. Caſali 1590.

Bernardinus Malabaila Aſtenſis Miniſter Generalis Capucinorum. Hic cum inter Regulares Sancti Franciſci de Obſeruantia tum vitæ Sanctimonia, tum doctrina emineret, (trexdecim enim vices Scotum in Scholis explicauerat) Miniſter Prouinciæ Romanę, Procurator item Generalis ſumma cum laude extitiſſet, ſtrictioris, perfectioriſque vitæ deſiderio accenſus, anno 1534. vna cum Venerabili Franciſco Æſino

no Piceno scientia, & pietate eximio, qui & libros scripsit, & factus posteà Vicarius Generalis Capucinorum obijt Octogenarius Perusij 1540, trāsiuit ad Capucinos, qui tunc temporis nouitèr apparuerant, à quibus communi omnium trecentorum Fratrum consensu 1536; 24 Maij sedente Paulo III. Pontif. Maximo electus est bis Minister Generalis, bis (inquam), quia Pręsidente de Ordine Sanctissimi integerrimo, sapientissimoque Cardinali Ioanne Dominico de Cuppis à Monte Falco, posteà Sacri Collegij Decano, ob quasdam causas repetita sunt suffragia. Zacharias Bouerius ad ann. 1534. num. 8, & sequent. ipsius tribuit virtuti, prudentiæ, vitæ, Sanctitati, & animi constantiæ, quod tunc nutabunda Religio, cui per octo annos (ni mauis dicere cum Posseuino, nouem) præfuit, ad eum stabilitatis cōcordię, & perfectionis statum peruenerit, quo pręstantior nullus desiderari posset. Ipsius vitam admirabilem idem Annalista prosequitur. Scripsit italico sermone

Orationi Spirituali.

Epistol. ad Vniuersos Congregationis Capucinorum Fratres, qua illis præcipua Ordinis fundamenta commendat. Habetur in Annalibus prędicti instituti ad ann. 1548. In ijsdem Annalibus ad ann. 1550. num. 4. reperitur. eiusdem

Judicium De Minoritani Pallij vsu

De Malabaila scribunt præfatus Zacharias, Vuadingus, Possevinus in Appar. Sacro, qui vno loco eum vocat Benedictum, & alio loco, sicut & Vuillotus, Bernardum. sed reuerà dici debet, sicut appellabatur, Bernardinus, Franciscus Gonzoga Episcopus, &c. De Origine Seraph.par.1. De orig.Capuc. Franciscus Augustinus ab Ecclesia cognominat Bernardinum hunc Pallidum, sed quo fundamento, non video; certo enim erat ex nobilissima, antiquissimaque Malabailorum Familia.

Bernardinus Rosignolius Oppidi Vlmetæ, quod spectat ad Ceuæ Marchionatũ, & est Diœcesis Albensis in finibus Ligurię, vir à pueritia virtutis amator, habitum Sanctissimæ Societatis Iesu induit 1563. in qua animum omnibus Regularis disciplinę decorauit ornamentis. Naturalium, & diuinarum scientiarum cognitione eximius euassit, eas summa cum laude Mediolani per multos annos edocuit. Pręceptis sapientissimę illius Societatis optimè imbutus varia Collegia, ac inter alia Romanum rexit. In Romana, Veneta, & Mediolanensi Prouincijs pręposit. Prouincialis officiũ exercuit. Quintæ, & Sextæ Congregationibus Generalibus (alijs Capitula Generalia vocantur) interfuit. Quartum Votum anno 1579. emisit. Vir hic singularis modestię, maturæ prudentiæ, eximiæ probitatis, & charitatis, ac in tractandis

negotijs

negotijs miræ (vt moris est Societatis) dexteritatis vbicumque versatus est, omnes suauis dulcedine eloquij rapuit animos. Obijt Taurini Rectorem illius Collegij agens die quinta Iunij 1613. Miræus scribit, quod quinquennio à morte cadauer ipsius inuentum est integrum, illibatumq; & tã recens, vt consentiret ad tactum caro. Scripsit

De Disciplina Christianæ Perfectionis pro triplici hominũ Statu, Incipientium, proficientium, & perfectorum ex Sanctis Scripturis, & Patribus lib. V.

Opus est eruditione refertum, & ad instituendos potissimùm Religiosos homines apprimè vtilè. Impr. Ingolstadij apud Adamum Santorium 1600. in 4; & Antuerpiæ apud Martinum Nutium 1603. in 8; & alibi.

De Actionibus Virtutis ex Sanctis Scripturis, & Patribus lib. 11. Ingolstadij, & Moguntiæ apud Balthasarem Lippum 1604, & Venetijs 1603. apud Io. Baptistam Ciottum. Extat etiam Epistola

De Virtutibus Alexandri Luciaghi.

Nota, quod liber prænotatus *Stimulus virtutum, & Historia Thebea* sub nomine Guillelmi Baldesani ab Alegambe Rosignolio tribuuntur, vt verbo Guilielmus Baldesanus dicemus. Prẹter Alegambe, scribunt de eo Draudius Bibl. Clasſ. & alij.

Bernardinus Salinus Vercellensis eiusdem Socie-

tatis

tatis Iesu Religionem adolescens ingressus est anno Domini 1571. In Matematicis sciẽtijs versatissimus, quas per aliquos annos docuit. Mediolani ter Philosophię Lector. Missus in Vallibus Subalpinis ad Italiæ fauces sæpè cum Hæreticis, qui obstinatissimi in illis degunt Vallibus zelo Domini munitus acritèr disputando non paucos ad veram reuocauit Religionẽ. Reliquit expolita ac typis idonea quatuor Volumina De Rebus Matematicis, quę (vt author est Alegambe) asseruantur in Genuensi Collegio, vbi ex hac vita dicessit 15. Februarij 1608. In ijs continentur

Praxes Geometricæ variæ De Horologijs lib. 1.

De Lineis curuis regularibus, Definitiones, & Propositiones lib. 1.

Demonstrationes circa Quadraturam Circuli.

Tractatus De Linea Quadratrice.

De Dimensione Circuli lib. IX.

De Circuli Dimensione tam quoad spatium, quam quoad circumferentiam lib. V.

Varia fragmenta Matematica, & Sacræ Scripturæ.

In eodem Collegio extant ipsius

Conclusionum Theologicarum ex Sacra Scriptura, & Concilijs probatarum Tomi septem. De eo scribunt Alegambe, Miręus c.160. & alij.

Bernardinus Viualdus à Monteregali I. V. Doctor prodigiosi ingenij vir, & quasi ad miraculum, annum enim

enim vigesimum septimum vix agens, iam Lector constitutus in Monteregali, & Taurini multis annis maxima sui gloria, & auditorum vtilitate Legum interpraetationi operam dedit. Multa, variaque scripsit *Consilia*, presertim

In causa Monserratensi pro Serenissimo Emanuele Philiberto Sabaud. Duce. Taurini diem suum clausit maximo Academiae maerore, sepultusque est in Ecclesia Sancti Francisci, addita sequenti inscriptione.

D. O. M.

BErnardino Viualdo Iure Consulto, qui cum IX. & amplius ann. primum celeberr. Montisregalis Patriae suae, & Taurini Academiae locum horis antemeridian. obtinens, magna cum laude Ius ciuile explanasset, dum laborem suum studiosae iuuentuti ornandae, atque hominum periculis subleuandis imperijt, febri graui correptus, ingenti omnium maerore excessit è vita Anno Christi 1570. Vixit ann. 36. mens. 1. dies 10. Patri Amant. Filij moerent. P.

Bernardus Barilis Taurinensis I. V. D. Prothonotarius Apostolicus, & Regiae Celsitudinis Sabaudiae Ducis Capellanus edidit

De

De potestate Legis Municipalis in Aduenas, & Indigenas Impres. Lugd. sumptibus Claudij Du Four. 1641.

Bernardinus Galiardus Sauilianensis Philosophus, & Medicus scripsit librum, quem vocauit *Binæ Quæstiones in Medicina. vna videlicet Theoricalis. An detur æquale ad pondus in cõplexione. Altera verò practica. An siropus acetosus simplex conueniat in pleuresi.* Taurini excudebat Antonius Ranotus 1528. in 4.

Bernardus Trottus Taurinensis I. V. D. Sabaudię Ducis Consiliarius, & Referendarius, & tandẽ in supremo Pedemontano Senatu Pręses, vir verè doctus. In Taurini celeberrima Vniuersitate per multos annos Vespertinæ Iuris lectioni præfuit. scripsit
Additiones ad Bartolum. Impres. Taurini 1577.
Additiones ad Comment. Jasonis Ibid. 1592.
Additiones ad Tractatum De Peste. Ibid. 1574
Additiones ad Consilia Jo. Francisci Ripæ 1574.

Item italico idiomate duos Dialogos
Del Matrimonio, e vita vedouile. Ad Dominam Hypolitam Scarauellã ibid. 1583. in 8. apud HH. Beuilaquæ. Moritur in Patria, sepultusque est in Ecclesia Sancti Augustini.

BEATVS BERNARDVS Vercellensis Primus Abbas Sancti Pauli de Buda Congregationis Montisoliueti in Vngariæ Regno, vir summæ integritatis, & Regularis obseruantiæ rigidus amator

qui

qui cum vitam virtutibus ornatam traduxisset, post mortem sanctitatis fama illustris apud Populos in maxima habetur veneratione Scripsit
Dialogisticum Codicem precum, & Meditationum.

Bersanus Benesia Cuniensis philosophus, & Medicus non ignobilis scripsit
Præfationem ad Comment. Joannis Argenterij In artē medicam Galeni. Impres. in Monteregali 1589. apud Torrentinum in fol. meminit Vanderlinden.

Bessus Ferrerius Bugellensis, & Philiberti primi Messerani Principis Filius eruditissimus vir scripsit poema latinum
De domo Ferreria.

Bonauentura Colombus Niciensis Ordinis Minorū Conuentualium Sacrę Theologiæ Professor, edidit *Epitomen Dialecticam.* Item *Seraphicam Apologiam aduersus opinantes Sanctum Franciscum Minorum Institutorem Religionem Sancti Augustini fuisse professum*. Cui addidit breuem tractatiunculam *De forma Caputij eiusdem Sancti Institutoris.* Impres. Aquis sextijs apud Stephanum Dauid anno Domini 1638. De eo mentionem habet Vuadingus.

Bonauentura Rapiccia à Castro Alferio Astēsis Diœcesis Ordinis Minorum de obseruantia librum edidit, in quo per modum Dialogi interrogando, & respōdendo satis eruditè disputat

De Casibus Conscientiæ Impres. 1590.
Item alium Dialogum *De rubricis Breuiarij, & Missalis, adiunctis aliquibus obseruationibus cantus Gregoriani.* Impres. Vercell. apud Franciscum Bonatum 1592. De eo scribunt Vuadingus, Britius lib. 3. & alij.

N. Blacasius ex Dominis Ysiæ in Comitatu Niciensi, Carolum II. Regem in Bello Neapolitano comitatus non solum fortitèr, viriliterque arma tractauit, sed etiam Musis addictus edidit librum inscriptú vulgari Prouinciæ Phocensis metro
La maniera di ben guerreiar . Librum hunc Roberto Regi dicauit De eo scribit Ioannes Nostredamus in Vitis Poetarum Prouinciæ, & notat obijsse circa annum 1300.

Bonifacius Ceua ex ijsdem Marchionibus, qui Posseuino in Appar. Sacro est Bonifacius de Cecca, sicut & Rodulpho Tossiniacensi, (nisi fortè sit error impressoris) in sęculo I.V. Doctor, Ordinis Minorum habitum induit in Conuentu Rubeimontis Prouinciæ Sancti Bonauenturæ. Vir fuit in scientijs excellentissimus, Religiosę perfectionis amantissimus, in negotijs pertractandis miræ dexteritatis, & prudétię. In sedandis Principum Gallię tumultibus pluries tanta charitate, & patientia laborauit, vt omnium sibi corda, animosq; ligauerit. E Subalpinis in Gallias vocatus Prouincię Franciæ Minister, & Commissarius

eligitur.

eligitur. Prouinciæ Turoniæ, ac Sancti Bonauenturæ, nec non Magni Conuentus Parisiensis reformationem aggressus, animo intrepido perfecit, & adeò legibus optimis muniuit, vt omnes ad saniorem vitę rationem reuocatos in Sanctæ perfectionis proposito firmatos Leo X. Fratribus Regularis Obseruātię vniuerit. Edidit *Constitutiones*.

Item Opus curiosum, quod pręnotauit

Viatica excursiones. De varijs hominum vitijs ad Joannem Episcopum Taurinensem. Impres. Parisijs per Ioan. Paruum 1518. in fol. Scripsit item

Responsionem ad quandam Apologiam contra se factam.

De Perfectione Christiana ad Leonem X. Paris 1517.

Quadragesimale, & Sermones Paschales. Ibid. per Bertoldum Remblot. 1517.

Tractatum De scientia, ac arte bene moriendi.

Obijt in Ciuitate Parisiensi, sepultusque est ante Altare maius cum sequenti Epitaphio, quod abundè ipsius ostendit virtutes, & merita.

D O M

FRatris Bonifacij de Ceua
Clarissim. natalibus orti *omnique disciplinarum gloria*
Eminentissimi,

 ac

ac Prouinciæ Franciæ Ordinis Minorum
Ministri præstantissimi
Hic sita sunt ossa.
1507. *Aprilis 12.*

De eo scribunt Paulus Britius Episcopus Albensis de Viris Illustribus Minorum lib. 3. Vuadingus, Blasius de Varda, qui calamum præstantèr in eius tractauit laudes, Posseuinus, Rodulfus Tossiniacensis, Iames in Cathalogo Bibl. Bodleianę, & alij. Ceuę familiā tum antiquitate, tum nobilitate amplissimam alibi ostendi, in Epistola scilicèt dedicatoria libelli italico carmine prænotati *Peregrinatione de Magi*, quem libellum Eminentissimo, ac Reuerendissimo Francisco Adriano S. R. E. Presbitero Cardinali Ceuæ tituli Sanctæ Priscę inscripsi, vbi docui Familiam hāc ex Alderamo Saxonico Principe, & Adelasia Othonis Secundi Imperatoris filia ortam, vsque ad hodiernum diem auitam conseruare gentis nobilitatem, si non potentiam, quare hic ea iterum repetere necessarium non duxi.

Bonifacius Constantinus Sabaudus de Bonauilla Societatis Iesu vir pius edidit linguā Gallica

La Vie de M. Claude Granier Euesque de Geneue. Vitam Claudij Granier Episcopi Geneuensis. Impres. Lugduni 1640. in 4. apud Viduam Cl. Rigaud.

Aucha-

Eucharistie coroneè, *Eucharistiã coronatam* Lugduni in 4.
Historie Angelique. *Historiã Angelicã*. Ibid. 1651. in 4.
Moyens pour bien mourir *Modum bene moriendi* ibid. 1651.
L'Idee de la bonne mort. *Ideam bonæ mortis* ibid. 1649

Scripsit etiam (vt Auctor est Hypolitus Marracius in Apendice ad suam Biblioth. Marianam) librum quem prænotauit

Hexameron seu duorum Mundorum Magni scilicèt, & vir ginei comparatio inter se, & cum exemplari, quod est Christus Deus, & Homo

Bonifacius Gener Bugellensis humanarum litterarũ professor, scripsit

De Regulis Grammaticalibus. Impres. Taurini 1520.

Bonitus Combasonius Sabaudus Conuentualis Sacrę Theologię Doctor, scripsit librum, quẽ prænotauit *Vera, & dilucida explicatio præsentis status totius Seraphicæ Religionis Fratrum Minorum*. Prodijt primo Friburgi apud Matthiam Nadel 1628. in 12. secundò Lugduni 1629. Tertiò Augustę Vindelicorum apud Andream Arpergerũ 1630. Quartò Coloniæ apud Constautium Munich. 1640. Alia edidit philosophica, & Theologica sed ad meam notitiam nondũ peruenerunt. Andreas Aleret eiusdem Instituti Theologus scripsit Apologiam pro Bonito Combassonio Impres. Seduni apud Simonẽ Moarbenk 1634. in 4.

BRVNO

BRVNO, vel Brunus vulgò Signensis, vel Signus Ciuitatis Astę ex Illustrissima Familia Solara, vel Soleria; non ex Astensi Familia, vt Posseuinus in App. Sacro, Eisingrenius, & alij ex alijs parum considerate scribentes falso autumant. Vir fuit morum candore praeclarus, zelo animarum eximius, humilitate singularis, Sanctitate maximus. Hic cum Canonicatum obtineret, profectus Romam, vt Sanctorum Apostolorum corpora visitaret, & a Petro cognomento Igneo Episcopo Albanensi susceptus hospitio interfuit Romæ Synodo à Gregorio VII. celebratæ Pontificatus sui anno sexto mense Februarij 1079, & Berengarium in dicto publico Romano Concilio pessimè de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento sentientem disputãdo profligauit, vt Auctor est Doctissimus vir Ioannes Baptista Mari in Annotationibus ad librum Petri Diaconi de Viris Illustribus Casinensibus. A Summo Pontifice ob virtutum suarum famam, & opinionem Episcopus Signensis ipsò inuito consecratur. Cum autem Ecclesiam illam magno animarum fructu per aliquos rexisset annos, Monasticæ vitæ amore Episcopatum fugiẽs Montẽ Casinũ celeberrimũ Sanctitatis Cœnobium adijt, vbi habitum Monasticum sub Sanctissimi Patriarchę Benedicti Regula induit, & mortuo Oderico Abbate communi Religiosorum voto in

cius locum eligitur anno Domini 1107. Præfuit autem tribus annis, mensibus decem, & iussu Pachalis Papæ II. relicta Abbatia ad Episcopatum suum reuersus est. Sanctissimam Dei Genitricem summo affectu venerabatur. Tandem plenus meritis, & virtutibus anno 1125. 15 Cal. Augusti sub fine Pontificatus Calixti II. ad Cœlos euolauit, & à Pontifice Maximo Lucio III. ob miraculorum numerum, & virtutum splendorem in Sanctorum Cathalogo anno humanæ salutis 1180 adscriptũ fuisse tradunt Scriptores. Verum cum Lucius III. electus fuerit Pontifex anno 1182 vt habetur ex Baronio tom 12. ad eundem annum, & anno 1180 Alexander Papa III., qui ann. 22 in Pontificatu sedit, vixerit, dicendum est, non anno 1180. inter Sanctos adscriptum, sed 1183 quod aliorum iudicio relinquo. Episcopus Salutiensis in suo Cathalogo edito 1660. falsò scribit mortuum in Monte Cassino. Aduertendũ tamen, quod Tritemius, Sixtus Senensis, & Eisingrenius confundunt Beatum Brunonem Astensem cum Brunone Germano, qui ortus ex nobilissima Baronum de Querffurt Familia ex Archiepiscopo Ruthenorum à Prutenis abscissis manibus, pedibusque, & capite amputato anno Domini 1008 Martyr gloriosissimus effectus est, eiusque Festum celebratur die 15 Octobris. Noster Bruno Astensis multa scripsit, eaque

pręcla-

præclara, quę hic ponimus vt habentur apud Petrũ Diaconum libro citato.

Expositio super Psalterium. Super Esaiam. Super Genesim Super Cantica Canticorum. Super Exodum. Super Iudicum. Super Numerum. Super Deuteronomium. Item Sermones. De Laudibus Ecclesiæ in dedicatione Templi. De Paradiso. De Arca Noè. De Tabernaculo Foederis. De Templo Salomonis. De muliere, per quam Ecclesia significatur. De Ciuitate Hierusalem. De Basilicis, quæ ab Episcopis dedicantur. De Euangelijs. De Ornamentis Ecclesiæ. De Fide. De spe. De Charitatè. De quatuor Virtutibus. De Humilitate. De Misericordia. De pace. De Patientia. De *Castitate.* De *Obedientia.* De *Abstinentia. Vbi Ecclesia ornatur.* De *nouo Mundo.* De *Coelis nouis.* De *Nubibus nouis.* De *Montibus nouis.* De *Arboribus nouis.* De *Potestatibus nouis.* De *Mari, & Piscatoribus nouis.* De *Auibus nouis.* De *Fluminibus nouis.* De *Animalibus nouis.* De *Festiuitatibus Festiuitatum,* idest De *Sancta Trinitate* Ser. 3. De *Natiuitate* Domini. De *Circumcisione.* De *Epiphania.* De *Octaua Epiphaniæ.* De *Palmis.* De *Cæna* Domini. De *Pascha.* De *Ascensione Domini.* De *Pentecoste.* De *Natiuitate Sanctæ Mariæ.* De *Annuntiatione. De Purificatione.* De *Assumptione.* De *Virginibus ser.* 3. De *Martiribus ser. 7. Hom. in Festiuitatibus Confeßorum. Aliam In Festiuitate Sancti Benedicti. Serm. 2. de Pontificibus.* De

S. Angelo

S. Angelo 4. *Hom.* 5. *De Apostolis. De pluribus Martyribus* 3. *De vno Martyre* 2. *De Dedicatione Ecclesiæ. In Aduentu Domini. Dom.* 2. *De Aduentu. Dom.* 3. De *Annunciatione B. Mariæ Hom.* 2. De Dom. 4. *Aduentus. In Vigil. Natiuitatis* Domini. *In* Die *Hom.* 3. *In* Die *S. Stephani. In* Die *S. Io. Euangelistæ. In Festiuitate Innocentium.* Dom. *Prima post* Natalem Domini. *In Octaua* Domini. *In Epiphania.* Dominica *Prima post Epiphaniam. Dom. Tertia, Quarta, & Quinta. In Purificat. S. Mariæ. In Septuagesima. In Sexagesima. In Quinquagesima. In Cinere, &* Cicilio. *Fer.* 6, *& Sab. in cap. Quadrag. vsque in Coenam Domini Hom.* 40. *In Coena* Domini. *In Sabbatho Sancto. In Festiuitate Paschali. In Fer.* 2. 3. 4. 5. 6. *& Sabbatho. In Octauis Paschalibus. In* Dom. *Prima, Secunda, Tertia, & Quarta post Octauas Paschæ. In Processione maiori. In Festiuitate Apostolorum Philippi, & Iacobi. In Inuentione Sanctæ Crucis. In S. Angelo. In Ascensione* Domini. *In* Dominica *Prima post Ascensionem* Domini. *In Pentecoste.* Dom. *Prima post Octauam Pentecostes.* Dom 2. 3. *&* 4. *In S. Ioan. Baptista. In Vigilia Apostolorum Petri. & Pauli. In die eorumdem. In* Dominica *Prima post Natalem Apostol. cum Hom.* 25 *In S. Laurentio.* In *Assumptione B. Mariæ. S. Matthei. Vigilia S Andreæ. In die eiusdem. Sermo de Sancta Scholastica. Sermo de Trãslatione S. Stephani è Ciuitate Constantinopolitana ad Ar-*

cem Romanam. Versus in laudem Sanctæ Mariæ. Homil. in Decolatione S. Joannis Baptistæ. In Natiuitate Sanctæ Mariæ.

Scripsit etiam. *Vitam S. Petri Anagniæ Episcopi*, vt author est Baronius Tom. 12. ad ann. Dom. 1105.

Nota autẽ, quod Opuscula Sancti Brunonis prodierunt distincta duobus Tomis Venetijs 1651. studio, & opera Domini Mauri Marchesij Decani Cassinensis Cęnobij, quæ, & Scholijs illustrauit: verùm ibi non habentur omnia, quę describit Petrus Diaconus, licèt apposita sint quædam, quæ non annumerat Petrus. In Bibliotheca Ducis Sabaudiæ Taurini asseruantur M. S. Sancti Brunonis.

Comment. in quatuor Euangelia. Extat & M. S. in Rhegiensi Bibliotheca (vt me docet Posseuinus in Appar. Sacro) Domini Brunonis Siginensis

De Laudibus Ecclesiæ

De Beato Brunone pręter citatos Auctores, scribũt Marcus Antonius Scipio Placentinus in Elog. Abbat. Monast. Cassinen. Ferdinand. Vghellius in Ital. Sacra Tom 1. Marrac. Bibl. Marianæ par. p. lit. B. Leo Ostiensis, Petrus Diaconus, Iepesius, Baronius, Annal. Benedictini, & Gabriel Bucellinus Hist. Vniuers. Nucl. qui tamen errat, dum scribit ipsũ fuisse ex quodam Pago agri Alexandrini.

Liceat mihi benignissime Lector hic Ordinem Alphabeticum transgredi, & primo loco Virum apponere, de cuius Gestis integra, & magna posset impleri Bibliotheca.

C



AROLVS EMANVEL esto Sabaudię Dux, sicut huius nominis primus, sic inter Maximos Principes, & Heroes Maior qua Bello, qua Pace, qua Consilijs, qua armis, qua calamo, qua magnificentia, qua liberalitate, qua fortitudine semper Maximus, semper Summus, quique vt præter eximiè Gesta etiam Posteris quantum calamo excelleret, ostenderet, scripsit opus ingens italico idiomate, quod prænotauit *Il Delta*. Agit de Regnorum Fundatoribus, tres assumendo Principes, vnum ex Hebraismo, alium ex Gentilitate, & Tertium ex Christianitate. Inchoat ab Moyse, Romulo, & Costantino Magno. Opus est in quo diuina manifestissimè probatur Prouidentia: & sic proseqitur.

Item Gallica lingua aliud pergrande Opus *Del Blaßon*, Idest *De Scutis Gentilitijs*, vbi de ipsorum origine, & cætera omnia eruditissimè explicat, quæ ad pręfatam spectant materiam. Extant M.S. apud Regiam Sabaudiæ *Domum*. Claudius Cle-

mens in suo Museo lib. 2 Sect. 4. cap. 2. adnotauit Carolum Emanuelem huius Artis, seù Scientiæ scilicèt *De Typis Scutarijs* magnā habuisse cognitionem. Huius laudes, quę ipsā mutam redderent eloquentiam, tot celebrarunt nobilissimi Scriptores, vt superfluum videatur à me, qui non sum eloquens ab heri, & nudius tertius frigidè describi. Sufficiat hìc breuitèr adnotare, natum miraculosè, Diui Caroli Borromei miraculo vixisse, & in Mundo miraculū ipsum fuisse. Cū Summus Pontifex Paulus IV. libellū supplicem pro dispensatione Consanguinitatis inter Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, & Margaritam Vallesiam Francisci Galliarum Regis Filiam pręfati Caroli Emanuelis Parentes, signaret, apponeretque (vt moris est) Fiat, addidit, Masculus, cumque esset Pontifex temporis illius, prophetauit. Inchoauerat & opus ingens sex linguis exaratum.
Historia Generale del Mondo, cominciando da Adamo, con li Ritratti, e le vite de più famosi Capitani, & huomini illustri in lettere, e pietà. Opus hoc integram, & magnā conficiebat Bibliothecam. Extat imperfectum in Regia Bibliotheca M. S.
Secundo loco alterum Carolum Emanuelem apponam, hic esto
CAROLVS Emanuel Philibertus Hyacinthus de Simiana

Simiana, Planitiarum, Liburni &c. Marchio, Eques Sanctissimæ Annunciatæ, Pedestrium Copiarum in toto Dominio Ducis Sabaudiæ Generalis Præfectus, Vir æquè eruditus, strenuus, ac pius, & litteratorum Mecenas. Hic inter innumera penè, ac grauissima negotia tum propria, tum sui Principis, quædam edidit, suppresso tamen pręmodestia Authoris nomine, quæ & grauitatem, & pietatem redolent, inter quæ extant

Riflessioni sopra le Confessioni di S. Agostino. Impres. Taurini apud Io. Sinibaldum 1655. & deinde secundo, ac tertio Lugduni.

Sincera relatio miraculi restitutæ linguæ Ioanni Sà ad Intercessionem Beatissimæ Virginis. Hæc relatio primò impressa est Taurini italica lingua per Barthol. Zapattam 1661 in 12. deindè latinè, & Gallicè

Habet iam absolutum tractatum

De certitudine Fidei Christianæ ad petitionem Sergij Archiepiscopi Damasceni, Opus est pręlo dignissimum, & à doctis summè desideratum, cum certum sit Authoris eminentiam argumenti maiestati non inferiorem fore

Camillus Angelus Alebitius à Casali Sancti Euasij Vicarius Generalis Eremitarum Sancti Augustini Congregationis obseruãtiæ Lombardiæ, Theologus, & Concionator illustris, regularis Instituti zelantissimus

ſimus, & prudentia celeberrimus. Scripſit
Lectiones, Conciones, & Orationes habitas in Generalibus Comitijs. Sparſim impreſſas
Diſputat habitam cum Generali totius Ordinis valdè vtilem, & proficuam ſuæ Religioni. Florebat ann. Domini 1606.

Camillus Ballianus à Caſali Sancti Euaſij vir pius edidit
Ragionamento ſopra la Santa Sindone. Impreſ. Taurini

CAMILLVS Beccius Caſalenſis Canonicus Regul. Lateranenſ. poſtquam ſuæ Congregationis Generalatum ſumma prudentia,& integritate adminiſtraſſet, factus eſt Epiſcopus Aquenſis. Scripſit
De modo publicos libros computorum Congregationis perficiendi Formula. Item
Quædam ſpiritualia. Ad ſuperos euolauit ann. 1620. Ætatis ſuę 80

CAMILLVS Dadeus à Monteregali ex Epiſcopo Brugnatenſi in Ditione Sereniſſimæ Genuenſis Reipublicæ à Clemente VIII. Pontif. Maximo Foſſanenſis Epiſcopus primus creatur. Edidit
Conſtitutiones Synodales, eruditas, & ſummè vtiles. Obijt anno Domini 1600. 9. Calend. Octobris.

Camillus Roſeus Aſtéſis Poeſis Amator edidit Etruſco Carmine Rythmos, quos pręnotauit
Riuerente Fauilla d'Amore. Impreſ. Aſtæ 1610.

Fraſi

Frasi Italiane. Venet. 1603 in 8. De eo scribit Georgius Draudius

Candidus Ranzus, seù Ranzeus Vercellens. Fratrum Minorum de obseruantia, Vir tum generis nobilitate, tum doctrina, præcipuè pietate insignis, de quo narrantur & miracula, scripsit grande volumen in tres libros distinctum, quod prænotauit

De Statu spirituali Mundi. In primo agit, De Mundi erroribus, In Secundo. De Hominis miseria. In Tertio, De relaxatione disciplinæ Ecclesiasticę Item edidit

Salutationes septem ad Gloriosam Virginem Mariam. In quibus explicantur meditationes recolendę in recitatione Coronę eiusdem.

Obijt 17 Septembris 1515. in Oppido Sancti Georgij Canapicij ad cuius tumulum hoc appositum extat Epitaphium

D. O. M.

CAndidus Ransus Vercellensis
Qui maioratus dignitate Ecclesiæ Vercellensis
Contempta
Seraphicam Religionem Minorum intrauit
Hic fuit tumulatus.
Vbi multis fulget miraculis

Eius

Eius acta habentur in quarta parte Chronicorum Bartholom. Cimarelli lib. 9. cap. 62. De eo scribunt Frãciscus Augustinus Ab Ecclesia, Marrac., Britius lib. 3. Vuadingus, & alij. Huius Venerabilis viri vitam edidit Franciscus Ranzus, vt suo loco dicemus.

Carolus Barberis Io. Antonij Filius (de quo suo loco) Carmaniolensis, & Taurinensis Ciuis Ordinis Seruorum Beatę Mariæ Virginis. Habitum Religionis anno 1656 assumpsit iam Sacerdos, Theologus, & Concionator illustris; multa edidit

Le merauiglie di S. Pancratio Martire lib. 3. Impres. Carmaniolæ apud Bernardinum Columnam 1655. in 12, & iterum Romæ apud Ignatium de Lazaris.

Theopancratiastes, hoc est, Sancti Pancratij Martyris mirabilia Elogijs comprehensa, Taurini apud Iacobum de Rustis 1657. & iterum Romę apud Ignatiũ de Lazaris.

Diporti Spirituali Taurini apud Zapattam 1660. in 12, & iterum Patauij apud Paulum Frambottum, & Parmæ.

L'Insegna Diuina Discorso Sacro fatto alle Reali Altezze di Sauoia nell'atto di missione in possesso, con l'erettione della Croce nella fundatione del suo nuouo Conuento di Torino. Ibid. apud Iacobum Rustis

Templum Sapientiæ hoc est, D. Doctor Hieronimus. Taurini apud Zapattam 1661. in 8.

Corona

Corona encomiastica Illustriss., & Reuerendissimo Domino Michaeli Beyamo Archiepiscopo Taurinensi contexta. Ibid. apud eundem.
Discorso Apologetico alli Sig. Academici Incolti di Torino sopra il titolo, & impresa da lui formata &c. Ibidem apud eundem.
Compositiones Poeticæ diuersæ in laudem virorum illustriũ, & Amicorum, quæ si simul colligerentur, in volumen excrescerent: quod idem fas est dicere de compositionibus, quas in tanti viri laudem plures Auctores typis mandarunt. Multi enim de ipso mentionem fecerunt, vt Augustinus Ab Ecclesia Episcopus Salutien, Ioannes Baptista Boninus Vicarius Generalis Albensis, Ioannes Petrus Perutia, Hector Bonifacius Frichignonus. Andreas Valfredus, Thorosanus, Operus, Mutius, & alij, de quibus suo loco, & nouissimè Pater Herculanus Ordinis Sancti Dominici in suo libro inscripto, *Regia Sacra*.

Habet studiosissimus hic vir in promptu, & prælo parata, quę nos ipsi vidimus, sequentia opera
Aedes Seruitana à Deipara constructa Virgine. Oratio est continens Beatos, cęterosque viros illustres Ordinis Seruorum B. M. Virginis, quam habuit in Capitulo Prouinciali Gallicano.
De Adoptione Regulari casus singulares. Opus est nouum omninò, & optimum.

Il Consigliere Euangelico. La Verità Scoperta.

Origine e progressi dell'Academia de' Signori incolti di Torino, composta d'ordine de medemi Signori Academici.

Bibliotheca Seruitana. Hoc est, Auctores sui Ordinis, vbi obiter recensentur omnes Scriptores, qui de ipsis mentionem fecerunt.

Poesie Sacroprophane. Discorsi Academici. Miscelanee di prediche.

Historia Panegirica del B. Gio Angelo Porro Seruita da Milano.

I Trionfi della Croce, ò sià raguaglio della fontione fatta nella Fondatione del suo Conuento di Torino.

L'Amor doloroso, & il dolore Amoroso Tragicomedia sopra i sette dolori di Maria Vergine.

Viuit dum hæc scribimus annis triginta quatuor completis, infirma valetudine, honestis moribus, studijs ac pietati deditus, Principibus gratus, ac exteris, & Ciuibus. Suo in Ordine statim creatus Sacrę Theologiæ magister, exercuit laudabilitèr officia Prioris, Regentis, Definitoris Prouincialis, Vicarij Generalis, Capituli Præsidis, ac Apostolici Commissarij in tota Gallia, vbi pro sedandis quibusdam dissensionibus missus, tanta se gessit prudentia, & dexteritate, vt cunctis pacatis dissidijs communi voce Pacis Angelus fuerit proclamatus; vt cōstat ex quibusdam monumentis à Patribus Aquis Sextijs impressis. Conciones

ties insuper tam Annuales, quam Quadragesimales summo cum honore habuit Romę, Venetijs, Patauij, Mediolani, Genuę, Taurini, Astę, & alibi. Ante quã Religionem ingrederetur Lauream Theologicã suscepit in Taurinensi Vniuersitate, vbi Sacri Theologorum Colegij Decanus creatus fuit. Postmodum Sanctæ Inquisitionis Consultor, & Assistens, Regalis Sabaudię Celsitudinis Theologus Consiliarius, demùm inclytę Ripaltensis Abbatiæ nullius Diœcesis, sed Apostolicę Sedi immediatę subiectæ Vicarius Generalis. Sũmo exestuat erga suam Religionem ardore, & maximè pro Conuẽtu Taurinensi, in cuius rei testimonium pauca referemus, quæ ex libris tum impressis, tum ex publicis eiusdem Conuentus Manuscriptis vidimus. Licet igitur ante prefati Caroli in Religionem ingressum Regales Sabaudiæ Celsitudines 1653 iam dono dedissent Reuerendissimo Patri Calisto Pucinelio Lucẽsi Ordinis Generali, qui Quadragesimales Conciones in Taurinensi Metropolitana compleuerat, Ecclesiam Sancti Saluatoris, & Sancti Valentini, vt sui Ordinis Monasterium construere valeret; nihilhominus necessaria fundandi facultas ab Apostolico Delegato obtineri nõ potuit, donec Taurinum præfatus Adm. R. Pater Carolus Barberis aduenit, qui statim obtenta per sententiam opportuna pro fũdatione licentia, Sanctam Crucem

erexit 1658, & die 8. Iulij accepta à Reuerendissimo Patre Generali Puricellio Mediolanense pecunia primum iecit lapidem fundamentalem, ac Conuentus fabricam inchoauit, & posteà Prioris dignitate ornatus, situm ac viridarium pretio ter mille librarũ maximas inter difficultates, emit, fabricamque prosequtus, communes auxit redditus, Ecclesiæ cultum summoperè promouit, Sacras, insignesq; Reliquias Sanctorum à Roma obtinuit, & pulcherrimam Beatissimę Virginis Marię Matris dolorosę statuam transtulit, sub cuius inuocatione anno 1660 Societatem Seruorum, ac Seruarum eiusdem Beatissimæ Virginis instituit, & in ea vna cum Regijs Sabaudiæ Ducibus plusquam ter mille viros, ac fœminas adscripsit. Núc vero actu eiusdem Conuentus Superior ædificium claustrale prosequi conatur. Bibliothecam satis amplam, & librorum copia, ac varietate conspicuam, ipse animata Bibliotheca, proprijs sumptibus incepit; sæculare ędificium pro hospitibus recipiendis suis expensis perfecit, quodque maius est, semper altiora ad Dei gloriam, Beatissimę Virginis honorem, & Conuentus vtilitatem meditatur.

CAROLVS BROLIA Cheriensis Archiepiscopus Taurinensis vir, & pietate, & animi candore illustris, edidit pro bono regimine suæ Diœcesis *Constitutioni Sinodali*. Impr. Taurini apud Pizzamilium 1596 in 4.

Caro-

Carolus Amadeus Bellinus Vercellensis I.V.Doctor, Vercellini filius (de quo suo loco) ex nobilibus Castri Ventobij, & Bornatę, vir maximi ingenij, & doctrinæ, edidit italicè librum, quem inscripsit
L'Antichità di Vercelli. Apologia
Item. *Stato Spirituale della Città, e Diocesi di Vercelli*
Serie de' gl' Huomini, e Donne illustri della Città di Vercelli. Impres. ibid. apud Gaspar. Martam 1659.
Latinè verò. *Idea Pacis. Legale opus materiã omnem diffusè enucleans, quæ tempore pacis occurrere potest.* Impres. Vercell. apud Nicolaum Hyacinthum Martam 1660
Habet pre manibus, vt ipsemet scribit in Epistola ad Lectorem libri inscripti Serie &c., habet inquam præ manibus
Compendio delle vite de' gl'huomini, e donne illustri della Città di Vercelli Tom. 3.
Discorso sopra le qualità della Casa Auogadra della Città di Vercelli.

Viuit vir studiosissimus, virtutum amator, & Patriæ ornamentum; degitque Taurini tanquam Aduocatus, & Orator eiusdem Ciuitatis Vercellarum ętatis suæ ann. 36.

Carolus Antonius Blancardus Cespitelensis I. V. D. edidit
Notas ad Quæstiones Laudemiales Amadei à Ponte. Impres. Taurini.

Caro-

Carolus Antonius Cauda Bugellensis, edidit librum italica lingua, quem prænotauit
Ristretto del sito, e qualità della Città di Biella, e sua Prouincia. Impres. Taurini 1657. in 4.
L'Opressa Mariana. Impres. Bugelæ. Alia habet præ manibus.

Carolus Antonius Cocastellus à Ripa propè Cherium Thomę à Sabaudia Secretarius vir multę eruditionis è Latino in Italicum vertit sermonē, & quidem feliciter librũ Ioannis Barclai inscriptum *Argenis.* Impr. Taurini 1630. apud H H. Io. Dominici Tarini in 8.

Carolus Antonius Ab Ecclesia Cuniensis Ordinis Sancti Augustini Congreg. Genuen. Vicarius General. Sacrę Theolog. Professor, edidit italicè
Orationem Funebrem, quam recitauit in obitu Franc. Grimaldi Comitis Bollij, Marchionis Peueranij, & Bouef. Impres. Cunei 1656.
Item aliam Orationem. *In Funere Michaelæ Grimaldæ Blanciauilæ Marchionissæ Peueranij, &c.* Cunei 1658.

Carolus Antonius à Puteo Bugellensis I V.D. magni Ducis Etruriæ primus Consiliarius, & Pisarum Archiepiscopus vir singularis prudētiæ, & Etrusco Principi summè carus, scripsit Opus in multa Volumina distinctum, quod morte præuentus edere non potuit
De Communibus Iureconsulti Opinionibus. Extat M. S. apud Marchionem Viquerię D. Franciscum à Puteo

Caro-

Caroli Antonij pronepotẽ. Marchio iste varijs æstimabilis nobilissimis titulis, est enim Eques Cameræ Regiæ Celsitudinis Ducis Sab., Tribunus Equitum, Generalis Tormentorum bellicorum in toto dominio, Eques Magnæ Crucis, Magnus Marescialus, & Commendator Religionis SS. Mauritij, & Lazari, habet apud se *Tractatus Historicos* Amadei à Puteo, cuius est Filius (de quo suo loco) quos quidem audio decreuisse quantocius impressioni mandare.

Pisis ad Caroli Antonij Tumulum extat sequens Epitaphium.

D. O. M.

Carolus Antoniu Puteus
Francisci Comitis Ponderani Filius Archiepiscop. Pisanus
Diem mortis, & vniuersalis resurrectionis cogitans,
Locũ hunc viuens sibi statuit pro Cadauere suo reponendo,
Quando Diuinæ Clementiæ visum fuerit ipsum
Ab sæculo nequam eripere.
Anno Salutis 1600.
Hic à prima iuuentute ob eximiã Iuris prudẽtiæ cognitionem
A Cosimo Magno Etru. Duce Florentiam accitus,
Rotæ præclaro Auditorio ita satisfecit,
Vt à Frãcisco Cosimi filio sũmus sui Patrimonij Iudex fuerit
Designatus; & inter intimos Consiliarios adscriptus;
Atque

Atque indè ad Archiepiscop. Pisanum assumptus
Demũ apud Ferdinãdũ Frãcisci Fratrẽ Maximi Patriciatus
Munus ann. penè XX. summa cum fide sustinuit,
Et in immaturo adhuc Fato sublato, triste sui desiderium
tum Principi, tum populis reliquit,
Ad beatiorẽ vitam euolans ætatis suæ 60. salutis verò 1607
Amadeus Puteus Demarcus Viqueriæ, Ponderani-
Reani, & Bonuicini Comes ex Fratre Nepos, & ex Asse
Hæres scriptus.
Patrueli optimo Obseruantiæ, Gratitudinisq; M. P.

In eodem Sacello ab alio latere, hæc leguntur Carmina

CLara Subalpinis Populis hunc Tuscia dempsit
Inuida virtuti scilicet illa viri.
Judicio nam Sanctus erat, Sanctissimus Urbi
Præsul, & hic summa vir pietate fuit.
Hic sumptu proprio iam diruta Templa refecit,
Atque Dei cultu splendida dona tulit.
Hic miseratus opum paruis Collegia struxit
Pharmaca cum Medicis, & sine merce dedit.
Hic tandem occubuit, viuit tamen inclyta fama,
Extinctum terris, nam super astra canit.

Carolus Antonius Thesaurus Taurinensis I. V. D., & publicus professor, Sancti Petri de Mulegio Vercellensis Diœcesis Abbas Commendatarius, qui à sæculo ma-

lo magnas ſperare poterat dignitates, anno 1617 ætatis ſuæ 30. Sanctiſſimum Societatis Ieſu inſtitutũ amplexus, docuit Moralem Theologiam, & poſteà Pœnitentiarius Sãcti Petri de Vrbe, ibidem obijt ann. 1653. 2. menſis Ianuarij. Scripſit

De Poenis Eccleſiaſticis practicas Reſolutiones. Impreſ. Romæ tyPis Ludouici Grignani 1640. in 4.

Carolus Antonius Valperga ex Comitibus Valiſpergiæ ſcripſit ſatis exactam *Genealogiam ſuæ Familiæ.* Extat M. S. in Archiuio Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ.

Carolus Auguſtinus Mella I. V. D. Vercellenſis, & Alexandri, (de quo ſuo loco) Pater, ſcripſit, & edidit *Tractat. Theoricolegalem. De Vſucapien., & longi temporis præſcriptionibus. Hiſtoriam ſuæ Patriæ per modum Conſilij.* Viuit vir Doctus.

CAROLVS AVGVSTVS De Sales Epiſcopus, & Princeps Geneuenſis, edidit

Vitam Venerabilis viri nunc Sancti Franciſci De Sales ipſius Patrui, & in Epiſcopatu Prædeceſſoris. Impreſ. eſt latinè, & gallicè.

Tractatum De Poenitentia. Impr. Anneſſij 1645.

Hiſtoriam Genealogicam ſuæ Familiæ. Ibidem 1659. in 4. apud Iacobum Clerc 1660.

Orationẽ in Funere Caroli Amadei à Sabaudia Ducis Nemurſij, &c. Ibidem omnia gallico idiomate. Item eodem idiomate Gallico. *Orationem Funebrem ſuper San-*

ctitate vitæ Matris de Chantal Fundatricis Ordinis Visitationis Sanctæ Mariæ. Ibidem apud Andream Leyat 1646 in 8.

Carolus Donalitius à Caballario maiori Eremitarum Sancti Augustini Congregationis Obseruantiæ Lombardiæ Theologus, & Verbi Dei annunciator non ignobilis, scripsit
Multas, & varias Lectiones, & Conciones.

Carolus Emanuel Ferraris Taurinensis Clericus Regularis Sancti Pauli, vulgò Barnabitę, Poesis amator, & Musis carus, edidit latina lingua.
Volumen Carminum.

Carolus Arpinus ex Podiuarino Philosophiæ, & Medicinę D., Cosmographiæ, & Astrologiæ Professor, Serenissimi Sabaudię Ducis Consiliarius, & Medicus, multa scripsit, quæ nondum in lucem prodierunt. E latino italicum fecit. *Tractatum De Balneis Francisci Gallinæ* (de quo suo loco) additis ad singula capita argumentis. Impres. Taurini 1614.

Eiusdem Arpini extant M.S. apud Iacob. Francis. Filium (de quo suò loco) quæ sequuntur *Synopsis Regionis Pedemontanæ, & Alpium ambientium, cum Annot. ad Trac. de Balneis. De Astrologia lib. sex. Compendium Dialecticæ ex optimis Auctoribus præsertim Aristot. & Porphirio decerptum. Regulæ Grammaticales Iac. Franc. filio traditæ. Propositiones notabiles ex Galleno decerptæ*, & alia,

alia, quæ omninò imprimi digna sunt.

Carolus Gente à Nicia edidit libellum, cui titulus *La Santa Confraternità del Redentore*.

Carolus à Liburno Ord. Sancti Augustini Congreg. de Obseru. Lombardiæ, in qua fuit bis Vicarius Generalis. In proponendis Diuinis populo Scripturis magni nominis, & Iuris Canonici peritissimus, scripsit *Pro Defensione Iurium suæ Congregationis*. Extat M. S. in Archiuio Romano Sanctę Marię de Populo.

Carolus Malletus Taurinensis Congregatione Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis iuuenis ingressus, studijs Philosophiæ, & Theologię operã dedit. Concionator extitit nõ ignobilis, per multos annos Examinatoris Synodalis officio, ac Sanctæ Inquisitionis Consultoris in Patria functus, Serenissimæ Ludouicæ Mariæ Christinæ Sabaudię Principis à Confessionibus. Obijt Taurini in Cænobio Beatæ Mariæ Cõsolatricis 1658. Scripsit librum, quem prænotauit *Aurum Moralis Theologiæ in subtilissimas bracteas malleatum*. Tom. 2. in fol. impres. Taurini sumptibus Federici Caualleris 1655.

De Hierarchia, & Iure Ecclesiæ Militantis In octo lib. diu. Opus est Posthumum, quod Carolus Felix Malletus ex Fratre Nepos imprimi fecit Taurini apud Bartholomæum Zapattam 1660. in fol. Italico autem idiomate, edidit

Considerationi, ò vero Esercitij Spirituali da farsi per l'acquisto delle Virtù, e per riforma dell'Anima. Ibidem apud eundem 1655.

Carolus Maulandus Cespitelensis Ordinis Minorum de Obseruãtia, scripsit italico sermone

Il Sacro Monte d'Aluernia.

Latinè verò. *Scutum Catholicorum.*

Carolus Michalus Sabaudus Dominus loci vulgariter dicti *De Chabaudiere*, vir Patrię amantissimus, edidit latino idiomate

De Antiquitate, & Singularitate Sabaudiæ.

Laudes Comitatus Burgundiæ. Impr. Lugduni.

Carolus Philippus Morotius à Monteregali Rochæ Baldensis, & Morotij Comes, Magnus Sabaudię Cãcellarius, doctrina, & prudentia eximius. Scripsit

Apologeticon pro Magistratibus Pedemontanis. Impres. Taurini apud Io. Dominicum Tarinum 1641. in 4. Opus est excerptum ex notis, quas ipse conscripsit ad Decades Pręsidis Antonij Fabri.

Item *Pro Serenissima Infante Maria à Sabaudia Responsũ aduersùs Serenissimum Mutinæ Ducem.* Ibid. apud Carolum Ianellum 1653.

Item recitauit, & edidit multas *Orationes*, quę iam sparsim impressę, breui in vno collectę volumine iterùm imprimentur.

Carolus Pasqualis Cuniensis (non Gallus, vt aliqui

malè

malè scripserunt) vir multæ prudentiæ, & eruditionis, quique pro Galliarum Rege Legationē ad Heluetios suscepit, multa scripsit, ea sunt.

De Virtutibus, & Vitijs. Impr. Geneuę in 8.

De Vita Vidi Fabricij Pibracij Paris. 1584. in 12. apud Robertum Columbellum. Hęc Vita in Gallicam linguam versa impressa fuit iterùm Parisijs 1617. in 8.

De optimo genere elocutionis. Rhotomagi in 12.

De Legato. Paris. 1609. in 12.

Censura Animi ingrati. Ibid. 1601. in 8.

Preces Christianæ Ibid. 1609 in 12, & Coloniæ Allobrog. apud Petrum de la Reuiere 1620. in 8.

Legatio Rhetica. Ibid. 1620. in 8.

De Coronis lib. X. Ibidem 1610 in 4. In hoc opere res omnis Coronaria continetur.

De Magnitudine Reipublicæ Venetæ. Ibidem.

Oratio in Funere Margaritæ Vallesiæ Ducis Sabaudiæ. Ibid. 1585.

Obseruationes in Cornelium Tacitum. Ibidem 1581. apud Robertum Collumbellum.

Aliàs etiam quam plures *Orationes* tum Italico, tū Latino Idiomate.

Ex hac Familia prodierunt *Catalanus*, & *Petrus De Pasqualibus* Ordinis Minorum, qui anno 1322. in Sabaudia ab Hæreticæ prauitatis Sectatoribus pro fide necati gloriosi Christi Martyres effecti sunt, & Valentiæ,

lentiæ, vbi in Sancti Francisci Ecclesia asseruantur, multis claruerunt miraculis.

Carolus Ransus, seù Ranseus Vercellensis, Francisci Frater (de quo suo loco) scripsit Italico sermone
Compendiū vitæ Beati Laurentij Martyris, addito *Summario Indulgentiarum quæ in eius Ecclesia Taurini existūt*. Impr. Taurini 1611. apud Merulum.
Additiones ad Vitam Sanctæ Vrsulæ. Ibid. apud eundē 1616 in 12.
Relationem rerum mirabilium, quas ipse vidit in quadam nauigatione. Impr. Taurini 1612.

Carolus Rauanus Salutiensis, scripsit
Historiam Salutiarum.

Carolus Sarterius à Mutiano Vercellarum Seminarij præfectus poesis amator, & in humanis litteris non mediocriter versatus, vt suum erga Vercellensē nobilissimam, & antiquissimam Ciuitatem demonstraret affectum, scripsit, & edidit
Varia de Inclyta Vercellarum Ciuitate eiusque insignioribus ornamentis Anagrammata Impr. Vercell. 1654.
Sanctorum Ecclesiæ Vercellensis Episcoporū Elogia, & Carmina. ibid. 1657.
Elogia, & Epigrammata, & Sonetti in laudem Raynerij Perucæ Medici Vercellen. Impr. Mediolan. cum eiusdem Perucæ Apologia pro Medicis.
Item *Triumphalis Applausus in primo Regiæ Celsitudinis* Sere-

Serenissimi Caroli Emanuelis, &c. Vercellas ingressu. Impres. Vercell. apud Gasparem Martam 1659. in folio sunt Epigrammata, Ode, Elogia, &c.

Carolus Solfus à Monteregali Clericus Regularis Ministrantium infirmis vir eloquens, eruditus, Sacrarum Scripturarum Concionator disertissimus, Theologus eximius, vt erga suũ Aduocatũ, & Protectorẽ, quam in corde nutriebat, ostenderet pietatem, & deuotionem recitauit, & edidit Panegyricam Orationem, quam prænotauit.

Il Trionfo della Carità rappresentato nella Vita di S. Carlo Borromeo. Impr. in Monteregali 1656.

Cassianus à Puteo Bugellensis primus in Pedemontano Supremo Senatu Præses, vir multę scientiæ, in per gendis sui Principis negotijs mirę solicitudinis, & dexteritatis, nec solis litteris clarus, sed, & manu, & armis eximius. Apud Magnos Principes pro Sabaudo Legitione summa cum laude functus, scripsit

Additiones ad Bartolum. Impr. Taurini 1577.

Additiones ad Communes Doctorum Opiniones. Ibid. 1545.

Vitam exuit anno 1578, ætatis suę 80., vt constat ex Epitaphio apposito ad ipsius sepulchrum in Ecclesia S. Augustini Taurini.

D. O. M.

Cassiano Puteo Antonij F. Reani Domino.

Et

Et belli, & pacis artibus claro.
Qui apud Carolum V. Caes. Carolo Sabaudiæ Duci;
Et Emanueli Philiberto apud Franciscum secundum
Franc. Regem Legatus summa Fide adfuit.
Niciæ à Turcis obsessæ opportune subuenit,
Et Senatoris dignitatem 25. annis,
Totidemq; Præsidis integerrimè sustinuit.
Ludouicus Puteus Præses, Fabrit. Ponderani Comes,
Et Carolus Antonius Magni Etruriæ Ducis ab intimis
Cons. Fratres Patruo benemer. P. P.
Vixit ann. 80. Obijt M. DLXXIIX.
Nono Cal. Octobris.

Cassianus Ventura item Bugelensis Canonicus Regularis Lateranensis vir pius, & doctus edidit librum, quem prenotauit
La Guida del Christiano. Adiecit
La Regola della Compagnia della Misericordia, quam ipse Vercellis instituerat. Impr. Taurini 1569.

Catherinus Pobellus Sabaudus in supremo Camberiensi Parlamento primus Præses, scripsit
Consilium pro Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce in causa Monferratensi. Extat impres. Taurini cum alijs aliorum. Floruit ann. 1570.

Cæsar Branchedamia nobilis Taurinensis vir sūmæ eruditionis, & in Politicis negotijs experiētię, scripsit

Oratio-

Orationem Præmonitoriam ad Imperatorem, Reges, Principes, & Resp. De mutatione Imperij Romani, & ortu Pontifi u. Habetur in libro, cui titulus, *Monita politica* Impres. Francofurti 1609. in 4.

Cæsar Flesia Saluciensis Societatis Iesu edidit Italico idiomate

Il Cielo lamentante. In Funere Serenissimi Principis Thomę à Sabaudia.

Il Trionfo delle Virtù in Christiana Alessandra Regina di Suetia. Impres. Taurini 1656.

Cæsar Isnardus Patria Niciensis eiusdem Societatis Iesu cum se totum Rhetoricę, & eloquentię studijs dedisset, immatura morte sublatus viuere desijt anno 1604. Habuit Mediolani Orationem latinam

In Funere Alexandri Luciaghi Patritij Brixiensis, qui obijt cum opinione Sanctitatis. Federicus Cardinalis Borromæus Mediolanensis Archiepiscopus, qui dictę Orationis interfuit recitationi typis mandari voluit Brixiæ 1602. Isnardorum familia centum, & mille gloriosissimam titulis, mea non indiget fugida laudatione.

Cæsar Mocha Ciuis Taurinēsis Philosophus, & Medicus scripsit italico sermone

De Remedij contro la Peste. Impr. Carmaniolæ 1599.

Volumen Consiliorum Medicinalium. Impres. Taurini 1620. in 4 meminit Vanderlinden lib. p.

Cæsar Obertus à Ciriè humanarum litterarum Professor, Poeta non ignobilis, multa scripsit Carmina præcipuè latinè

De Calamitate Temporum. De Pace Nunciata.

In laudem Sanctissimi Rosarij Beatæ Mariæ Virginis. Impr. Taurini 1600.

Cæsar Vitalis à Monteregali publicus in Taurinensi Ciuitate humanarum litterarum Professor, scripsit latinè.

De Octo Partibus Orationis. Italicè verò. *Alcuni precetti della lingua Italiana*. Impr. Taurini 1573.

Cherubinus à Nicia Ordinis Capucinorum, scripsit *Relationem Cænobij Sanctæ Mariæ Gratiarum.*

Vitam Fratris Petri Ventò Nicienſ. eiusdem institut. Extant M. S.

Chrysostomus Casalensis Ordinis Prædicatorum vir multę doctrinę, & pietatis, scripsit

De Immortalitate Animæ pro Augustino Nipho contra Petrũ Pomponatiũ. Impres. Venet. 1525. in fol. Molanus in sua M.S. Bibliotheca Sacra notat Petrũ Põponatium Philosophum Mantuanũ edidisse librũ, quo ex Aristotelis Sententia nitebatur probare animas post mortem more belluarum interituras, quarè meritò multi viri docti, & sciẽtiati cõtra tã falsã, & scandalosã sententiã calamum tractarũt, inter quos doctissimi Augustinus Niphus, & Chrysostomus Casalensis

lesis. Vide Antoniũ Mirandulanum lib. 6. de singulari certamine, Delrio lib. 1. c. 3. Disquisit. Magic, Poss. seu. Appar. Sacr., & in Biblioth. Selecta, Miræum De Script. c. 32.

Chrysostomus Iauellus Canapicius à S. Georgio eiusdem Sacri Prędicatorum Ordinis, vir fuit cum summis sui temporis comparandus; Theologus insignis, Philosophus præclarissimus, ingenio eximius. Bononiæ multo tempore, & maxima cum suę Religionis laude studium rexit, multa scripsit, & in quæstionibus explicandis subtilis valdè cognoscitur, & solida ornatus eruditione, & doctrina. Scripsit

In Sphæram. Impres. Venet. 1577.

Compendium Logicæ Aristotel. in XI. tractat. distinct. Ibid. 1589.

Philosophia Ciuilis ad mentem Platonis. Ibid. 1540. *Philosophia Moralis.*

Quæstiones in lib. Aristotelis. Venet. ad signum Putei partim 1536, & partim 1541.

Epitome in Metaph., & in Philosophiam Naturalem. Ibid. 1547.

In Magistrum Sententiarum Comment.

Philosophiæ Moralis enarratio in lib. 5. Ethic. ad Nicomachũ.

Compendium totius Rationalis, Naturalis, Diuinæ, ac Moralis Philosophiæ Tom. 2. Impr. Lugduni apud Hæredes Iacobi Iuntæ 1568. In 2. Tomo agit De Theologia

Christiana, Platonica, Peripatetica, præsertim vbi tractat Ethica, Politica, Oeconomica. Christianam Ciuilem Philosophiam sex partibus perfectè absoluit. 1. agit de Ciuitate Christiana, 2. De Rectore, & eius Principe, 3. quo Consilio regenda: 4. De Iudicio, vt in omnibus causis, siue Ciuiles sint, siue Criminales seruetur iustitia. 5. quomodo ad inuicē se debeant habere Populus Christianus, Rector, & Princeps. 6. tandem, quibus administranda sit Legibus Christiana Ciuitas. De Iauello scribūt Gesnerus, Miræus c.37., Antonius Senēsis, Posseuinus Biblioth. Select., Georgius Draudius Bibl. Class., Io. Michael Pio, Iacobus Gaddius, & alij.

Christophorus Bandellus de Castro nouo Ordinis Minorum Doctissimus Theologus, qui sub Alexandro IV. & Innocentio VIII. Summis Pontificibus, & voce, & calamo contra hæreses pugnauit, edidit

In Hæreses Disceptatio. De eo meminit Episcopus Albensis.

Christophorus Barauallus à Monteregali Medicinæ Professor, vir doctus, quique Medicinam publicè in eadem Ciuitate summa cūm laude docuit. Scripsit

De Peste. Impres. in eadem Ciuitate apud Leonardū Torrentinum 1565. in 8.

De Tempore dandi Catapotia. Ibid. apud eundem. De eo scribit Vanderlinden lib. p.

Christo-

Christophorus Fauzonus à Monteregali in Pedemõtanu Senatu Præses integerrimus, & Regij Archiuij supremus Custos, vir non solùm generis nobilitate, sed sapientia, pietate, & morum suauitate venerabilis. Edidit

De Iuribus, & Priuilegijs Regiæ Celsitudinis Serenissimorum Ducum Sabaudiæ circa formam à summis Pontificibus seruandam in collationibus Beneficiorum, quæ in eorumdem Ducum dictionibus existunt. Impres. Taurini apud Io. Sinibaldum 1642.

Christophorus Milæus Sebusianus Vir litterarum amantissimus, & maximę eruditionis, edidit

De scribenda Vniuersitatis rerum Historia. In quinque libr. distinct. In 1. tractat De Natura. In 2. De Prudentia. In 3. De Principatu. In 4. De Sapientia. In 5. De Litteratura. Impres. Parisijs, & Basileæ 1551. & Florentię apud Torrentinum 1567 in 4.

De Relinquendis ingenij, & litterarum Monumentis. lib. 3. Primus agit De rerum Inuentione, & Cognitione. Secundus De Collatione, & Dispositione. Tertius De Elocutione.

De Lingua Gallica lib. 3. In his libris differit De Doctrina Druidarum, & ex vsu hodiernę linguæ multa veterum scriptorum testimonia comprobat.

De Historia lib. 3. *De Vita Ciceronis. De Commendatione Litterarum lib.* 5. *Theatrum Vniuersitatis rerum.* Basileæ 1557.

Chri-

Christophorus Nicellus Taurinensis I.V.D. per totos quadraginta duos annos in Taurinensi Vniuersitate Iuris Lector, edidit *Consilia.*

Additiones ad Bartolum. Impres. Taurini 1579. Ibidem vitam cum morte cõmutauit, sepultusque est in Ecclesia Sancti Francisci cum sequenti inscriptione.

CHristophoro Nicello I. V. Doctor. consummatiss.
42. annis ordinariæ lectioni interpreti,
Ac Sacrarum audientiarum integerrimo Præsidi.
Io. Ludouicus Nicellus pientiss. P.
Vixit ann.93 obijt 6. Calend. Octobris 1482.

Chronicon Sabaudiæ M. S. Auctore anonimo, Sabaudo tamen, qui floruit ann. Domini 1400.

Claudius Battanderus I. V. D. multæ experientiæ vir, scripsit

Praxim styli iudiciarij Geneuensis Ducatus. Impr. Lugd. *Tractat. De Parentibus. Fratribus, & Filijs.* Ibid. 1581, & iterum 1594 in 8. Breuitèr cõtinet integrã Legitimarũ materiã. De eo scribũt Valentinus Forsterus in Nomenclatura Iuris peritorum; & Georgius Draudius in sua Bibl. Class.

Claudius Berguera Cambeniẽsis in Supremo Sabaudiæ Parlamento Senator, edidit lingua Gallica

Le Notaire parfaict, Notarium perfectum. Impr. Lugduni,

duni, & pluries. Continet formularium contractuū, & vltimarum voluntatum. Obijt circa annum Domini 1654.

Claudius Bigotier Sebusianus vir eruditus, edidit *Rapina, seu Raporum encomium.* Impr. Lugd. 1540. Laudes sunt Sebusiæ.

Claudius Campestus Sebusianus Medicinæ Professor, scripsit vir verè in sua scientia doctus, & magnę æstimationis.

Comment. in lib. Aristotel. De Memoria.

In Aphorism. Hippocrat. Impres. Lugduni 1556, & 1579. Alia desiderantur

Claudius Crescerellius Desertorū in Allobrogis Dominus, Poesis amator, vt quas homines otiosè disperdunt horas, fructuosè consumeret, edidit librum Carminum, inscripsit

Horarum Succisiuarum. Impr. Venet. 1551. in 4.

Claudius Faber Sabaudus Ord. Minorum S. Francisci, & Christi Martyr gloriosissimus scripsit. *In quemdam Arelatensem Hæresiarcham* Habetur in quodam libro Gallicè conscripto. Hìc cum esset Guardianus cuiusdam Conuentus apud Nemausum, vulgò *Nimes* in Gallia Narbonensi, ab impijssimis Caluinianæ Sectatoribus insaniæ captus, & toto corpore pugionum ictibus confossus, animam Deo reddidit ann. 1575. De eo scribunt Britius, Franciscus Gonzaga

De

De Origin. Seraph. Relig. par. 2, & alij.

Claudius Faber alter, Antonij Filius (de quo supra) scripsit vir magnus

Remarques sur la langue Francoise. Impr. 1648. Hic liber totius Galliæ approbationem, & laudes habuit. Totus erat in summè desideratam (vt me docet Guichenonus in Histor. Sebusiana) Traductionem lingua Gallica *Q. Curtij*. Mortuus est ann. 1650.

Claudius Guichardus ex Oppido S. Ramberti, Dominus de Arandas, & de Teney I.V.D., Caroli Emanuelis Primi Consiliarius, Suplicum libellorum Magister, Magnus Referendarius, & Sabaudiæ Historiographus, vir fuit prudẽtia, & eruditione eximius, in poesi versatissimus, in qua tum Latinè, tum Gallicè varia scripsit. Edidit Tractatum *Des Funerailles des Anciens*. Id est. *De varijs modis, quibus vtebantur antiqui Romani, & Græci in humandis mortuorum corporibus.* Lugd. apud Io. de Tournes 1581. librum dicauit Carolo Emanueli I. De hoc opere Iacob. Gotier I. V. D. in Tract. De iure Manium lib. 1. c, 15, ait, quod Guichardus Pedemontanus optimus Scriptor eos de re funebri nobis Gallis conditos edidit libros, qui huc vsque mihi amplius hac de re scribendi ansam arripuerunt. Alibi, vocat Guichardum virum doctissimum, & diligentissimũ. *Titum Liuium* è Latino Gallicum fecit iubente Carolo Emanuele, edidit item

Aggrea-

Aggreables nouuelles à tous bons Catholiques de la Conuersion du Duché de Chablais, ideſt. *De Conuerſione ad Fidem Ducatus Chablaſij*. Camberij apud Claudium Pomard 1598.

Alphabet Moral. *Alphabetum Morale*, carmine Gallico, dicauit Regi Galliarum.

Eloges des Comtes, & Ducs de Sauoye. *Elogia Comitum, & Ducũ Sabaudiæ*. Carmine. Habetur M. S. in Regia Sabaudi Bibliotheca. Taurini hominem exuit, tumulatuſq; eſt in Metropolitana Eccleſia S. Ioannis, vbi extra propè minorem portam extat ſequens Epitaphium.

CLaudius Guichardus Arandati Dominus
Ab intimis Conſilijs, ſuplicibuſque libellis
Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis,
Hic poſt varios caſus ad æternam quietem quieſcit.
Soli Fide Deo, Vitæ; quod ſufficit, opta,
Sit tibi cara ſalus, cætera crede nihil.
Vixit ann. 51. dies 29. Obijt die 8. Maij 1607.

Claudius Jaius Sabaudus Patria Geneuenſis Soc. Ieſu; vir fuit ex primis Sanctiſſimi Patriarchæ Ignatij Socijs, & Petri Fabri (de quo ſuo loco) contẽporaneus. Moritur Viennæ ann. Domini 1552 die 6 Auguſti, ſcripſit

Speculum Præsulis ex Sacra Scriptura, Canonum & Doctorum verbis. Ad Ottonē Cardinalē Truchsesium Episcopum Augustanum. Impr. Ingolstadij 1615 in 4. De tanti viri gestis, & virtutibus in Ingolstadiensi Academia, in qua aliquandò docuerat, extat præsens Epitaphium.

CLaudius Jaius Sabaudus, Theologus Doctor, &
Professor Societatis
Vir placidissimorū morum, & qui doctrinam cum pietate
perpetuò coniunxit. Hic si quispiam alius in hac Schola
Sanctitatis opinionem apud summos, medios, infimos
sibi comparauit;
Cunctis æquè carus, & salutaris: Qui etiam ex prima
Decade fuit eorum
Qui Sanctæ Societatis Jesu Fundatores extiterunt.
Hinc euocatus Viennam Austriæ
Ad ea, quæ semper in pectore tenuit,
Et ob oculos habuit, æterna migrauit gaudia
Anno M. DLII.

Plurà habet de ipsius vita, & gestis Philippus Alegambe in sua Biblioth. hoc tamen solùm adnotare sufficiat, quod cum à Ferdinando Romanorū Rege Tergestinus Episcopatus maximis precibus oblatus illi fuisset, tanta constantia illum respuit, vt quandiù

tanti

tanti oneris illi metus adhæsit, perpetuis suspirijs, & luctu laborarit.

Claudius Lambertus Sabaudus Ciuitatis Camberij, Poeta non ignobilis, edidit lingua, & versu Gallico in primo ingressu ad capiendam possessionem Camberij Serenissimi Emanuelis Philiberti. Impres. Lugduni 1564. *Hymne Triumphal. Hymnum Triumphalem.*

Claudius Mermetus item Sabaudus à Sancto Ramberto I.V.D. & Sabaudiæ Ducis Secretarius, scripsit Gallicè

Consolation du mal mariee. Consolatio ad malè vxoratos. Impres. 1583.

La maniere, & science d'escrire chascun mot par les lettres Modus, & scientia scribendi quodlibet verbum per litteras. Ibid.

Moyen de faire le cedolle. Modus conficiendi cedulas. Ibid.

Grande Boutique des Usurier. Magna Usurariorum Officina. Carmine. Eodem metro, & lingua

Merueilleux euuenemens d'vn Soldat, qui mangea son Cheual, & son espee. Admirabilis successus cuiusdam, qui proprium Equum, & ensem comedit

Dù Deuoir des Femmes. De Obligatione Uxorum.

Moyen singulier de garder les Femmes d'estre mauuaise.

Modus custodiendi Uxores ne malæ fiant. Lugd. 1583.

Transtulit ex Italica in Gallicam linguam Tragediam vulgò *Sofonisba Regina Numidiæ.* Ibidem. Edidit

etiam quædam, *Super Digest.*

Claudius Nouelletus Sabaudus nobilis Poeta, ſcripſit lingua Gallica volumen

Odarum in Funere Ioannis de Voier, Equitis Spiritus Sancti. Impr. Pariſijs 1571.

Poema centum, (vt vocant) Sonectorum, quod prænotauit

Braquemart. Item volumen Carminum, præinſcripſit *Diuinailles.* Liber eſt facetiarum, & iocorũ. Impreſ. Lugd. 1578.

Claudia à Ruuere Domina Vinoui, ſeù Vicinoui eminentiſſimi, fœliciſſimique ingenij fœmina, in qua quicquid ſpectes, mirabile habebis. Genere enim nobiliſſima, pulchritudine ſingularis, caſtitate eximia, omnium ferè ſcientiarum ornauit animum cognitione, inter cętera poeſis delectabatur dulcedine, ſcripſit Italica lingua

Rime. Impreſ. Venetijs, & Lucæ ann. 1559.

Claudius de Seyturier Sebuſianus Dominus de Tillet. Vir hic damnatiſſimam Duellorum materiam doctè tractauit. edidit gallico idiomate

Du point d'honneur.

CLAVDIVS SEYSELLVS Sabaudus primo Epiſcopus Maſſilienſis, poſtmodùm Archiepiſcopus Taurinenſis, vir doctrina, prudentia, pietate, rerum experientia inſignioribus comparandus; in myſti-

mystica Theologia versatissimus, pro Galliarum Regibus Legationes suscepit, inter quas studia non neglexit, multa, eaque magna scripsit, & primo stylo eleganti, In Tria prima Capita Diui Lucæ

De Triplici Statu Viatoris. Ad Leonem decimũ Summ. Pontif. Librum diuisit in plures Tractatus. In 1. Capite Euangelij describit Statum pœnitẽtium sub persona Elizabeth, & Zachariæ. In 2. vero sub ortu Ioannis Baptistæ Præcursoris, & Redemptoris typo vitam proficientium ostendit. In 3. tandem altissimè Allegoricis, & mysticis modis pertractat Statum perfectorum, qui in vnione cum Deo consistit. Opus magnum est, incipit, *Magnum, & memorabile quiddam* Impr. Taurini per Nicolaum Benedictum, & Antonium Ranotum 15 8.

Comment. in omnes partes Iuris Ciuil. excepto lib. 2. Codic.

Speculum Feudale. Impres. Basileæ 1556.

De Lege Salica. Paris. 1540 in 8.

Repetition. in L. vim, ff. De iustitia, & iure. Additiones ad Bartolum.

De Diuina Prouidentia Tract. 3. Paris. in 4. Gullicè, & Latinè.

Contra Valdenses Hæreticos Gallicè, & Latinè

De Republica Galliæ lib. 1. Gallicè Paris. 1519.

De Regum Officijs lib. 2. Hos libros Sleidanus latinos fecit. Impr. sunt Argentinę apud Richaliũ 1548.

Histo-

Historiam Ludouici XII. Parif. 1558, & iterùm ibid. 1615. in 4. apud Abraham Pacard.
Tractatum De Victoria Ludouici XII. in Venetos. Ibidem 1510.

Vertit in linguam Gallicam, quæ fequuntur, & adeò felicitèr, vt etiam ij, qui linguæ Grçcç magnum habent vfum plurimum ei tribuant.
Tucydidem. Impref. Parif. 1559.
Hiftoriam Succefforum Alexandri Magni ex Diodori Siculi libris defumptam ibidem 1545 in 16.
Hiftoriam Ecclefiafticam Eufebij Cæfarienfis. ibid. 1560.
Hiftoriam Trogi Pompei. ibid. 1558.
Appiani Alexandrini De Bellis Romanorũ. Lugd. 1544.
Xenophontis De Geftis Cyri Regis. Parif. 1545.

Item è latino Gallica fecit.
Opera Senecæ. Lugd. 1556 adsũt, & alia ipfius fcripta.

Tandem mortalem, & çrumnofam hanc cum immortali, & beata commutauit vitam in fua Taurinenfi Ecclefia, fepultufque eft in Sacriftia Ecclefiæ Metropolitanæ in marmoreo tumulo addita Statua cum fequenti infcriptione.

CLaudio Seyfellio Ludouici XII. Francorum Regis à Requeft. Magiftro,
Pro eodem ad omnes ferè Chriftianos Principes Oratori Eloquentiffimo,

Lau-

Lauden. administratori; Massilien. Præsuli,
Taurinensi Archiepiscopo, I.C. consummatissimo,
Atque huius Sacelli Fundatori,
Collegium Canonicorum pientissimo Patri P.
Obijt pridie Cal. Junij 1520.

De eo ſcribunt Poſſeu. in Appar. Sacr. Valentinus Forſterus, Ab Eccleſia, Sixtus Senenſis lib. 4. Miręus cap. 27. Geſnerus, qui vocat eum Claudianũ, Georgius Draudius Bibl. Claſs. Ghilinus Theatri Litterarij part. 2, Iacobus Gaddius tom. 2, & alij. Sunt qui ſcribant obijſſe 1490, quod tamen falſum eſſe ex allata inſcriptione manifeſtè apparet. In Taurinenſi Vniuerſitate aliquando Iuris interpres fuit.

CLAVDIVS Epiſcopus Taurinenſis impijſſimus Iconoclaſta, contra quem calamum tractauit Dungalus Monachus in libro, quem inſcripſit. *Aduersùs Claudium Taurinensem Episcopum Iconoclastam*. Contra eundem ſcripſit etiam Ionas Epiſcopus Aurelianenſis, & alij. Verùm Franciſcus Auguſtinus Ab Eccleſia in ſua Hiſtoria Chronologica vult hunc Claudium fuiſſe genere Anglum Oxonię ortum, & Arij Sectatorem, non autem Iconoclaſtam, vtrum verò aliquo optimo fundamento id afferat, ipſe viderit; certum eſt enim communiter inter Iconoclaſtas adnumerari, & in Sanctas Imagines ſcripſiſſe, vt adno-

adnotatur in Indice Sacri Concilij Tridentini, vbi inter Auctores Primę Classis habetur, Claudius Taurinensis, qui scripsit *De Imaginibus*. Scio alios etiam habuisse errores; Verùm si. Ab Ecclesia vidisset Tres Pręfati Ionæ libros, certè non Arianum, sed Iconomachum appellasset, In 1. enim libro impugnat fractionem Sacrarum Imaginũ, quas scelestissimus Claudius suadebat. In 2. vrget contra eundem, eò quòd Sanctissimę Crucis impugnaret adorationem. In 3. tandem defendit, & suadet cultum Sanctorum, & peregrinationem ad Vrbem pro peccatorum venia. Ex eodem etiam Iona constat non Anglum, multò minùs Pedemontanum fuisse, sed Hispanum; nam in præfatione ad Carolum Ludouici Imperatoris filium, hæc verba habet. Is namque (scilicet Ludouicus Imperator) dilectissimus Princeps inter cętera bonitatis suæ studia erga diuinum cultum amplificãdum multiplici modo feruentia, quemdam Præsbyterum natione Hispanum, nomine Claudium, &c. Vide Baron. tom. 9. ad ann. 825. Scio Ambrosium Cassinens. in suo Triumph. Cathol. verit. tit. Adoratio, vocare Claudium Anglum, & Oxonię ortum, verum quicquid sit de Patria, licet in principio Apostasiæ à fide rectà ad Arianismum declinauerit, tamen posteà pessimus factus est Iconoclasta.

IV *Claudius Philippus Thaonus* Niciensis Societatis Iesu vir

ſu vir eloquens, edidit
Orationem In Funere Domini de Torras.
Elogium In Funere Marchioniſſæ S. Germani Margaritæ Turnoniæ. Taurini 1637. cum reliqua pompa eiuſdem funeris.
Oratio. In die Natalitio Caroli Eman. II. Sab. Ducis. Niciꝫ apud Romerum. Recitauit in Chathedrali Nicien.

Clemens Guido à Caramania Philoſophus, & Medicus, ſcripſit tractatum.
De venenis. Impreſ. Carmaniolæ 1611.

Clemens Stratta Aſtenſis Ord. Carmelit. optimus Philoſophus, & diuini verbi annunciator illuſtris edidit
Comment. in Bacconum.

CLEMENS TROTTVS Foſſanenſis eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus, & perpetuus S. Petri de Vaſco Commendatarius vir tum doctrina, tum eruditione, tum prudentia, & pietate Magnis comparandus, vt ſuæ Diœceſis vtilitati prouideret, edidit
Sanctiones Synodales. Impreſ. Cunei apud Bartholomęum Strabellam 1664. Has Synodales Sanctiones eruditiſſimis, atque præclaris exornauit Marginalibus.

Clemens Viualdus à Monteregali (non Taurinenſis vt falsò autumat Ab Eccleſia) Baro Monbarcherij, Condominus Sancti Michaelis, & Caſtellini. Pri-

mus Præses pro Carolo Eman. huius nominis Primō in Pedemontana Curia, vir verè doctus, scripsit plura *In Iure ciuili*. Extant M.S. apud Hæredes, desiderantur tamen valdè à doctis

Huius inter magnos maximi laudes explicantur In libro 2. Thesauri politici Io. Stuchij nota 2. cui titulus, singulis rebus singula Ingenia nasci, vbi habetur de Clemēte Viualdo sequens Elogium.

Nostræ ætatis inueteratum Improperium redemit
Clemens de viualdis
Singularibus, ac penè diuinis ingenij dotibus.
Gloriosis Auorum rebus bello, paceque gestis,
Et Natalitijs Stemmatibus
Nobilissimus æquè ac clarus.
Vidi Ego in homine vno
Rediuiuum sapientiæ Simulacrum,
Cum ad Maiestatem Imperatoriam
Homo venit
Subalpinæ Prouinciæ Augustissimi Ducis Legatus
Maiestate ipse, & ingenio decorus magis, quam officio.
Libenter mihi annos subtraxissem
Non vt diutiùs, sed vt beatiùs viuerem
Tanti Doctoris perēnibus educatus doctrinarū fluentis.
Annus Octauus Decimus,
Qui est alijs primus ad sapientiam gradus,

Ter-

Terminus illi fuit.
Inuersa rerum facies,
Tunc ille ediscere desijt,
Cum incipiunt alij:
Habuit in eo, quod inuideret senectus:
Iuuentus quod admiraretur:
Maturior ætas; quod emularetur:
Politicum dogma euertit
Vel ille solus.
Vel cum Mirandulano Miraculo Socius:
Vterque Orbis Miraculum factus,
Et prodigium naturæ.
Inuident iam aures oculis,
Et quem vidi in Aula Legatum sui Principis
Audißem in Scholis Discipulus Magistrum.
In eo semper sapientia refloruit;
Senescere nunquam eruditio nouit:
Nunquam magis paratus, quam cum interrogatus.
Singula ita pertractare solitus,
Quasi singulis tantum studuerit.
Famulari credidit Germania illi libros,
Non illum libris,
Quæ semel dixit, ità semper certa
Vt quæsita in volumine eadem inuenirentur.
Quæ scripta.
De nouo typis excußos crederes libros.

Jta aut fideli lingua referebat,
Quæ legerat,
Aut foelici memoria repetebat;
Quæ semel viderat.
Reuixit in vno VIVALDO sapientia.

Conradus Mondonus Asten. Ordin. Prædicator., & eiusdem Magister Generalis in Serie 30. (non 36. vt putauit Antonius Senensis, & cum ipso Posseuinus) fuit morum grauitate, rerum peritia, vitę integritate, & scientiarum cognitione maximè spectabilis. Ordinem suum summa prudentia, & præcipuè exemplo rexit, & gubernauit. Multa scripsit, sed superest tantum Volumen.

Decisionum Casuum Conscientiæ.
In Astensi Conuentu sui Ordinis asseruātur M. S.
Jn primam part. Diui Thomæ Tom. 2. magni
Jn Epistolas Diui Pauli Tom. 1.
Et in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ extant etiam M. S.
Jn Diuum Thomam Tomi X.

Moritur Astæ, sepultusque est in Ecclesia sui Ordinis cum sequenti inscriptione.

Sepulchrum Patris Fr. Conradi Mondonij
Philosophorū Principis, & Sacræ Theologiæ
Doctoris excellentissimi

Ac

Ac Generalis Trigesimi Ordinis Prædicatorum
Qui post solemne Opus in S. Thomam
Mente diuina editum
Sanctus obijt 17. Augusti 1474.
Dux, lux Doctorum fuit hic,
Virtutum vis, fons, comes, normaque morum.

De eo preter citatos, scribunt Leander Albertus in descriptione Italiæ, & Io. Michael Pio par. 2. lib. 3. & alij.

Constantinus de Carolis Salutiensis I. V. D. & in Salutiensi Marchionatu Aduocatus Generalis, edidit *Consilia Feudalia*. Impr. Lugd. 1570, & Francof. 1573.

Constantinus Masinus Vercellensis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. Sacrę Theologiæ D. & diuini Verbi eximius annunciator. Scripsit Italica lingua

Della Purgatione dell' Anima Christiana. Impres. Vercellis apud Io. Franciscum Pelliparium 1581.

L'Origine, e Miracoli dell' Imagine della Madonna Santissima di Crea. Impres. Ticini 1590 in 4. apud Hieronymum Bartolum. De eo mentionem fecit Celsus Rosinus in suo Lyceo Lateranensi.

Constantinus Reinaudus à Paisana, quod est Oppidum in Vallibus Padi; humanarum litterarum in sua Patria Professor, scripsit

Gramma-

Grammaticam.

Constantinus Roggierius Bargensis I.V.D. multæ litteraturæ, & eruditionis homo, studiorumquæ amator, scripsit, & edidit

Comment. Super Digest. nouum tit. de Donatione.

Super 1. Infortiat. tit. de testam., & de vulgari, & pupillari substitutione. Impr. Lugduni 1552.

Super leg. Si cum dotem soluto matrim.

De Interpratatione Iuris. Lugduni 1550.

De Dote. De Legis Potentia. Ibid. 1550. De *Protestatione.* De *Donatione Euangelica.* De *Remedijs Possessoris.* De *Summo Bono.* Ibid. omnia 1550.

De eo scribit Georgius Draudius in Bibl. Classica.

Cornelius Blostandus Sabaudus illustris Matematicus scripsit Gallico sermone tractatum, *Des Horologes De Horologijs.* In quo ostendit horas diei, & noctis in Prouincijs Sabaudię, Lugduni, Burgundiæ, & Sebusię Impres. Lugduni.

Cosimus Grassus Sauilianensis Musarũ amator, scripsit Etrusco carmine

Rubmos. Rime. Latinè verò. *Epigrammata.*


Crispus Vibius Vercellensis antiquissimus Orator scripsit multas *Orationes*. De eo mentionem fecit Cornelius Tacitus in Dialogo. An sui seculi Oratores Antiquis., & quarè concedant. Licet hic Dialogus ab alijs Fab. Quinctiliano tribuatur. Vide quę adnotauimus in Marcello Eprio.

Cy-

Cyprianus Vbertus Hipporegiensis Ordinis Prędicatorum, Sacræ Theologiæ magister, & pro Orthodoxa fide Inquisitor Vercellarum, Hipporegię, & Bugellę per 24. annos scripsit Italico sermone
De laudibus Crucis lib. 5. Impr. Romę per Franciscum Zanettum 1588.
De Rosario Beatissimæ Virginis Mariæ lib. 1.
Tabulam Inquisitorum sui Ordinis. Impr. Nouarrę apud Franciscum Sesalum 1586.
Volumen Sermonum De Tempore, & de Sanctis.
De Incarnatione, & humanitate Christi. Impres. Vercell. apud Franciscum Bonatum Venetum 1589.
Item Italica lingua
Discorso, ò verò Trattatello sopra la moltitudine de' Aretitijs ò Spiritati. Impr. Taurini apud Antonium Blanchum 1598 in 4.

Obijt anno Domini 1607. Præter Marracium, meminit de eo Io. Michael Pio De Viris Illustr. Ordin. Prædicator. lib. 4. par. 2.

D



Amianus Grassus à Riuole seù Ripulis Ordinis Prædicatorum Sacrę Theologiæ magister vir doctus, & Sacræ Scripturę studiosus, edidit
Comment. in Iob.

Quæstio-

Quæstiones in Euangelium Sancti Ioannis. Io. Mich. Pio par. 2. lib. 4.

Didacus Ab Ecclesia Cuniensis Sacræ Theologię, & I. V. D., vir pius, & animarum salutis zelantissimus, vt in maiori, & vrgentiori, (quantum in ipso erat (subueniret Christianorum necessitati, edidit *Ricordi e Regole per agiuto delli Agonizanti.* Impr. Cunei 1652.

Dionysius de Dionysijs Vercellensis Medicinæ Professor, & humanarum litterarum amator, edidit *Elogia Virorum Illustrium.* Impres. 1643.

Dominicus Auda à Lantusca Comitatus Niciæ Ordinis Minorũ Sacerdos, & Romę in Conuentu Sancti Francisci ad Ripam Aromatarius, & à Summo Pontifice ad Xenodochium, (ni mauis dicere Brephotrophium) Sancti Spiritus in Saxia translatus, vir in sua arte eximius; scripsit librum Italica lingua, quem pręnotauit

Breue Compẽdio di Marauigliosi Secreti. In quatuor partes distribut. Impres. Romæ apud Franciscum Albertum Tanum 1655. iterùm apud Angelum Bernabò 1660, & tertiò Venetijs apud Turrinum 1663. & Taurini 1665. Habet prælo paratum opus inscriptũ. *Praxis Pharmaciæ vtriusque Dogmaticæ, & Chimicæ.*

Dominicus à Braida Ordinis Prædicatorũ, scripsit *Vitã Beatæ Catherinæ à Racconisio eiusdẽ institut. monialis,*

Domini-

Dominicus Buccius à Carmaniola Pater Augustini (de quo suo loco) illustris Medicus magnę scientiæ, & experientiæ vir, scripsit

Quæsita quatuor Medicinalia iuxta Hippocratis, & Galeni mentem examinata, ea sunt

1 *An pueros citra 14. annum purgare liceat.*

2. *An in quolibet morbo magno, assentientibus viribus, & ætate, mittendus sit sanguis.*

3. *An à morborum principio purgandum sit.*

4. *An in morbi augmento vacuare, seù purgare expediat.* Impr. est Taurini 1551 ,Venet apud Io. Griphium èodem anno in 8. & Lugduni 1555 cum quæstionibus Antonij Montiscani, & Paris. apud Barthol. Honoratum 1555. in 16. De Buccio scribunt Vanderlinden De script. Medic. lib. 1. Thomas Iames Bibliotheca Bodleiana, & alij.

Dominicus Philibertus Buccius Augustini Filius, & Dominici Nepos, scripsit

De ijs, quæ euenerunt in solemni Baptismo Sereniss. Philippi Emanuelis Pedemontium Principis. Impres. Taurini 1587. Hic Princeps ex hac vita discessit in Hispania ann. 1607.

Dominicus Bugella, seù à *Bugella* Ord. Prædic. vir, & deuotione ergà Beatissimam Virginem, & ingenio illustris, qui licet ex proprijs non scripserit, tamen in hac nostra Bibliotheca meritò adnumeratur, quia

laude dignus censendus est, quod diui Antonini Florentiæ Archiepiscopi Summam tam moralem, quam Historicam copiosis
Indicibus per seriem Alphabeti tum verborum, tum rerum optime illustrauit, adiecit. *Repertorium.* In hoc adnotantur materiæ omnes, quę sparsim in diui Antonini Operibus. *De Beatissima Virgine*, extant. Apposuit & alium
Indicem Auctoritatũ Sacræ Scripturæ, quas idem Sanctus exposuit.
Item. *Dicta ab eodem Antonino in Epistolas, & Euangelia totius anni De Tempore,* quod & præstitit *In Festis Sanctorum*. Viuebat ann. 1502. De eo scribunt Antonius Senensis, Io. Michael Pio, Marrac, Posseu. in Addit. ad Ap. Sacr. & alij.

Dominicus Candia Vercellensis eiusdem Ord. Prædicator. vir doctus, & facundus, Sacræ Theologiæ Magister, diuini verbi illustris Annunciator, edidit
La Signoria, e Ducea del Rè d'Israele. Oratio est habita in Cathedrali Taurinensi. Impres. ibid. apud Zapattam 1653.
La Christiana felicità del Piemonte. Scripsit & alia partim impressa, & partim imprimenda, quæ tamen ad meam nondum peruenerunt notitiam. Viuit.

Dominicus Cyllenus Pedemontanus, cuius tamen Patriam non inuenio, scripsit librum ad Emanuelem Phi-

Philibertum Sabaudiæ Ducem
De vetere, & recentiori scientia militari. Meminit Posseu. Bibl. Select. lib. 5. c. 8.

Dominicus Martinus Cespitelensis Medicinæ Professor, edidit
In Pandectas Medicinales Annotationes. Lugd. apud Hugonem à Porta 1541 in fol. De eo scribunt Iames, & Vanderlinden lib. p. de script. Medic. extat hic liber cum Matthei Syluatici opere Pandectarum, in quod opus confecit prefatas Annotat.

Dominicus Minus à Monteregali Medicus eximius, quique in Paracelsi doctrinis vel nemini, vel paucis habetur secundus, Caroli Emanuelis huius nominis primi Medicus habet prælo paratum librum *De vnguento Armario*. In quo physicam huius mirabilis remedij rationem ostendit. Viuit anno ætatis suę 80. quo hęc scribimus, & maiorem temporis partem in euoluendis libris occupat. Habet & alia ad manus.

Dominicus Nanus, vel Annius Mirabellus Ciuis Albæ Pompeię, Poeta, Medicus, Iuris Canonici D. Prothonotarius Apostolicus, & Cathedralis Ecclesiæ Sauonensis Archipresbiter scripsit notissimum opus, prænotatum
Polyanthea. Impres. primo Sauonę 1503. in fol. vt habetur in fine libri his verbis. Explicit Opus, quod *Polyanthea* dicitur, idest florum multitudo impressum

per Magiſtrum Franciſcum de Sylua in inclita Vrbe Sauonæ impenſa integerrimi viri, ac ipſius Vrbis Patritij Bernardini de Eccleſia, ac ſumma diligentia caſtigatum per ipſius operis Authorem anno ſalutiferæ Natiuitatis MCCCCCIII. Idibus Februarij. Hęc vetuſta, ac prima impreſſio habetur in nobiliſſima Bibliotheca Beatæ Mariæ Conſolationis Ordinis Sancti Auguſtini propè muros Genuę.
Hic liber fuit iterùm impreſ. 1512. Baſileæ apud Adam Petr. & alibi ſæpiùs cum additionibus Bartholomei Amantij, Franciſci Tortij, & nouiſſimè Ioſephi Langij.

Idem Nanus Collegit

Monoteſſeron Euangeliorum, ſiuè Harmoniam ex quatuor Euangelijs. In hoc opere vna cum ſententijs Euangelicis omnes auctoritates, & Sententias Gentilium Philoſophorum, Poetarum, & Oratorum contexuit, quæ cum ſingulis Euangeliorum locis concordare viderentur, appoſitis nominibus Auctorum, quorū eſſent Sententię. Opus hoc (quod ſciam) impreſſum non eſt, ſed aſſeruatur Genuę M. S. (vt Auctor eſt Sixtus Senenſis lib. 4.) in Bibliotheca Prędicatorum Cænobij Caſtellenſis. Nomina autem Authorum ex quibus Harmoniam contexuit hæc ſunt. Septem Sapientes Græcię. Seneca, Ouidius, Homerus, Sibyllarum Oracula, Hermes, Triſmegiſtus, Pythagora,

Ana-

Anaxagora, Empidocles, Zeno, Plato, Aristoteles, Aesopus, Apuleius, Mahomet, Isocrates, Tullius, Terentius, Virgilius, Horatius, Plautus, Iuuenalis, Persius, Claudianus, Lucanus, Lucretius, Plinius, Aulus Gellius, Macrobius, Valerius Maximus. De Nano mentionem fecerunt Sixtus Senens. vbi supra, Honorius Dominicus Caramella in suo Museo, Ab Ecclesia in Catalogo, Posseu. Appar. Sacr. Georgius Draudius Bibl. Clas. Lilius Gregorius Giraldus Dial. 2. De Poetis sui temporis, qui adnotauit, scripsisse etiam *Elogia, & Epigrammata* vt & nos obseruauimus verbo Hieronymus Falletus, cuius fuit Auus maternus.

Dominicus ex Comitibus Sancti Georgij Iuris Canonici D. scripsit quædam

In Sacros Canones de quibus tamen aliam non potui adinuenire notitiam, quam a Summa Angelica in qua citatur. Viuebat circa ann. Domini 1450.

DOMINICVS de Ruuere Taurinensis Ordinis Prędicatorum & Astensis Ciuitatis Episcopus. Octo Sydodos celebrauit, & *Octauam* typis mandauit. Mortuus est ann. 1587. Ipsius virtutes, & animi dotes adnotantur in Elogio, quod in Ecclesia Beatæ Mariæ Magdalenæ eiusdem Ordinis & Ciuitatis positum est

Dominico de Ruuere Astensi Episcopo, & Comiti Singulari in Deum pietate, in

In pauperes magnificentia:
Qui in Episcopali munere Sanctè versatus ann. 18.
Obijt die 19 Martij 1587. ann. natus 68.

Moriens iussit suũ corpus humari in Ecclesia B. Mariæ Magdalenæ, in qua nomen in Dominicanam Familiam dederat: Paulus Jacobus, Andreas, Michael Antonius, & Ioannes Baptista Guilielmi Filij colendæ tanti patrui memoriæ studio opt. mer. Vixit & alius Dominicus de Ruuere, qui primò fuit Papę Cubicularius, Præfectus Arcis, & à Sixto IIII. Cardinalis electus 1478. interfuit electioni Innocentij VIII. & Alexandri VI. sub quo vitã cum morte commutauit 1496, sed hic nihil edidit.

Dominicus Salomon Bennensis, & Ciuis Taurinensis I. V. D. vir magnus tam doctrina, quam eruditione, & sapientia. quique licèt Causarum apud Pedemontanum Supremum Parlamentum Patrocinium exerceat, & maximis detineatur occupationibus; nihilominus totus est in alijs studijs; habet præ manibus mox imprimend. pulcherrimum, doctissimũ, & eruditissimum Opus, quod vno non potest angustiari Tomo.

De Præstantia Ducis Sabaudiæ Tractatus Juridico politicus. In hoc opere ea omnia acuratissimè solidissimis rationibus, ac fundamẽtis tractat, quæ ad Sabaudię Ducem spectant, probatque Duci Sab. Regium titulum

tulum deberi etiam prescindendo à Regno Cypri ipsi iustissimi s, certissimis, & euidentissimis titulis debitò, & inci dentèr lucidissimè confutat librũ cuiusdam Neotherici scilicèt Theodori I. F. Grasuuischal I. C. Delphensis inscript. Disertatio de Iure præcedentię inter Serenisſ. Venetam Remp. & Serenisſ. Sab. Ducem. Dixi incidentèr confutare, quia non cẽsuit vir prudens libellum illum dignum absolutè responsione.

Habet etiam præ manibus librum, quem inscripsit *Tractatus de Historijs, siuè, quid probet Historia*

D. Solara Ioannis Solari nobilis Astensis Filia non solum pulchritudine spectabilis, sed ingenio, facundia, & memoria mirabilis, cum nondum vndecimum ætatis suæ complesset annum scripsit pulcherrimam Orationem

In honorem Caroli VIII. Galliarum Regis, qui rediens ex Neapolitano Regno Patris sui palatij hospitio vsus fuerat. Legitur hęc Oratio in quodam libro Gallico, cui titulus *Les Louanges dù Mariage*.


Dominicus Truchius Sauilianensis I. V. D. Collegiatus, Aduocatus Fiscalis Officij Sanctę Inquisitionis, Iuris Ciuilis horis Pomeridianis ex prima sede in Taurinensi Vniuersitate celeberrimus Interpres, vir, & Sacerdotio venerabilis, & doctrina eximius, & Orator facundus, & moribus candidus, quique assidu-

us

us est in legendo, docendo, & ſcribendo, vt rem gratam Tyronibus in Iure Ciuili faceret, edidit
Epitome Inſtitutionum Juris Ciuilis. Impreſ. Taurini apud Io. Iacobum Ruſtis 1664. In Epitome adeſt *Declaratio per modum diſpoſitionis tit. ff. de Verborum ſignific*. Item *Oeconomia tit. ff. de regulis Iuris* Item *Notitia Librorum Iuris*.

Habet præ manibus ſtudioſiſſimus homo quoſdam Iuris Tractatus, ij ſunt
De vinculis Contractuum. De Viduis, & Binubis, & alios.

E



Liſeus Ruſconus Aſtenſis Ord. Carmelitarũ vir in Theologicis verſatiſſimus doctrinis, ſed & moribus ſuauis, ſcripſit italicè
Mariale ſeù De laudibus Beatiſſimæ Virginis lib. 1.

Obijt Mediolani ann. Dom. 1630. Scripſit, & alia quædam, quæ huc vſque videre non potui. De eo ſcribũt Auguſtinus Biſcarettus in ſuis Palmitibus vineę Carmeli, Marrac. in Appendice, & alij

Emanuel Enriquez Sabaudus Camberienſis ſcripſit Tractatum
De repagulis, quæ ponuntur ad vmbratiles pugnas.

Emanuel Jacomellus Pinarolienſis Ordinis Minorũ de

de obseruantia vir pius, & Regularis vitę amator, scripsit
Compendium Vitæ Beati Pasqualis Baylon. eiusd. Ord. Impres. Sauiliani 1622.

Emanuel Raynardus Niciensis in Sabaudi Regia Medicus Primarius, Academiæ Moderator, Lector, & Archiator, edidit
Consultissimum Responsum ad discussionem medico-practi. à Bartholomæi Torrini (de quo suo loco) Impr. Taurini apud Zapattam 1659. & Romę apud Mascardum 1660. in 4 Desiderantur alia Raynardi Opera posthuma præsertim *Phisiologica*, quæ M. S. passim habentur prę Tyronum manibus.

Emanuel Thesaurus Patritius Taurinensis, vt ipsemet scribit, licèt ipsius nobilissima, & antiqua Familia sit Fossanensis, Comes, & Magnæ Crucis SS. Mauritij, & Lazari Eques, vir eruditissimus, & in Elogijs conficiendis sine dubio singularis, cuius laudes potiùs silentio tegere, quam frigidè scribere optimum duxi, multa edidit feracissimi sui ingenij Opera.
Elogia, quæ in vnũ Volumen redacta pluriès impressa sunt, Taurini, Venetijs, Genuę, & alibi. In hoc volumine habentur
Patriarchæ. Cæsares. & Patres vna cum Carminibus. Obseruandum est autem, quod Elogia impr. Venetijs apud Paulum Balleonium 1654. in 4. sunt Thesauri

vſque ad paginam 302. nam quæ ſequuntur ſub titulo *Inſulatæ virtutes, ſunt Aloiſij Jugularis*, de quo ſuo loco.

Panegyric. inter ſolemnes inferias Jo. Antonij Bacij Episc. Molfetani Ord. Carmelit.

Panegirici Sacri Tom 3.

L'Hiſtoria della Compagnia di S. Paolo di Torino. Impreſ. Ibidem 1657.

Il Funerale di Filippo 3. Rè di Spagna tacito ſuo nomine.

Memorie Hiſtoriche della Città d'Aſti.

La Vergine Trionfante, & il Capricorno Scornato. Apologia eſt in defenſionem cuiuſdam proprij libri dicti *La Vergine* Impreſ. Eporediæ 1642. in fol.

Prattica della Grammatica Italiana.

Racconto delle publiche allegrezze fatte in Milano per la naſcita del Sereniſſimo Prencipe di Spagna Balthaſare Carlo Domenico d'Auſtria.

La Parafraſi ſopra le Fauole d'Eſopo.

La caduta del Conte Duca d'Oliuarez.

Li Campegiamenti di Piemonte del Sereniſſimo Prencipe Thomaſo di Sauoia.

Santo Omero ſocorſo del Prencipe Thomaſo.

Torino aſſediato, e non ſocorſo.

Gl Aſſedij d'Iurea, Ceua, e Cuneo.

Hiſtorie del Piemonte. Impreſ. Venet. apud Io. Iacobum

bum Herz in 4.

Canochiale Aristotelico, ò sia Idea delle Argutezze Heroiche volgarmente chiamate Imprese Impres. Taurini 1654. & Venet. apud Paulum Baglionum 1655.

Ermenegildo Tragedia, Carmine italico Taurini apud Zapattam 1661.

L'Historia del Regno d'Italia sotto i Barbari. Taurini apud Zapattam cum Figuris æneis 1653. in fol.

In promptu paratum habet Opus *Exemplorum, & Præceptorum Moralium ad paraphrasim Fabellarum Aesopicarum à se pridem euulgatam*. Habet & alia.

De tanto viro accipe Lector hoc Ioannis Antonij Parutiæ Braidensis I. V. Doctoris, Theologi Elogium.

EManuelis Thesauri
Dotes, Doctrinam, Ingenium,
Virtutes omnes descripsi, cum nomen scripsi
Famam mutilabit, qui breuius,
Perdet, qui longius audeat explicare:
Adeò & virtutis laudes, vt virtus ipsa
In medio consistunt.
Magnum auita Domus hunc fecit, Sapientia Maximum:
Heroem quis neget?
Humanum Patrem habuit, Coelestem Matrem.

Præsensit puero grande aliquid Pater;
Qui vt Emanuelem gigneret, meliorem à se cerebri partem seiungens
Palladem censuit procreasse, nec gratis:
Nam Cuna Puer vsus pro Cathedra
Vagitu se prodidit Oratorem.
Emanuelem itaque præsago consilio cum dixit;
Eloquium Dei, aut Deum eloquij nuncupauit.
Quid enim Emanuel, nisi Deus?
Diuinum lateat ingenium, si potest,
Augusto semper in nomine pellucebit.
Sed quid illustris mens lateat?
Quæ Solis fæcunditatem æmulata;
Quot edidit volumina, tot accendit lumina:
Vt eundem scias Apollinem esse, & Solem.
Nisi Stellarum Regem vicisset,
Quod ille Sæcula diuidat, hic componat.
Bis septem (ni fallor) libros impressit,
Binas dicerem Planetarum Hyerarchias;
Sed vultu dispares, non impares lumine.
Nullum noueris Solem, quia omnes.
Ingenium metire Lector.
Bino Orbi illustrando sufficeret.
Adeste litterarum Helluones.
Paupertas vestra vno ditescet in Thesauro:
Hic etenim Historiam, Poesim, Oratoriam, Mathematicen,

Totam

Totam denique Encyclopediam dabit:
Stupente Sæculo,
Quod dierum vna, geminata Librorum Hebdomade
Rerũ Deus, Scientiarũ Emanuel Vniuersitatem absoluerit.
Quanta vir fecerit, à Puero disce,
Primus ludus ab Orco Cæsares suscitare;
Ut vel Phæbum credas, vel Phæbi Filium.
Augustos ne Lauris magis an calamus fecerit, nescio;
Vterque Magnos:
Diuidente cum Cæteris gloriam Cæsarũ primo,
Ut Lauro eadem ferrum nectant, & calamum,
Vbi illud ab Imperio, hunc à Thesauro mutuantur
Sed ò mira Calami felicitas!
Quod Laurus Regia non potuit, Calamus fecit.
Nam mortuos semèl, morti ereptos protulit non morituros.
Barbaros tamen mores styli elegantia correxit;
Et quæ dederat Imperium Monstra, Homines fecit:
Ut discas non vnius Orphei miraculum
Feras rapere ad Humanitatem.
Elogia Cæsarum ludum dixi.
Miraris Lector? Patriarchas lege.
Auroram pinxit illorum Purpura, isti Solem.
A Mundi exordijs exorsus
Totam Christi Seruatoris Genealogiam texuit;
Et obscura plurium nomina atramento illustrauit
Vis scire, quam scitè?

Ab-

Ab vndarum, & ignis diluuijs seruauit,
Vt suum quæque tempora Seruatorem agnoscant
Emanuelem
Vitalem Thesauri Calamum
In Mercurij Caducæo commenti sunt Vates.
Nam ad huius contactum ereptam vitam repetentes
Frigidi Proauorum Christi cineres incaluerunt.
A Sacris ad Prophana argumenta digressus
A prophanis ad Sacra iterum rediјt.
Religiosæ quippè menti extra Christum nihil sapit.
Stylo eodem, & Ducum pugnas, & Sanctorum glorias
enarrauit,
Et pugnantium, cum Martyrũ Sãguine sudorẽ immiscens
Vna omnium Victorias Sanctitate decorauit.
Alijs tamen virtute vincentibus ipse vicit eloquio;
Et mortem calamo pungens
Immortalitatem alijs dedit, & sibi.
Italiæ tandem Regno
Et capitis canitiem sui, & eruditam librorum prolem
coronauit.
Dedecebat sapientum huius sæculi Principem
Sine Sceptro mori.
Fatalis sanè Genesis
Vt occidentalis hæc plaga sub Authoris occasum nasceretur.
Antiquum igitur Italia sibi vendicet Hesperiæ nomen,
Quæ occidui huius Hesperi vltimis radijs inauratur.
Phæni-

Phœnicis tamen sæcula ominari fas est.
Nam propè tumulum nata
Emorientis senium patris renouat in iuuentam
Occasu ad Orientem delato.
Vis omnia scire Lector?
Verbo claudam.
Natu omnium minimus, maioribus maior fuit.
Quorum flores omnium delibauit
Malleam animam conditurus.
Desperauit Natura maiorem facere
Emanuele genito.
Si plura quæris, ipsum alloquere;
Et extra mendacij notam dices:
Infinitus EMANVEL est sapientiæ THESAVRVS

Huic Elogio iure optimo addendum duxi sequẽs Anagramma Adm. Reuerendi Domini Lucę Bertolotti viri, de quo suo loco dicemus in hac nostra Bibliotheca.

Dominus Emanuel Thesaurus Patritius Taurinensis, & Comes.

Anagramma.

Scio te vtriusq; lapidariæ artis nostrum natum esse Numen.

Addam denique Epigramma doctissimi, & eruditissimi viri Antonij Valzaniæ Taurinensis. Hic, qui

in

in Poesi antiquos Epigrammatum Compositores nõ solùm æquauit,sed absolutè vicit,& superauit, multa, eaque optima composuit Epigrammata, & Poetica, quæ integrum, & pergrandem conficerent librum; sed hucusque nec Amicorũ precibus, nec litteratorũ ardentissimis desiderijs perduci potuit, vt omnia in vnum redacta volumen, impressioni mandaret, licet multa sparsim edita legantur. De tanto viro, hoc vnum simplicitèr addam, Valzaniam Animatam Bibliothecam pleno ore posse appellari. Viuit, viuatque Vir omnigena ornatus eruditione, & sapientia.

In Emanuelem Thesaurum Antonij Valzaniæ
Epigramma.

Non animata animare, elinguibus addere linguam,
Jungere marmoribus scilicet arte sonos.
Naturæ vt superat vires, humanaque facta,
Vnum Thesauri Numinis extat opus.

Emanuel Philibertus Panealbus I. V. D. Collegiatus in Alma Taurinensi Vniuersitate, & Sacrorum Canonum Primarius Interpres, vir doctrina, eruditione, alijsq; virtutibus eximius, edidit

Orationes in Laureas Doctorales. Impres. Taurini apud Zapattã 1665. Continet Orat. In Laureã Doctoralẽ D. Bernardini Cortinæ. Itẽ in Laureã Doctoralẽ Nicolai, & Caroli Plosaschi, Ayraschæ, & Volueriæ Comitum. In Laureã Augustini Ab Ecclesia Isaschæ Comitis.

Comitis. In Lauream Cęsaris Octauij Gambaranæ SS. Mauritij, & Lazari Equitis, Chami Comitis.

Italico vero sermone.

Il Cielo, ò sià le glorie della Casa Bioletta d'Agliè. Taurini apud Zapattam 1659.

Annotationi dell'Vniuersità del Bù sopra vna Cosaccia intitolata, Oratio quæ ad solemnia Litterariæ Vniuersitatis Auspicia habenda erat in Ecclesia Metropolitana ab Auctore Amadeo Marchisio Legum studioso. Impr. Geneuæ 1666. Viuit vir studiosus, & virtutum amator.

Eques Sabaudus Auctor est anonimus, Sabaudus tamen. Liber est Apologeticus Gallica lingua editus anno 1606. aduersùs cauillationes alterius Auctoris Anonimi, qui suum libellum inscripserat *Le Soldat Francois* in 16.

Erigius Caffarellus Niciensis ex Oppido Sancti Stephani I.V.D. scripsit Comment. in quatuor lib. Institut. Iustiniani, prænotatur

Erotemata. Impr. Taurini 1590. & cum multis eiusdē Auctoris Additionibus iterùm Taurini 1605.

Comment. in 4. libros Distinct.

Super Nonaginta vnum tractatus diuersos Iuris Canonici. Ibidem eodem anno.

Eugenius Carabigiottus à Sancto Germano Canonicus Regularis Lateranensis Theologus insignis, Orator facundus, & in Concionibus ad populum magnę

eloquentiæ, & efficaciæ, scripsit perplures Orationes, præcipuè vnam, in qua ingenij sui ostendit nobilitatē *Funerale nella morte della Contessa Lucretia Bobba Bertodana.* Impr. Astę 1612 apud Virgilium Zangrandum.
Funerale nelle esequie di Dorotea Ferrera Bertodana.
Scripsit etiam Tractatum impres. Vercellis apud Hieronymum Alarium 1608.
Delle Lodi del Sangue di Giesù Christo essistente in Mantoua in un' Ampolla.
Della Santa Sindone di Torino. Impres. Taurini.
Delle Lodi de' Santi Martiri della Legione Thebea. Ibid.
Eusebius Guelpa à Terniengo Præsbiter Secularis bonarum litterarum Professor, & Poesis amator, scripsit Italico carmine.
Rime in Lode dell' Illustrissimo, e Reuerendissimo Monsig. Gio. Steffano Ferrero Vescouo di Vercelli nella sua partèza per Roma. Impr. Mediol. apud Typog. Archiep. 1602.
EVSEBIVS Vercellensis Ciuis, qui vt Sāctus colitur ab Ecclesia Dei sub die 11. Augusti. Fuit Octauus Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, vt notant Io. Stephanus Ferrerius in lib. De Episcop. Vercellensib., & Ioannes Franciscus Ransus in Vita Beati Candidi Ransij. Interfuit Concilio Calcedonensi; in quo tanquam acerrimus Fidei defensor disputauit contra Hæresim Eutichianam. Floruit sub ann. 450. Imperante Marciano. Scripsit multas Epistolas,

ſtolas, præſertim vnam elegantem Leoni Summo Pontifici, cui fuit familiaris.


In Hæreſim Eutichianam.

Extat de ipſius Laudibus nobile Epigramma Sancti Ennodij, alijs eſt Euodij, Ticinenſis Epiſcopi, qui floruit ad ann. 510, quod incipit *Euſebius Ligurum, &c.* Celebrauit & Synodum Mediolanenſem ſub Leone Papa, cui interfuit Sanctus Maximus Taurinenſ. Epiſcopus, qui tunc viuebat, mortuuſq; eſt ann. 465. vt ſuo loco dicemus.

Aduerte autẽ, quod hic Euſebius alter eſt ab Euſebio Vercellenſi Epiſcopo, qui (vt videre eſt apud Supracitatum Ferrerium in eius vita) fuit Sardus, patria Callaritanus, baptizatuſque ab Euſebio Papa, cui à Reſtituta nobili Fœmina vidua ipſius matre traditus fuerat, & interfuit Concilio Alexandrino contra Arium, & ab Arianis martyrio coronatus, colitur ab Eccleſia ſub die prima Auguſti, de quo mentionem fecerunt Diuus Hieronymus in Catalogo cap. 96. & Epihanius in Panario Hęreſ. 30. vbi non Fregellis, ſed Vercellis eſſe legendum adnotauit in Annalibus Eminentiſſimus Baronius, ſed melius ſcripſiſſet Barõ. ſi Vergellis legend. aſſeruiſſet; nã antiquitùs nõ Vercellæ, ſed Vergellę dicebatur. Hic Euſebius ob fidei cõfeſſionẽ à Conſtantio Principe Scythopolim relegatus, ſub Iuliano Imperatore ad ſuam Eccleſiam re-

uersus edidit *Comment in Eusebium* Cæsariens. quem à Greco in latinum verterat. Scripsit etiam in Exilio Epistolam *De statu suo, ac vita ad Praesbit. & quadam Italiae plebes.* Item libellum quemdam *Ad Patrophilum.* Extant in Biblioth. Veterum Patrum.

F



Abritius Ferrerius à Garrexio, & Medicinæ Professor vir doctus, edidit

Methodus Compendiaria de Collegiandi ratione. Taurini apud Beuilaquam 1588 in 8.

Facinus Astensis cognométo Lõgobardus Ordin. S. Augustini in Sacris Scripturis versatissimus, ingenio subtilis, in Philosophia doctus, & tum in disputationibus, tum in enodandis difficultatibus acutus, scripsit

Quæstiones in Magistrum Sententiarum. In Lib. Aristotel. Mediolani habent in Biblioth. Sancti Marci eiusdem Ordinis

Quæstiones in libros Physicorum. Has quæstiones Fratribus Bononiæ studentibus dicauit. Asseruantur etiã Bononiæ in Bibliothec. Sancti Dominici. De eo scribunt Ioseph. Pamphilus, Posseu. Appar. Sacr. & alij.

Facinus Tiberga Salutiensis in politioribus litteris eruditus, qui fuit Magister Filiorũ Marchionis Salutiarum, scripsit

Com-

Comment. Grammatil. in Alexandrum Villadei. Impres. Carmaniolæ 1497.
Item. *Carmina.*

Fedelis à Sancto Germano Ordinis Sancti Francisci vulgò Capucini, Theologus, & Verbi Dei annunciator zelantissimus, scripsit Orationem
De Laudibus Beati Caroli Borromei Cardinalis, &c. Impr. Mediolani 1610.

FEDERICVS Sandrius Trottus Episcopus Fossanensis creatus ab Vrbano VIII. Pontifice Maximo 6. Februarij 1628, fuit vir in tractandis suæ Ecclesię bonis diligentissimus; illam enim prouentibus auxit, Seminarium Clericorum instituit, Canonicatũ Præsbiteralem in Cathedrali, & duo Beneficia fundauit, saluo sibi, & suis Iure nominandi: multa alia æterna digna memoria gessit. *Decreta Synodalia* à Camillo Daddeo Fossanensi Episcopo primo publicata, cum additionibus valdè vtilibus imprimi fecit. Item
Series Episcoporum Fossanensium In libro Decretorum.

Flagellum Aristocratiæ Geneuensis Gallicè editum anno 1606 Auctore Anonimo quidem, sed Sabaudo, in quo iura Regiæ Domus Sabaudiæ in Ciuitatẽ Geneuensem elucidantur aduersùs librum inscriptum *Le Citoyen de Geneue* Auctoris Anonimi, & Sectarij in 16.

Flaminius Biragus Salutiensis vir suę gentis nobilitate

tate illustris. Patrem habuit Carolum Biragum Regis Franciæ Aulicum, Patruũ verò magnum Renatum Biragum Cardinalem amplissimum, & Galliarũ Magnum Cancellarium, qui à Gregorio XIII. ann. 1578. Cardinalis creatus, Parisijs viuere desijt ann. 1583, sepultusque iacet in Sanctæ Catharinę Ecclesia Scio præfatum hunc Cardinalem Renatum Biragum ortum Mediolani, & Mediolanensem vocari tum ab Alphonso Ciacconio, tum passim ab alijs; verum Familiam in Salutiensi transtulit Ciuitate, vbi natus est Flaminius, qui ideò iure inter Pedemontanos adnumeratur. Edidit lingua Gallica, & Patruo dicauit *Sonnets, Chansons, Elegies, Epitaphes, & Lamentations Amoureuses*. Impr. Paris. 1581.

Florentia G. Pedemõtana, cuius Patriam non adinuenio optimi ingenij fœmina, scripsit lingua Etrusca *Rime*, quæ ipsius sapientiam demonstrant. Impr. Lucæ cum alijs 1559.

Fortunatus Vercellẽsis. Vide. *Venantius Fortunatus*.

Franciscus Alimotus de Fontaneto Casalensis Seminarij Rector, vir in humanioribus litteris eruditus, sed & Philosophus, & Poeta, quique Academijs, ac publicis disputationibus frequentissimus aderat, multa scripsit, sed præcipuè

Poema in Funere Tulij Carretti Episcopi Casalensis. Item aliud. *In Aduentu Scipionis Paschalis eiusdem Ciuitatis Episcopi.*

Episcopi. Impres. Ibid. Obijt 1622.

Fracisc⁹ Aluatus Asten. Ord. Minorũ Theologus, & Diuini Verbi Annũciator. scripsit *Postil. in Euangelia. Sermones Quadragesimales*. Habetur M. S. omnia in vno Codice magno (vt me docet Pater Vuadingus) in Bibliotheca Cęnobij Valdescopesi Prouinciæ Conceptionis in Hispania.

Franciscus Ab Ecclesia Patritius Salutiensis I.V.D. & Marchionis Salutiarum Consiliarius. Scripsit *Consilia Feudalia*. Impr. Lugd. 1570 cum alijs aliorum Auctorum, & Francofurti 1573. Ex hac vita discessit in Patria anno Domini 1539, sepultusque fuit in Ecclesia Sancti Ioannis.

Franciscus à S. Mauro cognominatus *Manfredus* Vercellensis Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis, in Beatę Mariæ Montisregalis Abbatia Pœnitentiarius, Diuini Verbi annunciator, poesis amantissimus, scripsit Heroico Carmine *Vitam Sanctæ Agnetis*, quã inscripsit *Virginitas Coronata*.

FRANCISCVS Augustinus Ab Ecclesia Ciuis Salutiensis, & eiusdem Ciuitatis Episcopus, nobili genere ortus, & de quo testantur ipsius scripta, licet acuratiorem in multis desiderarem, euulgauit latino sermone *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Abbatum Pedemontanæ Regionis Chronologicam Historiam*. Impr. Taurini 1645.

Ita-

Italico autem idiomate.

Il Catalogo de' Scrittori Piemontesi, e Sauoiardi vsque ad ann. 1614. Impr. Taurini apud Cęsarem, & Io. Franciscum Fratres de Caualerijs 1614.

Discorso della preminenza del Sesso Donnesco, con il Teatro delle Donne letterate. Impr. in Monteregali 1620.

Il primo libro della Vita di Monsig. Giouenale Ancina Vescouo di Saluzzo, e delli altri Vescoui suoi antecessori. Taurini 1625.

Fiori di Blasonaria per ornare la Corona di Sauoia con i freggi della nobiltà. Taurini 1655 in 4. apud Alexandr. Federicum Caualleris.

La Corona Reale di Sauoia in due Tomi, che contiene la descrittione di tutte le Prouincie delle quali l'A. R. di Sauoia porta i titoli. Cunei 1655, & 1657. in 4. apud Strabellam.

La Relatione dello Stato del Piemonte dell' 1635. Taurini apud Zapattam in 4. Scripsit etiam, vt ipsemet testatur in sua Chronologica Historia, nondú tamē impr.

Vn'ampia Descrittione del Piemonte, nella quale tutto ciò, che in esso degno di memoria si vede, ò per il passato è seguito, si lege.

La Relatione dell' Isola di Cipro, e delli Rè, ch' in essa hanno dominato, con vn ristretto delle ragioni delli Serenissimi Duchi di Sauoia sopra quel Regno.

Vn Volume di Discorsi sopra alcune nobili Famiglie Piemontesi.

La Genealogia di quelle Case, che in Piemonte possedono Giurisdittione, e Castelli.
La Compendiosa Historia Geneologica de Reali di Francia, e di Sauoia.
Ristretto delle Regine, e Principesse, che sono state tutrici de loro Figlioli.
La Compendiosa Historia della Città di Cunèo, e de fatti de' Cuniesi.
Raccolta di più di due milla Epitafi di Sommi Pontefici, Cardinali, Patriarchi, Arciuescoui, Vescoui, & Abbati.
Promptuarium antiquitatum Ecclesiarum Pedemontij, in quo fundationes ac donationes ipsarum Ecclesiarum, nec non Priuilegiorum, & Jndulta Summorum Pontificum, Imperatorũ, Regum, ac aliorum Principum referuntur.
Vn Discorso historico della pace d'Alessandro III. Pontefice, e Federico Barbarossa Imperatore.
Vn Trattato dell'Origine delli Titoli Ciuili.
Vna raccolta delle Armi delle Famiglie nobili Piemontesi, e Sauoiarde si antiche, che moderne.
Li cinque cento e dieci gradi delli ascendenti Paterni, e Materni dell'Altezza Reale di Carlo Emanuele 2. di questo nome Duca di Sauoia con l'Armi, ò siano insegne de' Principi, e Signori in essi gradi nominati.
Jllustratio Historica Vndecimi Capitis Chronologicæ Historiæ Præsulum Pedemontij. Impr. in Montergali 1649.
L'Historia Geneologica di tutte le Famiglie deriuate dalli an-

 tichi

tichi Marchesi d'Iurea Regi d'Italia, diuisa in 4. *libri.* Nõdùm impres.

Le Proue della Genealogia, ò sia descendenza de' Marchesi d'Agliè, Riuarolo, San Germano, e di San Damiano da Desiderio vltimo Rè de Lõgobardi della prima stirpe. Nondùm impres.

Relatione di tutte le cose seguite in Piemonte più notabili sino à giorni nostri in forma di breui Annali. Nondũ impr.

Vn Catalogo di più di sei cento Caualieri Gierosolimitani detti indi di Rodi, & hoggi di Malta, Piemontesi. Nondùm impres.

Epitaphia Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, ac Generalium Ordinum, quæ plerisque in locis, Romæ præsertim reperiuntur. Nondùm impres.

Arbor Maiorum R. C. Caroli Emanuel. II. D. Sabaudiæ, & Regis Cypri, &c. Ex parte tam paterna, quam materna vsque ad sextum decimum gradum, & vltra ascendentium, cũ proprijs vniuscuiusque membri insignibus. Additis in fine quatuor gradibus Paternis, & Maternis Serenissimæ Mariæ Borboniæ Vxoris Serenis. Principis Thomæ à Sabaudia, nec non Serenissimorum Caroli Emanuelis, & Henrici Ducum Gebennesij, & Nemorosij.

Franciscus Amadeus Ormea Cheriensis Congregationis Sancti Philippi Nerij Taurini Superior vir doctus, cruditus, eloquẽs, & magni nominis edidit italico sermone *Ora-*

Orationes Panegyric. funebres, non Sacras, &c. Taurini apud Barthol. Zapattam 1665.

Franciscus Aurelius Brayda Taurinensis Poeta non ignobilis, scripsit multa carmine Etrusco, pręcipuè vero

Canzone nelle Nozze di Francesco Gonzaga Duca di Mantoua con l' Infanta Donna Margherita di Sauoia. Impres. Taurini 1608.

Franciscus de Alexandris Vercellensis Philosophus, & Ducis Sabaudiæ Medicus, scripsit Latinè, & Italicè *De Peste, seù Pestis, & Pestilentium Febriũ Tractatus.* Impres. Vercell. apud Guillelmum Molinum 1578. in 8. & Augustę Taurinorum 1586. in 8.

Apollo, omnem compositorum, & simplicium normam suo fulgore ita irradians, vt eius meridiana luce contenti Medici, & Pharmacopolæ, omni librorum copia neglecta, omni denique erroris nebula fugata, ad quæuis opera facilimè se accingere valeant. Venetijs apud Gratiosum Perchacinum 1565 in fol. & Francofurti apud Io. Spessium 1604. in 4. De eo scribunt Gesnerus, Ioannes Antonid. De scriptis Medicis, Thomas Bouius in suo Melãpygo, & alij.

Franciscus de Abbatibus Astensis Ordinis Minorum Theologus, & diuini verbi eximius explicator, scripsit *Sermones Dominicarum Annuarum.* Incipiunt, *Erunt signa in Sole.*

Quadragesimale. Asseruatur Codex M.S. in Bibliotheca Sācti Antonij Patauij pluteo XXI. prout refert Iacobus Philippus Tomasinus Episcopus Æmoniensis in suis Bibliothecis Patauinis. De eo scribunt Britius lib. 3. Vuadingus, Posseu. app. Sacr.

Franciscus Beccius à Trino seù Tridino (quem Gesnerus perperam Casalensem facit) I.V.D. & in Casalensi Senatu pro Serenissimo Mantuæ Duce Præses, scripsit.

Consiliorum, siuè Responsorum lib. 1. Impres. Venetijs 1575. & iterùm 1610.

Additiones ad Consilia Jasonis. Ibid. 1581.

Item alium librum quem prenotauit. *Oraculum.*

Franciscus Maria Blanchus à Garrexio Ordinis Predicatorum Sacræ Theologiæ Professor, primo Taurini, deinde Salutiarum Inquisitor, vir morum candore, integritate vitę, prudentia, pietate insignis, edidit librum italico idiomate quem prænotauit.

Jnuito alla Deuotione del Santissimo Rosario di Maria Vergine Madre di Dio. Impres. Taurini 1652. Vitam cum morte commutauit 1660.

Franciscus de Ferris in Comitatu Nicię Medicinæ Doctor, scripsit Gallicè librum.

Des Offices mutuels, qui doiuent estre entre le Grands Segneurs, & leurs Courtisans, prins en partie sur le Latin de Jean de la Case.

Item

Item *Du Deuoir entre les Maistres, & Seruiteurs*. Impr. Parif. in 8. per Geruasium Mallot.

FRANCISCVS Bonardus à Mōteregali Ordinis Minorum, & Episcopus de Conserans in Aquitania vir Doctissimus, & maximę intelligentiæ, scripsit *Super Miserere. Quod Soli Papæ spectat conuocare Conciliū*

Franciscus Boniuardus nobilis Sabaudus, scripsit *Historiam Ciuitatis Geneuensis*. Extat Compendium in Cosmographia Sebastiani Munsteri. Florebat ad ann. 1500.

FRANCISCVS Bruneacus, qui est Posseuino *Brunancius*, dictus Angeliacus Sabaudus Repeculensis Ordinis Carmelitarum, & postea Episcopus Enabedunensis, scripsit

Sermonum libros tres. Carminum lib. 1. Epistolar. lib. 1. Floruit ad ann. 1599 meminit, & Cassanara c. XI.

Franciscus Caccheranus Taurinensis vir doctissimus, & summæ ęstimationis. Caccheranæ Domui semper fuerunt familiares scientiæ, & hæc Familia potest pleno ore dici Parens virorum, quibus sunt pro cibo studia. Scripsit Franciscus *De Duello lib. 3.*

Franciscus Cagnolus Cuniensis humanarum litterarum Professor, scripsit *De Ortographia. De Accentu. De Punctis*, & alia Grammaticalia. Impr. in Monteregali 1568 in 8.

Franciscus Cambianus ex Dominis Ruffiæ, & Comitibus

tibus Cartignani, Clericorum, quos vulgò dicunt (*Somaschi*), vir tum sanguinis nobilitate, tum pietate, cum ingenio multi nominis, scripsit

La Vita di Monsignore Giouenale Ancina di Fossano Vescouo di Saluzzo, additis optimis Sermonibus super præcipuas ipsius vitę actiones. Impres. Taurini 1657.

Franciscus Capra Sabaudus Fossigniacus, Cameræ (vt vocant) Magister Camberij, vir eruditus, edidit lingua Gallica

Catalogũ Equitũ Sãctissimæ Annũciatæ. Aditis ipsorũ insignibus. Impr. Taurini apud Barthol. Zapattam 1654. in fol. Titulus Gallica lingua, est

Catalogue des Cheualiers de l'Ordre du Collier de Sauoye, dict de l'Annonciade, auec leurs noms, surnoms, qualitez, Armes, & Blason, despuis son Institution par Amee VI. Conte de Sauoye, Duc de Chablais, & d Aouste, &c. Surnommee Le Cont Verd fondateur, & premier Chef, & Souuerain d'icelluy en l'an 1362. iusque à son Alteße Royale Charle Emanuel II. &c. iustifiee par les anciens, & nouuaux Statuts, & Registres de l'Ordre, &c.

Item Tractatum. *De ipsorum Equitum Origine.* Libros hos scripsit cum esset Secretarius Comitis Philippi Sãmartini Ab Alladio, à quo perplures habuit notitias. Item. *Traictee Historique de la Chambre des Comptes de Sauoye.* Impr. Lugd. apud Guillelm. Barbier 1662. in 4.

Franciscus Cassianus Taurinensis summus Medicus,

&

& Philosophus, atque in Patauina Vniuersitate Lector excellentissimus, edidit Quęstionem
De Sectione Venæ in Pleuritide. Impres. Patauij cum libellis *De Dosibus* apud Perchacinum 1546 in 8., Venet. apud Vincentium Valgrisium 1562 in 8. Meminit Vanderlinden lib p.

Franciscus Maria Cugianus (alijs est *Corgiarius*) Canapensis à Sancto Georgio Ordinis Minorum Sancti Francisci De Obseruantia vir pius, & erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum summè deuotus, scripsit ad Fidelium excitandam, promouendamque pietatem italico idiomate Opus Spirituale, quod prænotauit. *Pretioso Thesoro per arricchire vn' Anima deuota per celebrare la Santa Messa, ò degnamente communicarsi.*
Item. *Breue Trattato intorno al significato delli Misteri della Santa Messa.* Impr. Taurini 1608.
Cugiani extat M. S. Romæ in Conuentu Sancti Petri in Colle Ianiculo, quem vulgò Montorium, seù Montem Aureum vocant
Vita Venerabilis viri Bartholomæi à Saluthio, vt iam suo loco adnotauimus.

Franciscus Cusanus Vercellens; vt Sanctorum virtutes, & merita ab obliuione vindicaret, scripsit
Vitam Beatæ Vgolinæ, quæ vixit circa ann. Dom. 1220.

Franciscus Depetra Niciensis Philosophus, & Medicus excellentissimus, edidit

Respon-

Responsum ad Discussionem Medico-practicam Bartholom. Torrini (de quo suo loco) impres. Taurini apud Zapattam 1659 & Romæ apud Mascardum 1660 in 4. Multa habet nondum edita ex Hippocraticis fontibus hausta, quæ à doctis desiderantur.

Franciscus Ferrerius Ancisa Taurinensis I. V. D. scripsit multa Consilia, inter quæ extat vnũ
De Feudo Mantæ. Reliqua partim sunt impressa, partim M.S. asseruantur.

Franciscus Gallina à Carmaniola Philosophus, & Medicus, scripsit
De Balneis Vinadij, & Vaudier. Impr. Taurini 1575.
Addition. & Annotation. ad Tractatum De Cibis Baldesaris Pissanelli Medici Bononiensis Impres. ibid. 1612.
Reliquit, & præclarum opus *De Curatione morborum particularium.* Asseruatur M.S. apud Iacobum Franciscum Arpinum. Vitam cum morte commutauit ætate grandeuus, annum agens 80. in Patria, sepultusque fuit in Maiori Ecclesia apposita marmorea statua cũ sequenti inscriptione.

FRancisco Gallinæ
Qui Casus humanos, & incertos valetudinis euentus, naturæque communis fragilitatem nihil pertimescens,
Gallorũ Regi, apud Pedemontanos, ac Oppidanos Carmanoliæ
Omni

Omni odio, & inuidia carens, Medicinā feliciſſimè exercuit.
Cuius pietas ei moriendi ſenſum abſtulit.
Non veritus, quod in ſe mortale erat cum diuino cōmutare.
Virginia vnica Filia, Genitori cariſſimo, quem diù virtutum
Omnium ſpeculum habuit.
Cum eius integerrimo viro extremum exornauit ſpiritum
Donec à ſummo piorum excitandus reuiuiſcat,
Mæſtiſſima poſuit.
Obijt ann. 1608. *Menſ. Nouembr. die* 9. *ann. ætatis ſuæ* 80.

Franciſcus Genardus Camberienſis Ordinis Capucinorum, ſcripſit
Hiſtoriam Epiſcoporum Ciuitatis Auguſtæ Prætoriæ. Extabat M.S. in Biblioth. Epiſcop. Salutiarum.

Franciſcus Laurentius Vercellenſ.; vt ingratis erga Patriam, quanti ipſa ſit facienda oſtenderet, ſcripſit
Vercellarum Laudes. Impr. Patauij 1568. in 8.

Franciſcus Leuera I.V.D. origine Sabaudus, Romæ tamen à pueritia educatus, & ideò dictus Romanus, vir doctus in omnibus Philoſophiæ partibus, in Aſtronomicis, Matematicis, Naturalibus, Moralibus, &c., de cuius ſapientia adſunt præclara teſtimonia Hilarij Altobelli in ſuis Tabulis Regijs cap. 12. & Andreæ Argoli Aſtronomicor. lib. 3., necnon Leonis Allatij in ſuis Apib. Vrbanis pag. mihi 17. multa edidit, ea ſunt

Vrbanæ Cõgreg. per Summũ Põtif. Vrb. VIII. approbatæ, enucleatio, & ad ipsius amplificationem additæ eiusdem Congregationis Constitutiones. Impres. Romę apud Impress. Cameral. 1628 in 4.

Epistola ad Andream Argolum De Latitudinibus, Directionibus, Coelestibus Domicilijs, & Directionũ mensura. Ibid. apud Facciotum 1628 in 4.

De Beata Ciuitate, Ciue, ac Domo lib. 3.

Animaduersiones singulares in lib. polit. Ethic. & Oeconomicorum Aristotel. De Motu perpetuo. Explanatio Veteris ac Nouæ Astrorum disciplinæ experientia illustrioris. De Temporibus vniuersalium, ac particularium euentuum plura recondita, & vtilima ad morbosos euentus medendos, & depellendos. De Doctrina Motuum, temporumque, motuum coelestium omnium, videlicet primi motus, & secundorum motuum perfectissima, & de arte, ac methodo nouiter ab ipso adinuenta, eos in omni æuo exactè calculandi, & de eorumdem motuum effectibus naturalibus in his sublunaribus tũ generaliter, tum singularitèr. Et de ratione, & causis physicis dictorum effectuum à peculiarissima Philosophia desumptis, & congestis, & in tres Tom. diuisa, &c. Romæ apud Varesium 1659 in 4. Habebat præ manibus, (vt me docet Allatius) *Vrbanæ Congreg. Annales.*

Franciscus Madry Sabaudus Regularis Obseruantię Prouincię S. Bonau. Theologus insignis, scripsit Gallica lingua

Annotationes in Priuilegia Fratrum Minorum de Obseruantia Regulari. Impr. Lugd. apud Guillem. Voffray 1645 in 8. Vertit etiam ex Latino in Gallicam linguam.
Opuscula abbreuiata Sancti Francisci. Ibid. in 8.

Franciscus Mayronus, seù, *De Mayronis*, quod est Oppidum in Alpibus maritimis Vallis Barchinonensis Sabaudo subiectis, fuit Ordinis Minorum, quem perperam Bellarminus, Thomas Dempsterus lib. 12. hist. Scoticæ n. 905 Scotum faciunt; & Iacobus Gaddius De Script. Tom. 2. Gallum scribit : sed omnes malè, vt optimè ostendit Petrus Ioffredus in sua Nicia par. 1. tit. 14, & Illustriss. Britius lib. 3. cui sententiæ adhæret Io. Baptista de Guesnay in Annal. Massiliens. ex Genebrardo. Consentiunt etiam Claudius Robertus in sua Gallia Christiana, & Iacobus Gualterus in Chronologia sect. 14., asserentes eum originẽ traxisse ex Ebredunensi Diœcesi (vulgò Ambrun) Oppidum autem Mayroni, vnde cognomen accepit, sub ea est Diœcesi. Porrò Franciscus Ioannis Duns Scoti discipulus fuit, in Scholasticis prȩstantissimus, & in Diuinis Scripturis suo tempore clarissimus; ita vt in Parisiensi Gymnasio Doctor illuminatus appellaretur. Claruit sub Io. 21, dicto 22. Summo Pontif., & Ludouico Bauaro Imperat. IV. multa scripsit.
Postil. Annotation. in totam Sacram Scripturam.
In Genesim. Incipit. *Quia secundùm vulgatissimam.* Asseruatur

seruatur M. S. in Biblioth. Cęnobij Leodiēsis Franciscanorum.

Comment. in 4. lib. Sententiarum. Quodlibeta. Formalitates. De Primo Principio. De Diuinorum nominum explatione. De Vniuocatione Entis. Hæc omnia impressa sunt Venetijs apud Octauianū Scotum 1520, & ibidem iterùm 1569. Scripsit item.

Reportata in secundum Sententiarum.

Quadragesimale. Venet. apud Bernardinum Nouariēsem 1491.

Postillas per annum.

De Festis diebus Sanctorum, siue De Laudibus Sanctorū Sermones. Venet. apud Peregrinum Pasqualium 1493.

Determinationem paupertatis Christi, & Apostolorum. De Virtutibus, & Vitijs Capitalibus. De Articulis Fidei. Compendium librorum Sancti Augustini De Ciuitate Dei. Comment. Breuia in Augustini libros Confes., & in lib. De Mirabilibus Sacræ Scripturæ In Octo libr. Retractationum. In libr. diuers. quæstionum. In libros contra Epistolam Fūdamenti; & alios nonnullos. Breuia item Comment. in aliquos Diui Anselmi libros. Breue item Comment. in Dionysij libros De Mystica Theologia. Tractatus De Baptismo. De Humilitate. De Indulgentijs. De Corpore Christi. De Angelis. De Suffragijs mortuorum. De Poenitentia. De Ieiunio. De Vltimo Iudicio. De Septem Donis Spiritus Sancti. In Orationem Dominicam. In Hymuum Magnifi-

Magnificat. Basileæ apud Iacobum Pfortzen 1498.
Conflatile, Hoc est, *Va iæ Quæstiones* De *Distinctionibus, Reuelationibus, Signis naturæ, & Formalitatibus.*
Epitome in Libros naturales Aristotelis.

De Mayrono præter citatos Auctores, scribũt Trithe. de Script. Ecclef., Georgius Draudius in sua Biblioth. Class., Posseu. in Appar. Sacr., Vuadingus, Miræus, Sixtus Senensis, Henricus Vuillot in suis Athenis, Arturus à Monasterio in Martyrolog Franciscanorum, & nouissimè Marrac. Biblioth. Marianę par. prima, vbi notat scripsisse librũ vnum. *Super Missus est.*

Picus Mirandulanus paucis verbis illũ mirificè laudat, Krantzius lib. 9. vocat acutissimum Theologum, Trithemius Doctissimum, alij alijs nobilissimis decorant titulis. Obijt eximius hic vir Placentiæ anno Domini 1325, & Franciscus Samzon Minister Generalis Ordinis tumulum hiscè decorauit versibus.

Conditur obscuro lumen, res pulchra, sepulchro,
Doctrinæ hìc Sacræ gloria, luxque iacet.
Dogmata flete, quibus Franciscus De *Maironis*
Extremam constat imposuisse manum.
Vos quibus arma dedit coelestia, flete Minores;
En cecidit vestri firma columna Chori.
Qui quanto excellit fulgentia sydera Phoebus,
Tanto altius superat lumine Doctor. *Aue.*

Francis-

Franciſcus Meglioretus à Villafranca Pedemontij Præsbiter Secularis vir pius, & poeſis amator, ſcripſit carmine italico *Madrigali, e Canzonette Spirituali in lode di molti Santi, e Sante*, librum prȩnotauit. *Il Radeſca Spirituale*.

Franciſcus Mioſſingien Sabaudus Anneſſiẽſis ne dies ſuos otioſos duceret, poſteritati nomen commendaret, & proximo vtilitati eſſet è latina lingua in Gallicã vertit celeberrimi Poetæ Baptiſtæ Mantuani Elegias. *Jn ſtultos, & impuditos amores Venereos.* Impreſ. Anneſſij 1536. Citatur etiam à Pingonio, ſed de hac Hiſtoria notitiam habere non potui.

Franciſcus Neuizzanus Aſtenſis Filius Ioannis Neuizzani (de quo ſuo loco) I.V.D.& Poeta non ignobilis, ſcripſit italico ſermone

Varia Carmina, quæ ſimul cum alijs diuerſorum Auctorum prodierunt. Venetijs anno 1560.

Franciſcus Oddettus à Creſcentino I. V. D. ſcripſit quædam *Conſilia Legalia* quȩ ſparſim varijs in locis impreſſa ſunt. Floruit circa ann. 1580.

Franciſcus Antonius Oliuerius à Raconiſio I. D., & Poeta, vt poſteris quantum in vtraque valeret ſcientia, teſtaretur, ſcripſit

De Nullitate Matrimonij ex defectu conſenſus interioris. Impr. Taurini 1609. Italico vero ſermone. *Volumen Carminum* Ibid. 1601 apud Tarinum.

Fran-

Franciscus Cognomento Pedemontanus cuius patriam, & proprium non habemus cognomen, professione tamen Medicus, scripsit

De Balneis. Impr. Venet. apud Iuntas 1558 cum aliorum scriptis De Balneis *Additiones in Mesuen*. ibid. in fol. 1539 & 1541. *In II lib. Compend. Secret. Messuæ*. ibidem 1589 in fol. meminit Iames, & alij. Scriptorem hunc hìc apposui, ne quis ineruditus negligentię me argueret; nã certissimè scio non esse patria Pedemõtanum, sed cognomine, patria autem Veronensem, vt optimè adnotauit Panuinius opusc. de Veronens. doctrina illustrib. pag mihi 39. sicut & Andreas Chioccus lib. de Collegij Veronensis illustribus Medicis c. 5. pag. mihi 7. Familia enim Pedemontana nobilis inter Veronẽses Marchionatum possidet. Verùm quia Ab Ecclesia inconsideratè in suo Catalogo inter nostros Scriptores apposuit, non omittendum duxi.

Franciscus Philippus Pedemontanus, cuius etiam patria, & cognomen ignoratur, Humanarum litterarum professor, & Poesis amator, scripsit

Comment. in Artem. Poeticam Horatij. Floruit circa ann. Domini 1532.

Franciscus Peliparus Vercellẽsis scripsit italico idiomate tractatum *De Titoli, che si deuono dare nelle soprascrittioni delle Lettere*. Impr. Vercell. 1581.

Item alium Tractatum.

Del

Del modo di domare i Caualli.

Franciſcus Pellizzotus, non Pellorus, vt malè Ab Eccleſia, Nicienſis edidit italico ſermone *Dell' Aritmetica*. Impr. Taurini 1492.

Franciſcus Peueronius Cunieſis Philoſophus, & ergà Pauperes liberalis, cuius rei manifeſtiſſimum præbuit argumentum, Sacrum enim (vt vocant) Mõtem dotauit Pietatis, vt de ipſo poſſit dici, Diſperſit, dedit Pauperibus, Iuſtitia eius manet in ſęculum ſæculi. Scripſit Italica lingua duos Tractatus, vnum *De Geometria* in 4. libros diſtinct. Alterum *De Aritmetica*, quē in tres diuiſit libr. Impreſ. ſunt Lugduni 1558. Scripſit item *De Cognitione Aſtrologica. De Ponderibus, & Menſuris*. Sed hi duo libri (quod ſciam) impreſſi non ſunt, cum enim morte præuentus impreſſioni mandare non potuerit, hæredes non vltra rē curarunt.

Franciſcus Piſcina à Carmaniola I.V.D. filius inſignis illius Ioannis Iacobi, qui in pręlio ad Ceraſolas adeò ſtrenuè ſe geſſit, tanta pugnauit virtute, & animi conſtantia, vt à Franciſco huius nominis primo Galliarū generôſiſſimo Rege in virtutis teſtimonium Lilia Regia ſuo Stemmati obtinuerit inſerenda. Franciſcus, de quo hìc agimus, Menochij diſcipulus fuit, à quo ob ingenij excellentiam magni fiebat, ætatis ſuæ anno 24 Scripſit

An Statuta Foeminarum excluſiua porrigantur ad bona forenſia.

Item

Item Italico ſermone
Della ſignificatione delle figure de i Tarocchi. Impreſ. omnia in Monteregali anno Domini 1570.

Pręter alios illuſtres viros, duorum præcipuè iure optimo gloriatur ſe eſſe parentem hęc Familia. Habuit enim Ioannem Iacobum Magnum Sabaudiæ Cancellarium, & Antonium Piſcinam Ordinis Minorum, quem Arturus in ſuo Franciſcanorum Martyrologio Sanctimonia clarum notat, & Florentiæ diem ſuum clauſiſſe anno 1399.

Franciſcus Purpuratus à Pinarolio I. V. D. pręclariſſimus, ſcripſit
Conſiliorum lib. 2. Impr. Venet. 1579. in fol. *In primam, & ſecundam ff. vet. partem Comment.* Auguſtę Taurinorum 1588.
In primam, & ſecundam partem Cod.
Repetitiones varie in Iure Ciuili. Huius meminerunt Draudius, Thomas Iames in Catalogo Biblioth. Bodleianę pag. mihi 409, & alij.

Franciſcus Puteus Vercellenſis ſcripſit
Apologiam in Anatome pro Galleno contra Andream Veſalium Bruxelenſem cum præfatione, in qua agit de Medicinę inuentione. Impreſ. Venetijs apud Franciſcum de Portonarijs 1562. in 8. Contra hanc Apologiam calamum tractauit pro Veſalio *Gabriel Cuneus* Mediolanenſis. Impreſ. Venet. per Franciſcum de Franciſcis

 1564.

1564. in 4. Nescio autem quid velit dicere Ab Ecclesia, dum in suo Cathalogo scribit *Francesco del Pozzo scrisse vn' Apologia latina in diffesa del libro de gli Attomi di Galeno cōtro vn Medico Breßano.* Certum est enim Galenum nunquam de Atomis scripsisse; nec Vesalius fuit Brixianus, sed Bruxelensis. De eo scribit Ioannes Antonid. de script. Medic. lib. p.

Franciscus Rachis De Raconisio ex Dominis Carpanetæ Philosophus, & in Taurinēsi celeberrima Vniuersitate Lector, scripsit Italico idiomate
L' Historia della Guerra fatta da Principi Christiani nella Terra Santa contra i Sarraceni. Impr. Taurini 1590.

Franciscus Ransus (alijs est Ioann. Franciscus) Vercellensis I. V. D. in Bononiensi Ciuitate publicus Lector, Ducis Sabaudię Consiliarius, vir æquè doctus, prudens, ac pius, scripsit
Comment. in Proemium Decretal. In titulo de Suplenda negligentia Prælatorum. Vitam Beati Candidi Ransi Vercellensis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia. Compendium Vitæ Beati Amadei Sabaudiæ Ducis. Impres. Taurini 1600.

FRANCISCVS Rasinus à Cercenasco dictus *Martinengus* ex Ordine Minorum ad Episcopatum Niciēsem assumptus, edidit
Statuta Synodalia Dioecesis Niciensis, & Catalog. Episcoporum Niciensium. Impr. Nicię apud Castellum. Huius lau-

laudes, merita, dignitates, & virtutes declarantur in inſcriptione, quam hìc appono, ſita in Sacello Corporis Chriſti, quod ipſe à fundamentis erexit, & quod ſepulcrale ſibi, ſucceſſoribusq; Epiſcopis ſtabiliuit.

D. O. M.

Virginique Deiparæ.
Perilluſtr. ac Reuerendiſ. D. D. Fratri Frãciſco
Martinengo Pedemontano è Cercenaſco,
Epiſcopo Nicienſi, & Comiti Drappi,
Qui quam plurimis ſub Regula Sancti Franciſci
Min. Obſeru. Præfectus Officijs,
Concionatoris, Lectoris Generalis, Guardiani, Definitoris
Ac Prouincialis.
Poſtmodum in Theologum, tum vero in Conſiliarium,
ac à Sacr. Confeſſion. Inuictiſſimi, Sereniſſimique
Caroli Emanuel. Sabaud. Ducis aſſumptus, varijſque
legationibus, præſertim ad Belgas Galliam, Hiſpanias,
& Romam functus. Tandem cum ab eodem Sereniſs.
in Epiſc. Nicienſem præſentatus, magnuſque
Elemoſinarius creatus,
Quod hoc Sacellum, decori Eccleſiæ ſuæ conſulens,
In honorem Sãctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti,
& pro ſuis, & Succeſſorum in Epiſcopatu cineribus,
Aere proprio à fundamẽtis erexerit,

De Confraternitate Sanctiss. Corporis Christi benè ; optimeq; merito, eiusdem pij Sodales in grati animi memoriam, posuere.
Anno Domini MDCXX. Idib. Octobr.

Franciscus Rolandus Taurinensis, Philosophus, Mathematicarum Lector, & Medicus Regius, edidit tacito tamen suo nomine.
Tabulas Gnomonicas, & Horoscopicas. Impres. Taurini 1645. Multa reliquit ex puluere Mathematico, quæ nondum sunt euulgata, sed (vt audio) proximè euulgabuntur.

FRANCISCVS Salesius, seù de Sales Episcopus Geneuensis Sabaudus, Episcoporum gemma. Natus est Anneſſij in Sabaudia humanæ salutis anno 1568. Primam ætatem Lutetiæ Parisiorum in Claremontano Collegio trãsegit, virtute, pietate, & modestia admirabilis, omnium oculos ad se trahebat, omnium animos dulcissimis moribus deuinciebat, & omnium corda grauitate, & prudentia ad res de eo eximias presagiendas prouocabat. Patauium deinde missus, vt Iurisprudentiæ operam daret, à Sodalibus, qui summam ipsius tamquam incontinentiæ ipsorũ exprobratricem intuebãtur puritatem, alio pretextu ductus ad Fœminam facie quidem speciosissimam, moribus autem perditissimam, & solus cum sola relictus,

ctus, atque ab impudentissima ad flagitium sollicitatus, Sanctissimorum Virorum Gregorij Neocæsariensis, Thomæ Aquinatis, Philippi Nerij, & aliorum imitatione, non modo immotus perstitit, sed etiam acribus verbis castigatum, & saliua deformatum vile Scortum à se abegit, gloriosissimo sibi de incontinentia, & lasciuia comparato triumpho. Lauretanam Sacratissimam Domum summa deuotione, animiq; vtilitate visitauit. Vrbis Romæ Sanctuaria piè adorauit; exindè in Patriam reuersus cœlesti motus prodigio, sæcularibus pompis, commoditatibus, & desiderijs valè dicens, Ecclesiasticum habitum induit, & scientijs Theologicis ornatus, sacrisque initiatus ordinibus, in Concionibus ad Populum habendis, atque in confutandis scelestissimi Caluini iniquissimis Dogmatibus, vt deceptas ad Sanctæ Romanę Ortodoxæ Ecclesiæ gremium reuocaret animas, indefessè laborauit, tanto fructu, vt non solum priuatis colloquijs, sed etiam publicis disputationibus, in quibus verbis melle dulcioribus animos excitabat, plurimos ad Catholicam matrem reduxerit Ecclesiam. Theodorum Bezam Apostatam Clementis VIII. Pontificis Maximi suasu tentauit & tanta diuinæ sapientiæ, & doctrinæ suauitate emolliuit, vt nisi humanus, atque vanus pudor obstitisset, veram, quam certò agnoscebat, fidem amplexus, & professus fuisset. Tandem Geneuensis Ecclesiæ

clesiæ Episcopus Claudij Granieri Antecessoris volũtate, Caroli Emanuelis huius nominis primi Sabaudię Ducis nominatione, & Clementis VIII. assensu summo bonorum applausu effectus, varijs Legationibus, Monasteriorum Sanctissimis reformationibus, Religiosorũ Ordinum Institutionibus, atque miraculis toti Ecclesię, & Orbi clarissimus innotuit. Egregia volumina Sancto stylo, mellifluoque calamo conscripsit maxima legentium vtilitate. Ipsius libri continuò inter piorum manus versãtur,& sæpius impressi, & latino,& Italico, & Hispanico, & Germanico, & aliarum nationum idiomate scripti, isti sunt.

Gallicè in primo Tomo in fol.

Introduction à la Vie deuote. Introductio ad Vitam deuotam. Hic liber Gallica, & naturali lingua iam quadragies,& amplius impressus est.Insuper versus est in linguam Hispanicam, Anglam, & Italicam.

Epistres diuisees en 7. liures. Epistolæ in 7. libros distinctæ

In 2. Tomo.

Les entretiens Spirituels. Solatia Spiritualia.

L'Estendart de la Croix. Vexillum Crucis.

Aduertissements aux Confesseurs. Monita Confessarijs.

Maniere deuote pour celebrer la Messe. Modus deuotus celebrandi Missam.

Les Sacrees Reliques. Sacræ Reliquiæ.

Sermons Familiers. Sermones Familiares.

Les

Les Cantiques des Cantiques mystiquement declarees. Cantica Canticorum mysticè declarata.

Preparation à la tres Saincte Communion. Præparatio ad Sanctissimam Communionem.

Sunt, & alia eius Opuscula, quę M. S. asseruntur Annessij scilicet

Exercitia quædam Spiritualia.

Statuta Confraternitatis Sanctæ Crucis Annessiens.

Tractatus in Hæreticos de Realitate Corporis Christi in Eucharistia.

Admonitio ad Tononienses pro illorum conuersione ad Fidem Catholicam.

Dissertatio aduersùs Viretum Virginis immaculatæ puritatem in partu impiè temerantem.

Constitutiones Sanctæ Domus Tononiensis.

Statuta Synodalia Ecclesiæ Geneuensis.

Tractatus pro defensione Catholicæ Fidei, & Romanæ Ecclesiæ aduersùs Hæreticos. Hunc tractatum scripsit ętatis suę anno 27.

De Notis Ecclesiæ Regulis Fidei.

De Primatu Diui Petri, & Romanæ Ecclesiæ Sacramentis, & Purgatorio.

Meditationes in Symbolum Apostolorum.

Volumen Concionum.

Hæc omnia ipse scripsit lingua Gallica, quæ ego hìc latinis titulis apposui, quia sic habui ex nota mihi transmissa.

Inter

Inter Impresſ. adſunt *Conſtitutiones Monalium Viſitationis.* Habetur etiam. *Oraiſon Funebre ſur le treſpas de tres haut, & tres illuſtres Prince Philippe Emanuel de Lorraine Duc de Mercoeur, &c.* Pariſijs apud Rolinum Thierry 1602 in 8.

Ad cœleſtia gaudia euolauit venerabiliſſimus hic Epiſcopus in Lugdunenſi Ciuitate die 28. Decembris anni raparatæ ſalutis 1622. Eius tumulum Renatus Faber hoc, quod hìc apponimus, ornauit Elogio.

HIc obdormit Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Franciſcus De Sales Epiſcopus Geneuenſis
Natalibus, verbis, operibus, ſcriptis toti Orbi clarus, & carus.
Integer corpore, & moribus integer,
Integras virtutes, eaſque ſemper eaſdem habuit.
Semper idem.
Omnium amans, & amor, ipſe Principum deliciæ.
Populi parens, Epiſcoporum decus, ac lumen, & verè Christi Apoſtolus.
Si plura vis ſcire, non hæc, ſed ſua ſcripta conſule, & acta.
Imò
& totum Orbem, nunc totum Orbum.
ſicut in vita ſe tegere, atque ſic protegere:
Itaut poſt mortem ſe etiam tegeret,

In

In hac Ædicula se tegi voluit.
Obdormiuit in Domino Lugduni
Die 28. Decembr. ann. 1622.

Huius incomparabilis viri vitam scripserunt Hilarius de Costa, Ludouicus de la Riuiera, Philibertus de Bonauilla Capuccinus. Et (quem ipsemet Salensis Auream Galliæ pennam vocat) D. Ioannes à Sancto Francisco Congregationis Fuliensis olim Generalis, cui me totum, quod sum, habere profiteor, cum me ad huius Sanctissimę Religionis habitum admiserit. Nouissimè, Ioseph Fozius Societatis Iesu edidit *Ristretto della Vita, Virtù, e Miracoli di S. Francesco di Sales.* Impr. Romæ apud Varesium 1662. Sed, & Venerabilis Domina de Chantal dicta Ioanna Francisca Fremiot Monalium Visitationis Beatissimæ Virginis Fundatrix, & eiusdem Sancti Francisci discipula, magni nominis Fœmina, notæque pietatis, & Sanctimonię edidit Gallica lingua *Pourtrait de l' Ame de S. Francois de Sales en responce à vn Pere Feuillans.* Impres. Taurini apud Zapattam 1666. in 8. Alexander VIII Pont. Max. anno salutis 1665. Præclarissimum hunc Episcopum in Sãctorum Catalogo adscripsit, & Missam, Officium, cęteraque venerationis concessit.

Franciscus Maria Ferragata à Carmaniola Ordinis Sancti Augustini, Sacræ Theologiæ magister, & in

annunciando Fidelibus verbo Dei insignis, edidit Italico idiomate

Il Ritratto di Pallade. Panegyric. In honorem Sanctæ Catharinę de Alexandria.

Il Giglio. In honorem Sancti Nicolai de Tolentino.

Lo Specchio delle Dame. Dialog. in funere Comitissæ Mariæ Goucanæ Crauettæ.

Il Metoposco Sacro. Panegyr. ad honorem Sancti Frontiniani Martyris.

L'Esculapio de Contagiosi. Paneg. de Sancto Rocho.

Habet, & prelio parat. *Elogia latina*

Pantheon virtutum in vitam Sancti Thomæ de Villanoua.

Elogia. *De Martyribus Thebeis.*

Il Giosue Sacro-Politico Distinct. in 72. lectiones.

Il Pescatore Apostolico pro Sancto Andrea Apostolo.

Il Sagittario. Pro Diuo Sebastiano Ciuitatis Carmaniolæ Protectore.

La Luce. Pro Diuo Bernardino Senensi, & alia. Item in Institutione Academię Taurini in Domo Excellētissimi Marchionis Tanę, edidit *Il Giglio. Discorso Academico fatto nell' Academia de gli Incolti di Torino.* Impres. ibid. apud Zapattam 1663 in 12.

Franciscus Ransus Vercellensis vocatus Glossator, vir maximi ingenij, & doctrinæ, scripsit

Glossas ad Textus Canonicos. Scriptor Pedemontanus ponit Ransum ad annum 1260, sed certissimè errauit,

vt

vt sępè in similibus: nam idem Franciscus in c. nemo deinceps de elect. lib. 6. in nouel. super secund. glos. citat Concilium Lugdunense secundum tēpore Gregorij X. (primùm enim sub Innocentio IV. celebratū fuit anno Domini 1245; vt in verbo Hugo Barcinoneta adnotabimus) quod celebratum est anno salutis 1274, vt patet ex Chronologia Bellarmini, notatque Ransus pręfatū secundum Lugdunense Concilium durasse à Principio Maij vsque ad Augustum mensem, quod manifestè ostendit, ipsum vixisse post illud Concilium, hocque esse non posset, si vixisset ad annum 1260.

Franciscus Scalia Bugellensis Poesis amator, scripsit Italico carmine volumen.

Madrigali. Impr. Casali Sancti Euasij 1600.

Scalię Familię nobilitatem, & antiquitatem recensere prolixum omninò esset; tot enim numerat suę natiuitatis annos, tot insignissimos maiores pace, bello, consilijs eximios, vt integrum conficere facilè quis posset librum.

Franciscus Dominicus Barsanus Ciuis Albensis Medicinę Professor, vir studiosus, & multę eruditionis, & experientiæ, edidit librum, quem inscripsit

Porphylatica prouisio pro Vertiginosa affectione. Impres. Cunei Typis Petri Guiguet 1664. in 4.

Franciscus Scipio Ab Ecclesia Salutiensis Ordinis Ci-

ſtercienſis ex Dominis Ceruignaſchi, Auguſtini Regij Senatoris, & Annæ de Aubri nobilis Cherienſis filius, Salutijs natus die 10. Octobris ann. 1549. ætatis suę anno 18, qui erat 1567. in illuſtriſſima Beatę Marię De Staffarda Abbatia Sacrum Ordinem profeſſus eſt Ciſtercienſem, & licet adoleſcens ſupplentibus ſcientia, morum grauitate, & præclaris virtutibus Abbas Sanctę Marię Maceriarum eiuſdem inſtituti in Cabilonenſi Diœceſi electus, ſequenti anno 1569. die 3. Aprilis à Cardinali Bobba Beatæ Mariæ de Pinarolio Commendatario ibidem in Abbatem benedictus, & paulò poſt totius Ordinis in Italia Vicarius Generalis, totam ferè Prouinciam zelo Obſeruantiæ ductus, viſitauit. Scripſit latina lingua

Vitas aliquorum virorũ illuſtrium ſui Ordinis.

Item Italico idiomate ſeptem libr.

Della Nobiltà delle Donne. In quibus collegit ex varijs Scriptoribus dicta memorabilia, & facta illuſtria Fœminarum tum antiquarum, tum modernarum. Extât M. S. in Reali Bibliotheca Ducis Sabaudię. Fratrem habuit Ludouicum Ab Eccleſia Comitem Ceruignaſchi, & Iſaſchæ I.V.D. eximium, in ſupremo Pedemõtano Parlamento Senatorem. (de quo ſuo loco)

Obijt Franciſcus Salutijs die 23. martij anni 1578. ætatis ſuæ 28. ſepultuſque fuit in Clauſtro inſignis Abbatiæ Beatæ Mariæ de Staffarda. Ipſius virtutes hac inſcriptione ibid. poſita dignoſcuntur. *Fran-*

FRanciscus Scipio Ab Ecclesia perillustri Salutijs Familia
Cistereiensium Ordinis Professor,
Maceriarum ad Sequanos Abbas,
Et totius eiusce Ordinis in Italia Vicarius,
Sacræ Theologiæ, Sacriuè Iuris Doctor,
Omnium ferè scientiarum peritia insignis,
Octo suprà viginti annos natus.
Obijt Decimo Calend. Aprilis.
Filio prædilecto Anna parens tumulũ mæstissima posuit 1578

De eo scribunt Franciscus Augustinus Ab Ecclesia in Historia Chronologica, & D. Carolus de Visch in sua Bibliotheca Cisterciensi.

Franciscus Scarauellus Taurinensis collegit, & in lucem dedit librum Melchioris Scarauelli eius Patrui prænotatum
Aphorismi in materia Imperij, Iurisdictionum, & magistratuum antiquorum: Impr. Taurini apud Martinum Crauotum 1566.

Franciscus Maria Vialardus Vercellensis Philosophus eximius, & in artibus, quæ ab humanitate nomen acceperunt, valdè versatus, antiqua sanguinis nobilitate illustris, scripsit, Disputationem corã Serenissimo Carolo Emanuele Sabaudię Principe huius nominis primo in vtramque partem tractatam; quam in latinum sermonem transtulit

De

De Magnitudine Terræ, & Aquæ. Impreſ. Taurini apud Ioannem Baptiſtam Raterium 1580 in 8.
Tractatum ſuper primam Ariſtotelis propoſitionem Ethicorum. Impreſ. Parmæ 1578.
Alium Tractatum variarum rerum in quo agit præcipuè lingua Italica
De Brindeſi che ſi fanno à Tauola.
Leguntur etiam multa carmina tam latino, quam italico idiomate ſparſim in pluribus locis. Edidit & Orationem Funebrem
In obitu Sereniſſimæ Margaritæ de Valois Sabaudiæ Duciſſæ, Quam Orationem latinam fecit Ioannes Baptiſta Feſta. Item Italica lingua *La Vita d' Innocenzo VIII. Pontefice Maſſimo. La Vita di Bonifacio IX.* Impr. Venet. 1613. in fol. De eo præter alios ſcribit Lud. Iacob. lib. 2

Franciſcus Viliottus à Monteregali Medicinæ Profeſſor vir doctrina, & ingenij acumine eximius, maximi ſtudij, & lectionis, edidit
Opus naturale politicum, in quo Principatuum regimen indoles Elementorum adumbrat. Impreſ. in Patria apud Ioannem Gislandum 1659. liber hic & doctrina, & pręceptis eſt admirabilis, ſed aliqui obijciunt ſtyli obſcuritatem. Item occaſione Pacis celebratę inter potentiſſimos Galliarum, & Hiſpaniarum Reges anno 1660 ſcripſit alium librum, in quo ipſius probat Pacis neceſſitatem ex diſpoſitione Regnorum, deſumpta

ptà ab humani corporis infirmitate similitudine, hũc librum prænotauit
Morbosæ Europæ sanitas instaurata. Impres. ibid. apud eundem 1660 librum hunc dicauit Eminentissimo Iulio Cardinali Mazarino Primo Galliarum Regis Ministro, & Pacis auctori, cum autẽ Cardinalis morte præuentus Vilioto debitas non potuisset reddere gratias, Ludouicus XIIII Rex, vt quanti faceret & libri excellentiam, & Viliotti virtutem, & doctrinam ostenderet, annua illum donauit pensione, de qua re accipe Regij Secretarij quã hic Gallica lingua appono Epistolam.

Monsieur

Les gratifications que le Roy continue de faire aux Persones des lettres d'vn merite extraordinaire, m'offrant de temps à autre l' occasion de vous escrire, Ie serois bien fasché de la laißer eschaper sans me dõner ceste satisfaction. Comme ie scay l'estat, que feu Monseigneur le Cardinal Mazarin faisoit de vous ouurages, & que ie en connois encore le prix par eux mesmes. Ie ne puis, qu'auec beaucoup de contentement executer les bonnes intẽtions de Sa Maiestè en vostre endroit, & ie me reiouis de voir la Place, que vostre vertu, & vostre Scauoir vous ont acquise dans sa bienueillance. Ce seront ces mesmes qualitez, qui vous

en

en conseruerõt la possessiõ, & bien que vous n'en puissiez pas desirer de meilleurs tiltres, ny de plus aßeurè. Ie ne laißeray pas neãmoins de chercher tousiours auec soin le moyen de vous faire connoistre, que ie suis

Monsieur.

Vostre tres humble, & tres affectionè seruiteur

Colbert.

Paris le 27. Auost. 1665.

Viuit virtutis amantissimus, & habet prę manibus Opus grande, & summæ vtilitatis
De affectionibus Animi. Item proximè imprimend.
Varij Europæ euentus compendiariè descripti ab anno 1643 vsque ad 1659.

Franciscus Viualdus à Monteregali Theologus, & Canonicus vir pius scripsit.
Le lodi della Madonna Santissima di Mondoui. Impres. Taurini 1598.
Orationem recitatam in funere Cardinalis Vincentij Lauri Episcopi Montisregalis. Impres. ibid. 1595.

Franciscus Voersius à Cherasco, seù Clarasco Ordinis

nis Carmelitarum vir, & doctrina illustris, & prudētia insignis, pietate tamen eximius, Papiæ studiorum Regens, Angliæ Prouincialis, & in Romana vrbe sui Ordinis Procurator General. scripsit Italico idiomate *Historia Compendiosa di Cherasco.* Impres. in Monteregali apud Ioannem Gislandum 1618 in 4.

Giardino de' Tesori Spiritaali della Religione della Gloriosa Vergine Maria del Carmine. ibid. apud eundem 1616.

Delle Imagini miracolose della Gloriosa Vergine nelli Conuenti de Carmelitani.

Relatione della Vita è gesti del Padre Enrico Siluio Asteggiano Generale de Carmelitani. Impr. Astæ apud Virgiliū Giangrandū 1614. in 8. Addidit, *& Cathalogū Generalium Ordi nis*

Simbolo della venuta del Messia. In Monteregali apud Io. Gislandum, & Io. Thomam Rubeum 1622 in 4.

Vno Aduento dell' Antichristo.

Vna Racolta d'Indulgenze, e gratie concesse da Sommi Pontefici alla sua Religione.

Cento auuisi per conseguire le Indulgenze. ibid. 1619.

De eo scribit Marcus Antonius Allegre de Casanate in Paradiso Carmelitici Decoris, & gloriosis ornat titulis cap. 137.

Fulgentius Alchitius à Casali Sancti Euasij Ordinis Sancti Augustini Congreg Lombardiæ de Obseruantia, primò in Vrbe Roma Procurator Generalis, post-

modùm motu proprio Summi Pontificis Alexandri VII. ann. 1659. Vicarius Generalis electus, summa prudentia, & integritate rexit Congregationē, quam & visitauit. Vir iste tum doctrina, tum pietate eximius Archiuium Sanctæ Mariæ de Populo prædecessorum incuria confusum, summo labore, & diligentia ordinauit, ex quo perplura scitu dignissima hausit, Sripsit, & edidit Italico idiomate

La Vita de S. Nicolo di Tolentino, quam perpulchris eruditionibus, pijs meditationibus, alijsque vtilibus ornauit doctrinis. Impres. Casali 1648.

Miscelaneo di otto Centurie. Vbi agitur de rebus valdè curiosis, vtpotè occultis, naturalibus, moralibus, speculatiuis, & Historicis.

Latinè verò prælo paratas habet

Historias Congregationis Sancti Augustini de Obseruantia Lombardiæ.

Furneus Musingeus Sabaudus, scripsit quasdam *Historias*, quæ citantur à Pingonio.

G



Abriel Albertus Pedemontanus, & Regularis vitæ Professor, cuius tamen patriam, & institutum inuenire non potui, in Gymnasio Patauino publicus anno 1555 Philosophiæ Lector, scripsit

Anno-

Annotationes in lib. Aristotelis de Generatione, & de Anima. Aſſeruantur in Bibliotheca Fratrum Eremitarum Sā-cti Auguſtini ibidem, vt me docet Tomaſinus in ſuis Bibliothecis Patauinis pag. 78. col.2.P.

Gabriel Buccius à Carmaniola Vicarius Prouincialis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Sacræ Theologiæ Magiſter, & diuini Verbi Annunciator eximius, ſcripſit Italica lingua multas, & eruditas Orationes, inter quas extant

In Funere Ludouici primi Salutiarum Marchionis 2.

In Laudem Bartholomæi Ab Ecclesia Lud. XI. Galliarum Regis in Regno Neapolitano Conſiliarij.

In Funere Ioannis Cauazzæ Carmaniolenſis, & alia.

Gabriel Capra Aſtenſis, & Comes, edidit

Raccolta di Fiori Poetici. Impr. Aſtæ apud Io. Baptiſtam Giangrandum 1653.

Gabriel Mainardus Nicienſis Ordinis Minorum Cō-uentualium, Sacræ Theologię Magiſter doctiſſimus. Philoſophiam, & Sacram Theologiam magna ſui nominis gloria in Etruria, Pedemontio, & Genuæ dominis gloria... docuit. Virum iſtum prudentia, ſapientia, morum ſuauitate, cæteriſque nobilioribus eminentem virtutibus, Enciclopediam pleno ore vocarem, ni ipſius ſumma, qua fulget, modeſtia, mihi impedimento eſſet. Habet prælo paratum opus ſummè deſideratum

De Theologia Aſcetica.

Gabriel à Sacconai Sabaudus, non Gallus (vt malè Posseuinus) Canonicus, Comes, & Decanus Sancti Ioan. Lugdunensis, Theologus eximius, Diuini Verbi Annunciator zelantissimus, scripsit latino sermone *Exposit. in Caput Sextum Euangelij S. Ioannis, in illa verba Domini,, Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quicquam.* Impres. Lugd. 1567.

Sripsit item Gallica lingua

De la Diuine Prouidence sur le Royaume de France. De Diuina Prouidentia super Regnum Galliæ. Ibid. apud Michaelem Ioue.

De la vraye adoration des Idoles de son temps. De vera adoratione Idolorū sui temporis. Ibid.

Des premiers mouuemens des Huguenots en la Ville de Lyon. De primis motibus Hæreticorum in Ciuitate Lugdunensi. Seù *Apologia pro Ciuitate Lugdunensi aduersùs Libellum, quem Parisijs Hæretici ediderunt, cui titulus. Iusta, & Sancta defensio Ciuitatis Lugdunensis.* Sic enim solent isti vulpeculę speciosis titulis simplicium illaqueare animas. Ibid. 1569 in 8. apud eundē Michaelem Ioue.

Des Diuerses fauses Opinions, qui estoient de son temps en la Chre.tiennetè. De Diuersis falsis Opinionibus, quæ extabant suo tempore in Christianitate.

Histoire vniuerselle des mouuemens excitè pour les Huguenots en le Royaume de France. Historia vniuersalis motuum,

tuum, & tumultuum ab Hugonotis excitatorum in Regno Galliæ Ibid. 1572.

Denique ex latino in linguam Gallicam transtulit tres Sermones

De Judicio, Ludouici Granatensis Ordinis Prædicatorum. Impres. ibid. 1580.

Gabriel à Sauiliano Ord Prædicatorum Sacrę Theologiæ Magister, vir pius, & prudens, vt merita Beatæ Catharinæ de Raconisio sui Ordinis Monialis mundo innotescerent, edidit

La Vita della Beata Caterina da Raconigi.

Galleotus ex Carretti nobilissimis Marchionibus Historicus, & Poeta illustris, scripsit Etrusco carmine Tragędiam, quam inscripsit

Sofonisba. Item Comediam, quam pręnotauit. *Tempio d'Amore*. Impres. sunt Venetijs.

Scripsit, & alia poetica. Item copiosissim. Chronic.

De ijs, quæ euenerunt in Monferratensi Marchionatu, & De Gestis Marchionum Carrettorum. Nusquam prodijt, sed M. S. habetur apud plures, & ex hoc scripto acceperunt multa, qui nostris scripserunt temporibus.

Gaspar Barralis Niciensis Sacerdos & Poeta, edidit in Nuptijs Caroli Emanuelis secundi Sabaudiæ Ducis *Gl Applausi d'Erato*. Carmine Etrusco. Impres. Taurini apud Zapattam 1663.

Gaspar Belletia Lanciensis I. V. D., & verè Doctus, scripsit

ſcripſit plura, & optima Conſilia, inter quę; *De Monetis*. Viuebat anno 1600.

Gaſpar Beymus Salutienſis, ſcripſit

Hiſtoriam ſuæ Patriæ ab anno Domini 967. vſque ad ann. 1416. Exſtat M.S. Verùm licèt dubitare cuius ſit prę-fata Hiſtoria; nam nomen prędicti Gaſparis extat in proprio originali tantum foris in Membrana aureis caracteribus.

GASPAR Laſcharis à Nicia ex Dominis Caſtellarij, & Comitibus Albiminij, vel Vintimilij, ſeù Vintimiæ, Innocentij X. Summi Pontificis, & Alexandri VII. Cubicularius, Vrbini Vicelegatus, poſteà Bononiæ, demùm Auinionis, Abbas Commendatarius Sancti Pontij propè Niciam, vir morum affabilitate, ſcientiarum cognitione, vitæ integritate, & prudentia inſignis, edidit ſapientiæ ſuę monumentum librum, quem prænotauit

Vſus Speculi Plani. Siuè De Dimenſionibus per Speculum planum. Problema opticum Geometricum. Impreſ. Romæ 1644 apud HH. Franciſci Corbelletti.

Gaſpar Petrina Taurinēſ. Medicinę Profeſſor, edidit *Examen Pharmacenticum Tironibus faciendum*, excerptū ex operibus Ludouici Bertaldi. Extat cum eiuſdem Bertaldi tractatu *De Confectione Hyacinthi*. Impr. Taurini apud Fratres de Caualleriș 1614 in 4. Męminit Vanderlindem.

Gaſpar

Gaspar Antonius Thesaurus Fossanensis Antonij Filius (de quo supra) ex Comitibus Salmoræ I.V.D., & in Pedemontano Parlamento Senator, scripsit

De Augmento, & Variatione Monetarum. Impr. Taurini 1607, & iterùm 1614, & 1621.

De Censibus. ibidem 1612 apud Dominicum Tarinũ ibidem cum tractatibus DD. Virginij de Boccatijs, & Ioannis Baptistæ Madij.

Additiones ad Decisiones Antonij Patris. Ibid., & anno 1604. apud Fratres de Cauallerijs.

Quæstionum Forensium lib. 4. Ibid. apud Hęred. Dominici Tarini 1621.

Gaufridus Abbas Altæcombæ Sabaudus Ordinis Cisterciensis vir, & pietate, & Regulari obseruantia, & doctrina venerabilis iubente Lucio III Summo Pontifice, qui electus fuit anno Dom. 1182, scripsit *Vitam Sancti Petri Tarantasiensis Episcopi*, quæ extat apud Surium tom. 3. sub die 8. Maij, quâ die anni 1175, licet Baronius putet 1171, ex hac vita discessit.

Georgius Alionus Astensis vir facetus, & ad iocos natus, sed non semper modestus, scripsit carmine Maccaronico (vt vocant) lingua Patria quosdã animi motus appellant *Capricci* satis ridiculos, & salibus conditos, sed nullius vtilitatis. Impres. Astę 1601, & Taurini apud Stephanum Manzolinum 1628 in 8.

Georgius Blandrata vir, & sanguinis nobilitate, & pruden-

prudentia illustris, Bonifacij Marchionis Montisferrati apud Summum Pontificem Orator, edidit *Orationem* quam habuit Romæ nomine sui Principis ad Alexandrum VI. Summum Pontificem. Meminit Ludouicus Iacob lib. 2.

Georgius Busti, vel *Bustius* Vercellensis Ordin. Prædicatorum filius Conuentus Bononiensis, & ibidem per multos annos studiorum Regens, vir morum grauitate venerabilis, in Philosophia, Iure Canonico, & Sancta Theologia non mediocriter versatus, & Angelici Doctoris acerrimus Sectator, multa scripsit *Quæstiones 9 De Philosophicis. De Creatis Relationibus 3. An detur Creatio secundùm Philosophos. Quæstiones 3 In Caput tertium Sphæræ. De Fine Hominis. De Prouidentia Dei. De Prædestinatione, & Reprobatione De Diuinis Relationibus. De Potentia Creandi. De Contritione. De Confessione. De Fide, & Operibus. De Fide, & eius causa. De Libero Arbitrio, & eius viribus. De Motu locali, De Merito, & Peccato Angelorum Quæstion. 4. De Necessitate Sacramẽti Baptismi Quæstion. 3. De Reali existentia Christi in Sacramento Altaris. De Necessitate Confessionis præmittendæ ante Eucharistiæ sumptionem. Vtrùm liceat Viro Uxorem adulteram in totum dimittere, & aliam ducere. An Libellus repudij olim fuerit licitus. An pluralitas Vxorum sit contra Jus naturæ, præsertim habere duas Uxores viuas. Vtrum Connubium inter Fratrem, & Sororem*

rorem sit contra Ius naturæ. De Differentia Gratiæ à Virtutibus Theologicis. De Discrimine inter nouam, & veterem Legem. De Necessitate, & vtilitate Legis humanæ. De Ecclesiasticis Dignitatibus, & Potestatibus, & earum Ordinibus. Impr. sunt Venetijs 1574, & 1580.

Aduerte autem, quod quia voluit nimium sapere, proprioque sensui adhærere, & quędam Sanctæ Scripturæ, & Summi Pontificis auctoritati non consona protulit, passus est non paucas molestias, & in ipsius libris anno 1576 aliqua examinata, & emēdata sunt. De eo scribunt Gesnerus, Antonius Senensis, Posseu. Appar. Sacr., Miræus c.85, & alij.

Georgius dictus à Sancto Benedicto, Celle, à Ripa propè Cherium. Congregationem Monachorum Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis ingressus ætatis suæ anno 16, professionem solemnem in illustrissima Abbatia Beatissimę Marię de Pinarolio emisit, quam professionem post aliquos annos ob quasdam inuentas in ipsa difficultates, ne dicam nullitates, ratificauit, approbauit, & renouauit. Philosophiam maxima sui laude in antiquissima Abbatia B. Marię de Abundantia propè Geneuam docuit, postea Prioris, Procuratoris Generalis, Assistentis, Visitatoris Generalis, & Prouincialis Officijs laudabiliter functus, in scientijs Philosophicis, & Theologicis eximius, & in enodandis, seù explicandis difficultatibus facilis, & clarus, tandē

in Abbatia Sanctissimę Virginis de Monteregali Spiritum Deo reddidit. Scripsit Introductionem in Logicam, quam prænotauit
Enchiridion Dialecticæ. Impres. Taurini per Io. Iacobum Rustis 1641 in 4.
Item Italica lingua
Stellario della Gloriosissima sempre Vergine Madre di Dio Maria. Impres. Taurini apud Io. Baptistam Zapattam 1640 in 12.
Item cum ad ipsius manus venisset quædam Opuscula deuotissima Diui Bernardi, *De Contemplatione. De Nundinis Animæ. De octo Beatitudinibus. De Perfectione Seruorum Dei.* Ea imprimi fecit Romę apud Mascardum 1640. Habebat, & prælo paratam pulcherrimam, atque adeò optimam
Philosophiam. Sed tam longa Podagræ, & Chiragræ laborauit infirmitate, vt tandem morte pręuentus publicare non potuerit.

Georgius Carrettus ex Oppidi Altaris Dominis I. V. D., nec minùs prudentia, quam doctrina ęstimabilis, Serenissimi Mantuani Ducis Senator, scripsit multa
Consilia Legalia.
Tractat. De Reformatione Calend. Impr. Mantuę 1579.

Georgius Cacatosicus à Casali Sancti Euasij Ordinis Prædicat. vir in Philosophicis, & Theologicis scientijs versatissimus, linguarum Græcæ, Latinę, Hebraicæ, atque

atque Chaldaicæ eximius Professor, scripsit quædam *In Sacram Scripturam*, quæ tamen huc vsque videre non potui. De eo scribit Leander Albertus in sua Descript. Italię Viuebat ann. Dom. 1520.

Georgius Campus Vercellensis Canonicus Regularis Lateranensis pietate celebris, sed & doctrina illustris, edidit

De Viridarianis Visitationibus. Impr. Patauij.

Soliloquia Sacerdotum ante, & post Missam.

Georgius Ab Ecclesia Salutiensis I.V.D. Ludouici secundi Salutiarum Marchionis Vicarius Generalis, & ad Carolũ VIII. Galliarum Regem Legatus, scripsit

Consilia Legalia. Impr. Lugd. 1570 cum alijs aliorum.

Georgius de Ferrarijs Monferratensis de Verolengo Pater Scipionis Persij Commentatoris. Hic Scipio in sua Persij Commentarij Dedicatoria sic ait Illustrissimo Principi Guillelmo Marchioni Mõtisferrati, Scipio Venetus Georgij filius de Verolengo S P. D. ex quibus verbis apparet Georgium Monferratensem esse, Scipionem verò Venetijs natum, vel saltem educatum. Porrò Georgius Simonis Ianuensis Opusculũ, cui nomen.

Clauis Sanationis, mirificè dilucidauit, & marginibus ornauit. Impr. Venetijs apud Gregorium de Gregorijs 1514 in fol. Meminit Vanderlindem lib. p. de scriptis Medicis verbo *Simon Ianuensis*.

Georgius Magnetta Vercellensis Philosophus, & Medicinę Professor, edidit

De Nutrimento Vini, & Aquæ. Impr. Vercell. 1593.

Georgius Natta Astensis I.V.D. vir in sua professione eximius, scripsit

In Sext. Decretal. *C. Quamuis de Pactis.*

In Clementinam De *Verborum Significatione.* Impres. Colonię 1593.

De *Statutis excludentibus Foeminas à Successione dummodò adsint Hæredes legitimi masculi.* De *Facultate testandi.*

Georgius Ramusius à Tridino I.V.D. scripsit

De *Affinitate, & Consanguinitate.* Viuebat ann. Dom. 1520.

Georgius Rizzacasa à Carmaniola Matematicarum Scientiarum, & Astrologiæ Professor, scripsit moralem, & lepidum tractatum Italico sermone

De *Rebus Astrologicis.* Impres. Carmaniolæ 1587 continet quinque Capitula.

Georgius Salinus Taurinensis Ordinis Capucinorum vir pius, scripsit

Compendium Vitæ Beati Valerici, cuius Corpus Sacrum extat in nostra B. Mariæ Cõsolatricis eiusdem Ciuitatis Ecclesia. Impr. ibid. 1601.

Georgius Florus Vbaldinus Eporediensis Iuris Cæsarei, & Pontificij Professor, edidit Dialogum

De *Bonis Temporalibus, & an ea Bona sint, & vndè proueniant.*

Item

Item libellum, quem prenotauit

Praeexercitationes ad artem dicendi. Impr. Papiæ per Michaelem, & Bernardinum de Garaldis 1502, & Basileæ 1551. De eo scribit Draudius in sua Bibl. Class.

Georgius Vedanus Vercellensis Canonicus Regularis Lateranensis vir, & doctrina, & Sanctitate eximius, qui per viginti annos Sacras Scientias docuit, quiq; nonnunquam futura prædicebat, quarum prædictionum veritaté successus comprobabát, cùm Eminentissimus Baronius in Annotationibus ad Romanum Martyrologium scripsisset Diuum Augustinum baptizatum fuisse anno 30. ętatis suæ, ipse vt errorem demonstraret, edidit libellum in modum Epistolæ, vbi eruditè, & euidentissimis argumentis ostendit talis sententiæ falsitatem, quarè Baronius in secunda editione Martyrologij, & in 4. volum. Annalium opinionem retractauit. Libellum sic prænotauit

De vero anno, quo Sanctissimus Pater Augustinus baptizatus est.

Girardus Borgognonus Ciuis Albensis Poesis amator, scripsit *La Musa Toscana.*

Le Discordie Christiane, che hanno dato cagione alla Grandezza Ottomana.

Sommario delle Vite delli Imperatori de Turchi.

Gottofredus à Bauo Sabaudus I.V.D., & in supremo Camberiensi Senatu primus Pręses vir æquè integer, pru-

prudens, & doctus scripsit
Practicam Criminalem continet triginta nouem quæstiones. Impres. Camberij 1607, & Francofurti 1610 in 8 apud Nicolaum Steinium, & iterum Vltraiecti apud Vilelmum Strik. 1646.

Gottofredus Abbas Altæcumbæ. Vide *Gaufridus &c.*

Gottofredus Rudellus Sabaudus, scripsit
De bello Tricassini Saracenorum Principis in Reges Arelatenses. De eo mentionem facit Posseu.

Gregorius Alasia à Summaripa Ordinis Seruorum Beatę Marię scripsit italico sermone
Catalogo de gl'huomini Illustri di Sommariua. Impres. Carmaniolę 1612.
Alfabeto Historico, che con viui essempi, di chi hà bene seruito à Dio insegna la via del Paradiso. Impres. Florentiæ apud Iuntas 1622. Scripsit & alia

Gregorius Botij à Clarasco Clericus Regularis Barnabita, & Sācti Dalmatij Taurini Præpositus vir doctus, & Orator facundus, edidit
Apparatum funebrem in exequijs Ducis de Nemeurs.

GVIDO Ferrerius Vide infrà

Gulielmus Baldesanus à Carmaniola Sacræ Theologię D., & in Cathedrali Taurinensi Ecclesia Canonicus, doctrina, & pietate conspicuus. Scripsit
La Sacra Historia della Santa Legione Thebea.
Della Fundatione, & Origine de i Caualieri del Glorioso S.

Mauritio

Mauritio. Impres. in vno volumine Taurini 1604.
Stimolo alle virtù in tres partes distinct. Impres. Romę apud Aloisium Zanettum 1592. Hunc librum latinum reddidit Aubertus Miræus, & adolescentes suadebat, vt diligentèr legerēt. Impres. Antuerpię 1594 in 12. apud Mylium, & Coloniæ 1604 in 12. Philippus tamen Alegambe in sua Biblioth. Scriptorum Societatis Iesu adscribit hunc Tractatum *Bernardino Rosignolio* eiusdem Societatis conspicuę virtutis, & doctrinę viro. Extant in Biblioth. Ducis Sabaudiæ M.S.

Gulielmi Baldesani
Historia Ecclesiæ Occidentalis.
Item. *Historia Sacra Sanctorum, qui fuerunt in Pedemontio.* Huius mentionē fecit Georgius Draudius in sua Biblioth. Classica.

Gulielmus Bellicensis, vulgò *Bellay* Sebusianus Dominus de Langey, edidit
Ogdoades. Impres. Paris. 1569. in fol. & Geneuæ 1594 in 8 cum operibus Martini Fratris
Epitome de l'antiquitè des Gaules. Parisijs apud Vincentium Sertenas 1556 in 4.

Gulielmus Boierus à Nicia I. D. Philosophus, Poeta, & Mathematicarū professor, scripsit patria lingua.
Rime. Dicauit partim Carolo II. Neapolitano Regi, partim verò Roberto Caroli Filio, à quibus ob suas virtutes multis fuit decoratus honoribus.

Scripsit

Scripſit item
Della Cognitione de metalli.
Dello ſcaturire, che fanno le Fonti di Valcluſa, e delle loro mirabili cadute
Di quella di Sorga. Di Monſtiere. Delle Fonti di Caſtellana. Delli 13. *Razzi della Valle.*
Delle Fonti di Torture, e d'altre ſalſe, e ſulfuree acque.
Della bontà de i Bagni d'Aix, di Digne, e d'altri, che per la loro occulta virtù beuendone gl'infermi guariſcono da molti mali, e d'altre acque, nelle quali mettendoſi del legname reſta ſubito candido come Alabaſtro.
Scripſit præterea, & Regi Roberto dicauit Tractatū
De Semplici, che naſcono nella Prouenza.

Gulielmus à Choul Sabaudus antiquitatum diligētiſſimus indagator, multa ſcripſit, eaque optima, & erudita
De Caſtrametatione Romanorum.
De Religione Romanorum, & nummis antiquis. Gallico, & Latino ſermone. Impreſ. Lugduni apud Rouilium in fol.
Inſcriptiones totius Galliæ. Opus hoc antiquum ſcholijs ornatum imprimi fecit.
De Antiquitatibus Romanorum. Gallico ſermone
De Balneis, & Thermis Antiquorum, & exercitationibus Græcorum, & Romanorum.
Ferocium Animalium librum Gallico, & Latino ſermone.

ne. De eo mentionem fecit Georgius Draudius Biblioth. Class.

Gulielmus de Cuneo, cuius cognomen non inuenio, sed duo adsunt apud Scriptores Gulielmi de Cuneo, vnus Ordinis Prędicatorum, de quo in præsenti, qui fuit Sacræ Theologiæ Magister, & Sanctorum Patrum studiosissimus, quare summo labore ex ijsdem Sanctis Patribus conflauit summam, quæ decem libros continet pręnotauit *Florilegium Theologiæ.* Scripsit etiam *Comment. in 4. libros Sententiarum.* Posseu. in Appar. Sacr. de eo scribit.

Gulielmus de Cuneo alter, quem Valentinus Forsterus in sua Historia Iuris Ciuilis lib. 3 De Cumo, vel Cumensem vocat, non de Cuneo, (ait) vt vulgaritèr nominatur, & origine Gallum facit; at Gesnerus scribit de Cuneo, licèt Gallum putet. Certissimè tamen est Pedemontanus ex Ciuitate Cunei, vt euidentissimè constat ex memorijs ipsius Ciuitatis mihi trãsmissis Fuit Iuris Cęsarei, & Pontificij Professor doctissimus, ingenio subtilis, & eloquentia clarus, scripsit *Lib 24. Super ff. Veteri. Super Codic. lib. 9. Super 1. & 2. Codic. de exemptionib. De Muneribus. De Securitate. Decisio De Mercatura.*

Viuebat anno Domini 1310 De eo mentio habetur apud Draudium, Iames, Marcum Mantuam de viris illustrib., Antonin. Thesaurum, & alios. Nico-

laus de Spinellis de Neapoli I. C., qui vixit ante Bartolum citat Gulielmum De Cuneo.

Gulielmus de Eporedia cognomento Crassus ex Ordine Dominicano, in quo per triginta ferè annos qua docendo, qua concionando summa cum sui nominis gloria vixerat, zelo strictioris vitæ, & maioris perfectionis Carthusianus factus, per triginta, & tres annos in Ordine, & solitaria illa Sanctissima vita vsque ad mortem perdurauit. Vir fuit in omnibus scientijs versatissimus, vt ipsius scripta testantur. Edidit

De Origine, & veritate perfectæ Religionis. Opus est summa refertum eruditione, cuius initium auspicatur ab illa prouerbiorum cap. 8. sententia, *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea testabuntur impium.*

Scripsit etiam Tractatum

In Defensionem Carthusianæ Religionis.

Hi duo libri reperiuntur M.S. in Coloniensis Carthusię Bibliotheca, sed quo tempore vixerit, adhuc mihi ignotum est. De eo scribit Theodorus Petreius in Biblioth. Carthusiana.

Gulielmus Fichetus Sabaudus è loco Paruibornandi Diœcesis Geneuensis, Rector Vniuersitatis Parisiensis Sacrę Theologię D., vir magnus doctrina, eruditione, & prudētia, de quo plura habet Spōdanus tom. 2. Annal. ad ann. 1465 n. 5. Æmulū habuit Gulielmū Tardiuum Annessiensem, qui plura in Fichetum

dicit

dicit: verú Guagninus, qui fuit ipsius discipulus, in Hist. Frācorū de eo plura habet, & Elegiaco carmine, quod post Rethoricam appositum est, laudes explicat. Edidit
Rethoricam. Orationes. Epistolas. Comment. Historic. His Comment. vsus est Pingonius.

Gulielmus Leotardus Niciensis Poesis amator, & Musis carus, scripsit Italico carmine librum, quem inscripsit *La Niciade*.

Gulielmus Modicius Monferratensis à Montemagno, & ipse Poeta, Virgilijque amator, quod ostendit, scribendo librum, quem prænotauit
Virgilius à Calumnijs vindicatus. Scripsit etiam, & edidit *Epigrammata.*
In Sacrum annum 1575. Carmen. Impres. Perusiæ eodem anno.
De Victoria Christianæ Classis Carmen. Impres. Neapoli 1572 in 4. apud Iosephum Cacchium.

Gulielmus Orziacus Sabaudus Camberiensis Condominus de Doures, & de Cognac I. V. D., & in supremo Sabaudię Senatu Pręses, vir doctus, & eruditus, scripsit volumen, quod inscripsit
Quæstion. Philosophicæ. Dicauit Carolo Emanueli I. Sabaudię Duci Impr. Lugd. 1584. *Quæstion. Academicæ.* Ibid. 1579. Tractatum, quem pręnotauit
Numeralium locorum Decas. Ibid. & anno 1584. Vbi au-

tem apud Georgium Draudium in Bibliotheca Classica legitur Mineralium locorum &c. vitio impressoris adscribendū est, debet enim omnimodè legi Numeralium.

Colloquia Mixta. Libellus ad Libellum. Ibid. 1584. *De Venatione Disput.* Ibid. 1599.

Carmine latino opus vocatum

Centrum. Ibid. 1604. *De singularitate memoriæ Tract.* Ibid. 1622.

Gallico autem sermone

De la preseance de la Noblesse.

Traictè de l'amourtissement, & bolition des mains, & de l'authoritè du Souuerain sur ceste matiere. Ibid.

Gulielmus de Monferrato cuius cognomen, & Patriā non inuenio I. C. scripsit,

De Successionibus Regum.

De Pragmatica Sanctione. Meminit Draudius Biblioth. Class.

Gulielmus Seraphinus à Trino, seù Tridino Philosophus, & Medicinæ Professor, scripsit librum in tres partes distinctum.

De Compositioue Medicamentorum omnium. Impr. ibidem 1594, & 1596 in 4. apud Claram Iolitam. De eo scribunt Draudius, & Vanderlindem.

Gulielmus Taurinensis cuius cognomen non inuenio Eremitarum Sancti Augustini Congregationis

Lombar-

Lombardiæ de obseruantia Theologus, & Concionator non ignobilis, scripsit Tractatum
Del modo di comporre le Prediche.

GVLIELMVS alter Taurinensis, sed., & eiusdem Ciuitatis Episcopus vir doctissimus, & summæ pietatis, de cuius tamen Patria, & cognomine nihil certi habetur. Floruit circa ann. Domini 906. Scripsit
Gesta Sancti Solutoris, & aliorum Thebeorum Martyrum.
Gulielmus Baldesanus Hist. Eccles. lib. 20. M.S. notat cognominatum pium, & hæreses, vel à Claudio Iconoclasta (de quo supra) vel ab alijs diseminatas radicitus extirpasse.

Gulielmus Tardiuus Sabaudus Annessiensis Rethoricæ artis Professor, & Gulielmi Ficheti Æmulus, scripsit, & edidit
Rhetoricæ artis, & Oratoriæ facultatis Compendium.
Praxim Exordiorum ex grauissimis Auctoribus excerptam.
Impr. Lugduni.

Gulielmus Tardiuus alter dictus De Puteo eiusdem Ciuitatis scripsit ad Carolum VIII. Gallorum Regem librum Gallico idiomate
De Arte Accipitrũ seu Falconum. Impr. Lugd. in 8. Hunc tamen librum transtulit ex Latinis Regis Danchi, qui primus inuenit, & scripsit artem Falconum, & Moami Guillini, & Guicennasi.

Gulielmus de la Teysonniere Sebusianus, vir varię, & omni-

omnigenæ eruditionis, multa edidit suæ sapientiæ signa.

De Geomance. Dicauit Catharinę Medicineę Galliarum Reginæ. *De Geomantia.*

Des Remedes contre toutes les perturbations de l'Ame, & passiõs du Corps. Remedia contra omnes perturbationes Animæ, & passiones Corporis.

Traduction de Senecque. Traductio Senecæ è latina in Gallicam linguam.

Dialogue du pou, & de l'Homme traduit de l'Italien de Ludouico Pulci. Dialog. de Pulo, & Hominè, &c.

Institution du Seruiteur Domestique. Institutio Serui Domestici.

Histoire aduenue au Royaume de Naple. Historia quæ aduenit in Regno Neapolitano.

De eo scribit Draudius in sua Bibliotheca Classica.

Gulielmus Ventura Astensis, scripsit

Cronic. Ciuitatis Astensis in statu Reipublicæ. Extat M.S & puto nondùm impres., quia non continet rès magni momenti.

GVLIELMVS Vercellensis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini eruditione magnus, Theologus egregius creatus Episcopus Nicomedię, quędam scripsit, quæ desiderantur, vt me docet Thomas Gratianus in sua Anastasi Augustiniaua pag. mihi 87.

GVLIELMVS de Vulpe Vercellensis, qui vt Sanctus

ctus colitur, extititque Fundator Monachorũ Montis-Virginis, edidit

Constitutiones pro Regimine Monachorum.

Vitam hanc mortalem,& ęrumnosam cum immortali, & beata commutauit anno Domini 1142. Scripsit ipsius vitam Pater Felix Renda Prior Monasterij Mõtis-Virginis, eius Festum celebratur die 25. Iunij.

Mirabile est, quod de ipsius summa puritate legitur. Muliercula quædam specie pulcherrima à Rogerio Neapolitano Rege ad Gulielmum missa est, vt ipsum ad incontinentiam prouocaret, quod illa impudentissimè effecit, cumque à Sanctissimo Viro lectulũ, in quo luxurię operam darent,exposceret, ille ardentibus prunis humi lectum strauit,vbi impudicam prouocans, illęsus se volutauit, quare confusa mulier, & viri continentiam, & miraculi gloriam Rogerio exponens, effecit, vt, & ipse Serui Dei Sanctitatem coleret, & veneraretur. Scribunt de eo Alexander Mella, Hippolytus Maraccius in Fundatoribus Marianis c. 14, & alij.

GVIDO Ferrerius Ciuis Vercellensis vir doctus, & virtutum sectator eximius. A Pio IV. Pontifice Maximo primo vtriusque Signaturæ Referendarius, deinde per renunciationẽ Petri Francisci Patrui Cardinalis, Vercellensis Episcopus creatus, interfuit Sacro Tridentino Concilio, & ab eodem pio IV., cui

erat

erat affinitate coniunctus (natus est enim ex Sebastiano Ferrerio, & Magdalena Borromea) in quarta creatione, in qua viginti tres elegit Cardinales; Cardinalis tituli Sanctæ Euphemiæ renunciatus; sub Pio V. ad titulum Sanctorum Viti, & Modesti translatus; multa æterna memoria digna gessit, vt videre est apud Ioannem Franciscum Ferrerium Vercellensem Episcopum in Catalogo Præsulum Vercellensium. Celebrauit, & edidit

Synodum. In quo multa pro Cleri, tum etiam pro Populi Reformatione prudentissimè, & magno zelo decreuit. Romæ mortuus est, & in Basilica Sanctæ Mariæ Maioris vna cum effigie habetur sequens Inscriptio.

D. O. M.

GVido Ferrerius tit. SS. Viti, & Modesti
S.R.E. Presbiter. Cardinal.
Vt viuenti Patruo Petro Francisco Cardinali
& dignitate, & voluntate coniunctissimus fuit:
Ita moriens corpore ab illo noluit abesse,
Cum quo etiam summa Dei benignitate fretus
Coelesti ac sempiterna felicitate se fruiturum
Sperat.
Obijt die XVI. Maij MDLXXXV.

Præter

Præter supradictum Ferreriũ scribunt de eo Ciacconius in Pium IV. Petramellarius, Ferdinandus Vghellius in Addit. ad Ciacconium, & alij. A Gregorio XIII Æmiliæ Legatus constitutus, ita se gessit, vt populorum animos sibi tanto amore conciliauerit, quod in Palatio Prætorio Fauentiæ marmoream, quã hic habes, apposuerint inscriptionem

Guidoni Ferrerio S.R.E. Card. Amplissimo, totius Aemiliæ, & Exarchatus Rauennæ iustissimo, atque prudentissimo de Latere Legato S. P. Q. F. Grati ac deuoti animi ergo

Guido Antonius Malabayla Astensis ex Comitibus Canalis, scripsit *Compendium Historiale Astæ.*

H

HEctor *Bonifatius Frichignonus* Taurinensis I. V. Doctor, in Vniuersitate suæ Patriæ Ordinarius Iuris matutinus Interpres, & Regiæ Celsitudinis Patrimonialis Aduocatus Generalis, ex Dominis Quareniç, & Cerretti, vir prudentia, sapientia, & præcipuè affabilitate summus, scripsit, & edidit sparsim *Consilia Legalia*, quæ in vnum collecta efficerent Volumen.

Item. *Inaugurales Orationes.* Viuit vir studiosissimus inter Taurinenses Aduocatos nemini secundus.

HENRICVS de Bartholomæis à Secusia primo Ar-

chiepiſcopus Ebredunenſis (Ambrun) atque indè Cardinalis Oſtienſis. Aduerte erraſſe Ciacconium, qui putauit fuiſſe Gallum, ſicut & Bellarminus: nam ipſorum opinio redarguitur, tum quia Secuſia Ciuitas, ex qua omnes fatentur ortum, titulo Marchionatus, & olim inſignis, poſita eſt in Pedemontio ad radices Montis-Ciniſij, nec iter vnius diei diſtat ab Auguſta Taurinorum: tum etiam quia Familia De Bartholomeis fuit nobilis inter Secuſianas; nam inter Abbates antiquiſſimi Monaſterij de Noualicio, quod eſt inſignis Abbatia olim Monachorum Sancti Benedicti, nunc meæ Congregationis Reformatę Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis, legitur de anno 1366 Ruffinus de Bartholomæis de Secuſia, qui in teſtamento Iacobi Principis Achaiæ ex Sabaudiæ Familia adnumeratur cum Epiſcopo Taurinenſi executor teſtamētarius. Ponuntur enim executores Teſtamētarij Epiſcopus Taurinenſis, & Ruffinus de Bartholomeis Abbas Sancti Petri de Noualicio. Noualicium autem diſtat à Secuſia tribus milliaribus. Vir fuit Henricus in vtroque Iure præſtantiſſimus, vocatus Fons Iuris, in arte Oratoria eximius, morum integritate, & religione excellens, ſcripſit

Summam, quæ vulgò *Oſtienſis* dicitur.

Item, ſuadente Alexandro IV Pontifice Maximo, à quo (ſi Platinę præſtanda Fides eſt) ob ſapientię, &

religionis famâ Cardinalitia fuerat donatus dignitate *Lecturas in 5. lib. Decretal. Gregorij IX.*

Bellarminus in lib. De Scriptoribus Eccles. admittit quidem ipsum scripsisse in libr. Decretal. suadente Alexandro IV, vult tamen creatum Cardinalem non ab Alexandro, sed ab Vrbano itidem IV, qui immediatè successit Alexandro, vt asserit Ciacconius, qui notat Alexandrum IV Cardinales non creasse. Vrbanus autem IV non solùm ipsi Cardinalatum contulit, sed & Lombardię Legatione ornauit, in qua ita se sollicitè, & laudabilitèr gessit, vt Ecclesiasticos ad Romanæ Sedis tunc in magna positæ necessitate subsidia conferenda continuis eloquentia, & gratia refertissimis inflãmauerit sermonibus, vt auctor est Ciacconius. Valentinus Forsterus De Historia Iuris Ciuilis lib. 3. adnotauit Henricum hoc sibi proprium assumpsisse, vt Innocẽtij opiniones duras reprobaret. Summa edita est Venetijs 1573; sed & ab erroribus repurgata, & annotationibus illustrata Basilę à Guarino eodem anno. Electioni Clementis IV, qui Vrbano IV successit, non interfuit, benè quidem electioni Gregorij X in locum mortui Clementis suffecti. Obijt Lugduni anno Domini 1281, sepultusque est apud Patres Prædicatores. Claudius Robertus in sua Gallia Christiana scribit mortuum ann. 1267; quod nullo modo esse potest, non enim potuisset interesse ele-

ctioni Gregorij X. qui electus fuit 1268. obijtq; 1276.

Henricus de Bottis Sebusianus vir in Ecclesiasticis Doctrinis singularis, I.V. Doctor, edidit Tractatum *De Synodo Episcopi, & de Statutis Episcopi Synodalibus.* Impress. Lugd. 1529 ex hac vita discessit 1544. De eo scribit Guichenonus in Hist. Sebusiana.

Henricus Eusubinus à Trino, seu Tridino Poesis amator, scripsit Etrusco idiomate. *Canzoni, e Sonetti.*

Henricus de Plano Astensis Ordinis Prædicatorum insignis Theologus, & Sacri Euangelij eximius Concionator, scripsit

Sermones Quadragesimales. Claruit ad ann. Dom. 1420, licèt quidam noster Scriptor ponat illum (sed malè) ad ann. 1550. De eo scribunt Antonius Senensis, & Io. Michael Pio. Scripsit, & alia.

Henricus Raterus à Carmaniola, humanarum (vt vocant) litterarũ in Monte-Calerio Professor, scripsit *Interpretationes in Ortographiam Magistri Stephani.*

HENRICVS (hic non Henricus, sed Venericus vocatur, vt suo loco adnotabimus, hic tamen sub nomine Henrici ponendum duxi, quia apud aliquos tali notatur nomine) Vercellensis Episcopus scripsit librum sub persona Theodorici Virdunensis Episcopi ad Hildebrandum, siuè Gregorium Papam.

De Discordia Regni, & Sacerdotij. Non eum increpans, sed vt seniorem obsecrans, & Satrem, & amicabili in-

ductione

ductione quasi affectu dolentis, suggerens ei omnia, quę contra Ius Legum, & fas Religionis eum fecisse, & dixisse diuulgabat loquax fama. Baronium consule. De eo præter alios, scribit Sigebertus Gemblacensis de Scriptor. Eccles. c. 160. Vide Verbo *Venericus*.

Henricus Valle Pedemontanus Ordinis Sancti Benedicti Prior Ecclesiæ Sancti Michaelis Archangeli Noualitij, edidit librum quem inscripsit

Flores Casuum Conscientiæ pro Parochis, Confessoribus poenitentibus, ac Sacris Ordinibus initiandis, &c. Impr. Taurini apud Vbertinum Merulum 1624.

Henricus Tapparellus Sauilianẽsis ex Comitibus Genolæ I.V.D., & Sacrę Theologię Professor, edidit

Oratione Funebre nelle esequie della Contessa Anna Piosasca. Impr. Taurini 1652.

Hermes Bellonus à Mõteregali Sacrę Theologiæ D. Cathedralis Salutiarum Præpositus edidit in morte Serenissimi Victoris Amadei Sabaudiæ Ducis Orationem, quam pręnotauit

Tributo di Lagrime. Impr. Taurini 1637.

Item aliam Orationem, quam inscripsit.

Pensieri di Pace. Impr. Cunei 1639.

Hieronymus Barla Niciensis Ordinis Minorum de Obseruantia Deffinitor, compilauit nonnulla.

Summorum Pontificum Decreta, & Constitutiones pro Regularibus, additis nonnullis Notis. Impres. Taurini per Io.

Sini-

Sinibaldum 1662. in 4.

Hieronymus Cagnolus Patritius Vercellens. I.V.D. in supremo Taurinensi Parlamento ab Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce Senator constitutus, Eques, & Iuris Cæsarei Taurini primum, deindè Patauij Professor, scripsit

Comment. in tit. de Reg. Iuris. Impr. Lugd. 1559, & ante Venet. apud Hieronymum Scotum 1546. in 4.

In l. diffamari c. de ing. manumis. Impr. Coloniæ 1577.

In prim. & 2. lib. Digest. Vet., & in Codic. Venet. apud Lucam Antonium Iuntam 1567.

In quosdam titul. Institutionum Iustiniani.

De Origine Iuris. De Ratione studendi. De Recta Principis Institutione lib. 8. Coloniæ 1577. Omnia eius opera in tres Tom. in fol. distributa impres. sunt Lugduni 1569. Obijt Patauij, & tumulum habet in Ecclesia Sancti Francisci cū sequenti inscriptionē.

Hieronymo Cagnolo Vercellensi
Viro optimo, & in Iuris Ciuilis scientia inter
nostræ ætatis Doctores Eminentiss.
Ac propterea Taurini primum; deinde Patauij.
maiori stipendio, quam quisquam alius
Ius Ciuile magna cum laude, atque omnium admiratione.
Professo.
Nobili genere.

Illu-

Illustrissimi Ducis Sabaudiæ munere
Senatoria, & æquestri dignitate perfuncto.
Filij summa erga talem Patrem pietate
Hoc Monumentum posuerunt.
Vixit ann. LIX. Obijt Kal. Februarij MDLI.

Scribit de eo Panzirolus De claris Leg. Interpret. lib. 2. c. 170. Georgius Draudius Bibl. Class., Iacobus Philippus Thomasinus, qui supra scriptam refert inscriptionem in suis Sacris, & prophanis Inscriptionibus Patauinis in suo Gymnasio Patauino lib. 2. pag. mihi 250. hęc habet, quę quanti fecerit Cagnolum Serenissimus Senatus Venetus ostendunt. 1545. 4. Ianuarij Cagnolus Vercellensis, qui in varijs Italiæ Gymnasijs docuerat plurimis iam scriptis clarus à Senatu Veneto inuitabatur Florenis 800. in paritate loci cum Mantua. 1547. 7. Octobris auctum stipendium Cagnolo ad Florenos mille. 1550. item ad Scutatos mille. Hæc ille. In libro vero Illustriũ Virorum Elogia Iconibus exornata, post nobilissimum conditum Elogium ita concludit. Sepultusque est in Ecclesia Sancti Francisci cum Statua, ac memoria, quę hodiè quoque à sapientibus iuuenibus salutatur.

Hieronymus Capalla Salutiensis Ordinis Pręedicatorũ Theologus, & in Patria Sãctæ Fidei Inquisitor, scripsit Italico sermone

Orat. Funebrem in obitu Matthei Bouerij Christianissimi Regis Status Consiliarij, & in Salutiensi Marchionatu pro Archtriclini. Impr. est cum alijs aliorum scriptis Carmaniolæ 1585.
Edidit etiam quosdam (vt vocant)
Motectos pro solemnitate Sanctissimi Rosarij. Impres. Tortonę 1604.

Hieronymus Carmelus, sed veriùs, *Caramelus* à Monteregali Ordinis Beatę Marię de Mercede Redemptionis Captiuorum, scripsit *In Cantica Canticorum.* Viuebat anno Domini 1340 vt colligo ex Chronicis Ordinis. Citatur à Patre Syluestro Sauuedra eiusdem Ordinis in sua Sacra Deipara, Vestigatione 2. disput. 12. sect. 14, quem & Beati titulo illustrat.

Hieronymus à Sancto Roberto Carrera Taurinensis Congregationis Reformatæ Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis vir lepidus, & omni scientiarum genere ornatus, sed & pietate ac Religione clarus. In Philosophia, & Sacra mihi Theologia Magister, multa præ manibus habebat, quę morte pręuentus perficere non potuit. In studijs indefessus semper, adeò vt persępè integras noctes studendo insomnes duxerit. Plures legit ipse libros, quam viderint multi. Memoria pollebat fœlicissima, sed (quod mirum est) non minus excellebat ingenio, edidit Italico carmine, quod vocant (Sdruccioli.)

Epini-

Eplnicio alle Sacre Ceneri del Beato Bernardo Marchese di Bada, cuius corpus in Monte-Calerio colitur. Impres. Taurini.

Scripsit etiam librum Rythmorum eadem lingua, qui M. S. asseruatur apud Excellentissimum Comitẽ Philippum Sanmartinum de Aladio, vbi adsunt, quæ sequuntur.

Rime dolorose, scilicet. *Jnuito à Sacri Canti. Le Marie dolenti. San Pietro Lagrimante. Jl Pianto di S. Gio: Giuda desperato. Nicodemo Pietoso. Giouanna moglie di Cusa, & vna Figlia di Gierusalemme. Piaghe di Christo. La Manna. Ostentatione de' Misteri de la Passione per mano d'Angeli. Sacramento dell'Altare eccesso d'Amore. Miele di Sansone. Eucharistia cõpẽdio d'ogni vero bene. Pane subcinericitio d'Elia. Christo Resuscitato. Ghirlanda di Rose. Sacramento dell'Altare merauiglia de l'Vniuerso.* Sesta Rima. *Reciprocatione d'Affetti trà Christo, e Santa Caterina di Siena Paradiso Terrestre.* Ottaua Rima. *Salmi Dauidici. La Medicina. Per vna Signora fatta Monaca in S. Margarita di Vercelli.* Ottaua Rima. *L'Amante Africana à Santo Agostino.* Epistola Heroica. *S. Agostino alla Africana.* Responsio. Adsunt, & plura alia, nempè.

Sonetti Madrigali, &c. Marco, & Marcelliano. Poema est Sacrotragicum, continet tres cantus.

Scripsit item doctissimum Commentarium latinum. *Jn Caput vnicum Abdiæ Prophetæ*, sed in cuius manus

deuenerit, nescio. De eo scribit D. Carolus de Visch in sua Bibliotheca Cisterciensi, sed malè vocat Hieronymum à Sancta Catharina.

Hieronymus Bella à Carruto olim Prior Sanctorum Andreæ, & Euasij Ciuitatis Montisregalis, nunc autē Archipresbiter Cunei, Sacræ Theologiæ, & vtriusque I. D., & Illustrissimi Episcopi Salutiē. Vicarius Generalis, vir eruditus, eloquens, & magnæ æstimationis, scripsit, & edidit

La Palma. Oratio est in laudem Sancti Euasij, quam recitauit ibidem prima die Decembr. 1648. Impres. Ibid. per Io. Gislandum.

Il Vaso di Giesù. Oratio Panegyrica in laudem eiusdē Sācti. Recitauit ibidē eadē die ann. 1651. Impr. ibidē apud eundem.

L'Arma della Casata di Dio. Oratio Panegyrica in laudē S. Sindonis. Habuit in Cathedrali eiusdem Ciuitatis vltima die mensis Martij 1653. Ibid.

Il Cometa benefico. Oratio item Panegyrica in laudem Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ. Hanc recitauit Taurini in Eccles. Corporis Domini die 5. Iunij 1655. qua die in præfata Ecclesia celebratur Festum notissimi miraculi eiusdem Sanctissimi Sacramenti. Impres. ibid. per Zapattam.

Il Genio Regale appagato. In ingressu Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Michaelis Beggiami Episcopi

Montisregalis. Dramma pastoral. cum Allegoria ad omnes Scenas. Impres. ibid. per eundem Gislandum.
Il Sole Benefico. Pastoral habuit ad Mauritium Solarum Episcopum 1647. Ibidem.
Le Palme del Giacinto. Dramm. Pastoral. ad Illustriss. & Reuerendiss. Dominum Hyacinthum Solarum Episcopum Montisregalis. Impres. Cunei apud Strabellam 1664 in 8.
L'Aurora Opportuna Dramm. Pastoral. ad eundem. Ibid.
Apparatus in Lauream Theologicam Honorati Chiai. Ibidē apud eundem 1664 in 4.
Edidit etiam multa *Elogia*, & (vt vocant) Sonectos sparsim impres. Viuit vir litterarum amantissimus, & virtutis sectator gloriosus.

Hieronymus Corderus à Monteregali I. V. D., in Sacra Theologia laureatus, Cathedralis Ecclesiæ Pœnitentiarus, Caroli Emā. huius nominis primi Sab. Ducis Elemosinarius, vir non minus pietate, & religione illustris, quam natalibus, & scientia. Omnia sua bona in Fundatione Patrum Carmelitarum Discalceatorum in eadem Ciuitate consumpsit. Votum emisit de non acceptandis Ecclesiasticis dignitatibus, ad quas illum Dux Carolus Emanuel ob virtutum splendorem promouere decreuerat. Erga Pauperes non liberalis, sed prodigus extitit. Patientia, & mansuetudine eximius, quod factis comprobauit. Nam cum ab Episcopo

Monialium Vicarius constitutus fuisset, & quidam vir nobilis frequentior esset in adeundo quodam sacrarum Virginum cęnobio, quod zelantissimo homini summoperè displicebat: quadam die cum prȩfatũ nobilem virum in locutorio casu adinuenisset, dulcissbmis adhortatus est verbis, vt tum ob Monialiũ quietem, tum Ciuitatis scandalum, tum denique vt propriæ consuleret animȩ saluti, damnosam illam omitteret frequentationẽ; freneticus homo in tantam exarsit insaniam, vt Hieronymum alapa impudentissimè percutere non sit veritus; cui vir verè Euangelicus,& Saluatoris monitorum memor, percutienti maxillam genuflexus præbuit & alteram, vt si ita placeret, iteratum infligeret ictum, quietissimoque animo, & voce, dixit. Quod me percusseris, ideò amarissimè sentio, quia in Dominum peccasti Deum, cæterum quantum ad me spectat, Gratias tibi refero. ò Virum verè Apostolicum, & cuius eximiè virtutes in æternitatis conscriptæ libris, Angelorum sociarunt animam choris. Gratulor vobis Monsregalis,& Cordera Familia, quod tali ornati estis Viro digno,quem Posteri in memoriam, & laudem, & imitationem habeant.
Edidit Italico sermone Orat.

Nelle esequie della Serenissima Caterina d'Austria Duchessa di Sauoia. Impr. Taurini 1599.

Del Regno interiore, e Regali ornamenti dell'Anima in lode del

del Beato Amedeo di Sauoia. Ibid. 1612.
Tractatus duos, quorum vnum prenotauit
Della Musica Spirituale. Alterum verò.
Prigione del Diuino Amore. In Monteregali 1611.
Oratione nell'arriuo di Carlo Emanuele à visitare la Madonna Santissima di Mondoui anno Iubilei 1600. ibid. 1601.
Orat. nell'andata alla medema deuotione dell'Eminentissimo Signore Cardinale Ginnasio. Ibid. 1605.
Orat. à Monsignore Carlo Argentero nell ingresso al possesso della sua Chiesa di Mondoui. Ibid. 1603.
Orat. nella venuta del Signore Cardinale Aldobrandino Legato alla Corte di Sauoia. Taurini per Augustinum Disserolium 1600. in 4. Cordera Familia, quæ inter Nobiles Montisregalis iam à ducentis, & amplius annis adnumeratur, viros habuit & litteris, & armis, & Religione insignes. Matrimonia contraxit cum Familijs Viualda, Pensa, Morotia, & pluries cum Ferreria, & alijs ex insignioribus.

Huius etiam Familiæ fuit Ioannes Baptista Corderus Cohortis mille peditum Tribunus, quē post multa in bellis preclarè gesta, Victor Amadeus Reuelli, & Vallis Pedi septem annos Gubernatorem constituit, & postea ad Secusiæ Regimen transtulit: cuius Filius est Bernardinus Corderus, & prudentia, & bellica virtute eximius item mille Peditū Tribunus, olim Bardi, ac Vallium ab eo dependentium in Augustę Ducatu Guber-

Gubernator, nunc verò pro Carolo Emanuele II. huius nominis in præsenti Regnante Secusię demandatum est Gubernium. Hic autem est, cui in Crescentina obsidione commissum fuit fodere cum sua cohorte emissarium, quod breui tempore, nempè vnius noctis spatio tam perfectè effecit, vt in ipsis diei primordijs iam Fossatum siccum apparuerit; quare Oppidi Gubernator aggressionem imminere agnoscens, conuentione more bellico facta, Castrum Sabaudis cōcessit. Viuit, & viuat generosissimus vir sibi, Patriæ, & Amicis.

Hieronymus Falettus à Tridino, educatus tamen Sauonę, vir in lingua Gręca versatissimus; scripsit Italico sermone

Delle Guerre di Germania nel tempo di Carlo V.

Vertit in Italicum sermonem librum Athenagore.

De Resurrectione.

Latinè verò edidit

De Genealogia Marchionum Estentium, & Ducum Ferrariæ Poematum lib. 2. Orationes duodecim. Impres. Venetijs apud Aldum 1558 in fol. quædā autem sunt Fenebres Scripsit item ad Pontifices, & Principes.

De Ortu Christi. De Dignitate Cælibatus. De Christiano Matrimonio. De Laudibus Dialecticæ. Vir iste in magna fuit habitus æstimatione apud Herculem, & Alphonsum Ferrariæ Duces pro quibus Legationes suscepit

ad

ad Imperatores Carol. V., Maximil., & Fardinand. Item ad Reges Galliæ, & Poloniȩ, & ad Venetos. De eo scribunt Gesnerus, Posseu. Appar. Sacr. Tom. 2. Ghilinus Theatr. virorũ illustrium, Lilius Greg. Gyraldus Dialog. 2. De Poetis sui temporis, vbi habet hęc verba. Habuit quoque Auum Maternum, qui perbellè eruditus fuit, Dominicum Mirabellum, qui Elegiaco Carmine nonnulla scripsit, Elegias scilicèt, & Epigrammata stylo penè omni Ouidiano: reliquit & opus illud laboriosum ex omni florum genere ex Scriptoribus concinnatum, quod à re Polyantheam nominauit. Hæc ille.

Hieronymus Langoscus à Stropiana Vercellensis Prouinciæ Philosophus, & Medicus scripsit Tractatum. *De Generatione, & Corruptione.*

Hieronymus Montius Sabaudus Mirabelli Dominus, Sebastiani Filius (de quo suo loco) vir doctus, & in re Medica eximius, multa scripsit, ea sunt.

Anasceue Morborum Tom. 3. Impr. Lugduni apud Ioann. Tornesium 1560 in 8.

Practica Medica in sex partes diuisa. In prima agit De profligandis humani corporis morbis particularibus. In secũda De deprȩhendendis, & expurgandis Febribus. In tertia De Curandis Infantium morbis, & Febribus. In quarta De Chirurgicis auxilijs ad affectus, qui repentinam exigunt curationem. In quinta De

tuenda

tuenda sanitate, seù de salubritatis tutela. In sexta. Compendium Curatricis scientiæ, & de purgatione iuxta doctrinam, &c. In his libris omnia dilucidè, & facili modo explicat, & docet quę necessaria sunt ad exquisitum, & perfectum praxis exercitium. Practica hęc diù à doctis desiderata, prodijt tandem Venetijs apud Variscos 1626 in 4.

Opuscula Iuuenilia. In his continentur

1 *Viator. siuè Itinerarium.*

2 *De Admirandis Facultatibus, quarum causæ latentes, cæceque, ac plerisque omnibus ignotæ sunt, Centuriæ duæ cum aliquot Decurijs.*

3 *Selecta aliquot in Aphorismos redacta.* Quorum Sectiones tres sunt, quibus addita est Erasmi Roterodami impijssimi viri in laudem Artis Medicę declamatio.

4 *De his, quæ ad rationalis Medici disciplinam, munus, laudes, consilia, & præmia pertinent libellus cum Appendice.*

5 *De Medica Theoresi lib.* 1 Impr. sunt Lugduni apud Io. Tornesium, & Gulielmum Gazeium 1556 in 8.

De Re Medica. Idest Sermones sex, quorum primus *De Sectis Medicorum.* 2. *De Disciplinis, quæ dogmaticis necessariæ.* 3 *De Dogmaticorum officio.* 4 *De excellentia Dogmaticorum.* 5 *De Consilijs eorum.* 6. *De Stipendijs eorumdem. De Humorum differentijs, atque Iudicijs Epitome.* Impres. Lugduni apud Melchior. & Gaspar. Trecsel 1534 in 8.

De

De Actiua Medicinæ scientia Commentarij duo. Lugduni apud Ioannem Tornesium 1567 in 8. In primò horum Commentariorum tractat De Salubritate non modò tuendę sanitatis, verùm etiam producendæ ad multos annos, docetque rationem, & modum. In secundo vero explicat Canones vniuersales, qui spectant ad curationes morborum.

Compendium Curatricis scientiæ longè vtilissimum. Ibidem apud eundem 1556 in 8. adiectæ sunt eiusdem

Sylloge de Purgationibus.

Halosis Febrium, quæ omnium morborum grauissimæ sunt lib. 10. Ibid. apud eundem 1558 in 4.

Chirurgica auxilia ad aliquot affectus, qui repentinam exigunt curationem.

Morbi Venerei, ac eorum qui huic vicini sunt curationes.

De Infantium Febribus, & plerisque omnibus alijs malis. Ibid. apud eumdem.

De Morbo Gallico liber. Ibidem apud Tornesium, & Gazeium 1558 in 4.

Viuebat doctissimus hic Medicinę Professor ad ann. Domini 1525, vt adnotauit Vuolfangus Iustus in sua Chronologia Medicorum.

Hieronymus Niger Fossanensis Eremitarum Sancti Augustini, Theologus eximius, Diuini Verbi Concionator disertus, & de anno 1572. Vicarius Generalis Congregationis Obseruantiæ Lombardiæ, scripsit

Contra Hæreses Valdenses lib. 4.
Epistolarum, & Orationum lib. Impres. Patauij 1579.
De Admirando mysterio, & Christo adorando in Eucharistia. In quatuor partibus distinct. Hunc librum dicauit Hieronymo Seripando tunc totius Ordinis Generali, qui interfuit Sacro Concilio Tridentino, & postea à Pio V. Pontifice Maximo inter Cardinales fuit cooptatus. De Nigro mentionem fecerunt Possen. Appar. Sacr. Mireus cap. 80, Ioseph Pamphilus in Chronic. Eremit. Sancti Augustini, Baldes. Hist. Eccles, M S. lib. 36. Georgius Draudius Bibl Clas. & alij.

Hieronymus Peciana Vercellensis Ordinis Prędicatorum vir tum in Sacris, tum in humanioribus litteris apprimè eruditus, scripsit
Epigrammata. In quibus, & eruditionis, & ingenij subtilitas optimè dignoscuntur.
Epitaphia. Claruit circa ann. Domini 1512. De eo scribunt Antonius Senensis, Leander Albertus lib. De Viris ilustribus Ordinis Prædicatorum, Io. Michael Pio, & alij.

Hieronymus Pensa à Monteregali Eques Hierosolimitanus, Murelli Dominus, & (vt vocant) Commendator, vir non minus animi deuotione, quam nobilitate illustris, vt suam ergà Beatissimam Cœlorum Reginam ostenderet pietatem, edidit Etrusco carmine in ipsius laudes

Rime Spirituali. Impres. Taurini apud Bonum Manzolinum 1596
Item *Epigrammi Toscani.* Impres. in Monteregali 1570 in 4. Penię Familię nobilitatem non recenseo; nota enim est, tum Feudorũ possessione antiqua, tum Equitum numero, tum Virorum Illustrium copia, qui ex illa prodierunt.

HIERONIMVS de Ruuere Taurinensis. Ruuerea Familia duorum Summorum Pontificum Sixti IV., & Iulij II. decoratur honore: multos habuit insignes Sacræ Romanæ Ecclesiæ Purpuratos, multa possedit Oppida, & Ducatum Vrbini obtinuit. Ex hac Familia ortus est Hieronymus maximi ingenij vir, de quo habetur, quod Patauij nondum nono ætatis suæ expleto anno publicè disputauerit summa omnium adstantium admiratione, *Orationemque* recitauerit, quę impressa est in eadem Ciuitate anno 1539, quo eam dixerat. Pro Sabaudo ad Gallię Regẽ Orator missus, adeò illius Regis animũ eloquentia, eruditione, affabilitate, alijsque suauissimis modis deuinxit, vt ad Tolonensem Episcopatum assumi voluerit, ex quo Taurinensis Archiepiscopus effectus petente Sabaudiæ Duce à Sixto V. Presbiter Cardinalis proclamatur tituli Sancti Petri ad Vincula, & Ordinis Minorum Conuentualium Protector. Scripsit præter supradictam Orationem alias multas, pręsertim duas

Gallico sermone

Vnam *In Funere Francisci item Galliarum Regis*. Quæ cum multis Carminibus impres. sunt Parisijs 1559.

Extat & ipsius liber inscriptus.

Hieronymi à Ruuere annum agentis decimum Carmina. Impres. Papiæ 1540.

Decreta Synodalia.

Cum post mortem Innocentij VIIII. in Conclaui pro alterius electione morarētur Cardinales, ipse mortalitatem exuit, & ad Cœlos euolauit ann. 1592 7. Calend. Febr. sepultusq; est in sui tituli Ecclesia, vbi legitur hæc inscriptio.

D. O. M.

Hieronymo de Ruuere Sancti Petri ad vincula
Presbitero Cardinali
Taurinensi Archiepiscopo
Qui
A pueritia admirabilis ingenij, linguarum scientiæ,
Eloquentiæ, prudentiæ, ac doctrinæ insigne dedit documentū.
Virtutisq; & nominis sui celebritate ita semper
Apud Magnos Principes, & Nationes claruit,
vt nullo vnquam honoris gradu non dignissimus haberetur.
Lellius, & Julius Fratres Patruo Optimo PP.
Vixit ann. LXI. menses XI, dies XXVI.

Obijt

Obijt sept. Cal. Febr., dum Comitijs Pontificijs in Conclaui intereßet MDXCII.

Anastasius Germonius lib. 7. de Sacror. immunit. c. 6 n. 67 adnotauit Hieronymum hunc insignem cō- posuisse Bibliothecam Grecis, & Latinis Codicibus M. S. & impressis abundantem. In cuius autem ma- nus deuenerit incertum est.

Hieronymus Alfonsus Natta Astensis ex Comitibus Insulæ, Tonchi, & Baldesci vir omnigena ornatus eruditione, morum suauitate amabilis, habet præ ma- nibus italico idiomate.

Le palme Astesi trionfatrici del tempo. Opus est in quo omnia, quę ad Astensem spectant Ciuitatem diffusè pertractantur, & varia refertum eruditione.

Hilarius Leyat Sabaudus Annessiēsis Congregatio- nis Reform. Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis. Habitum Religionis in Abbatia Beatæ Marię de Pi- narolio assumpsit anno 1627, nunc Prioratum San- cti Petri de Lemenco propè Camberium obtinet, vir tum in philosophicis, tum in Theologicis scientijs eximius, subtilis, & acuratus, in Historijs versatissi- mus. Scripsit

Catalogum Abbatum Abbatiæ Beatæ Mariæ de Abundan- tia in Chablasio ab ann. 1000. *vsque ad ann.* 1665.

Com-

Compilationem Chronologicam Antiquitatum Prioratus Sancti Petri de Lemenco, vbi sparsim multa ad historiã, & laudem Vrbis Camberiensis inseruntur.
Gallica autem lingua
Histoire Genealogique des Anciens Barons de Faucigny, & des Familles qui en sont descendues par masles.
Habet præ manibus iam quasi prelo paratum nobile Opus
Responsio ad Dissertationem De iure præcedentiæ inter Sereniss. Venetam Rempublicam, & Sereniss. Sab. Ducem Theodori J. F. Grasuuinckal J. C. Delphensis. In hoc opere eruditissimè, & doctissimè cõfutat hunc Theodorum.

Hippolytus Maria Pergamus Astensis Societatis Iesu vir pius, & doctus, illustris verbi Dei Annunciator, edidit
De Epistola Beatæ Mariæ Virginis ad Messanẽses. Impress. Messanæ 1644..
Hæc nobilissima Familia Cęsarem Pergamum Ordinis Minorum Sanctitate insignem se habuisse iure optimo gloriatur.

Hippolytus Sangeorgius ex Comitibus Sancti Georgij Societatis Iesu vir & natalibus, & sapientia, & prudentia clarus, Collegij Mõtisregalis Rector edidit
Epigrammatum, & Annagrammatum lib. 2.
Immaculatũ Rosarium quindena contentum Decade, siuè,
Quin-

Quinquaginta supra centum Anagrammata omnino Elementaria, & pura, quae ex Angelicis verbis Aue Maria Gratia plena Dominus tecum sui fecit. Impres. Taurini apud Bartholomeum Zapattã 1662. Rosarium hoc edidit sub nomine *Gratiosi Eremitolae*.
Item italico idiomate.
Funerale fatto nell' Augusto Duomo di Saluzzo per Monsignore Francesco Agostino della Chiesa Patritio, e Vescouo della medema Città li 20. Settembre 1662.
Il Giglio panegirico Funebre fatto in Mondouì per Madama Reale Christina di Francia. Viuit vir & morum suauitate, & pietate, & doctrina singularis.

Honoratus Draco, seu Draconus Niciensis I. V. D, & in Pedemontano Parlamento Senator scripsit
Institution. Imperialium metrica epitome. Impres. Lugd. 1581 in 16.
Sylua in laudem Juris Ciuilis. Impres. Louanij 1551. apud Martinum Rotarium.

Honoratus Faraudus Niciensis Medicus acerrimi iudicij, edidit partim latino, partim etrusco idiomate *Orationes*, & signanter Orationem habitam Arasij in Liguria in laudem Episcopi Albigaunẽsis ex nobilissima Familia de Marinis. *Elogia*. Impres. Nicię, & Taurini.

Honoratus Lascaris Niciensis antiquissimae nobilitatis vir, scripsit italico idiomate

La

La Genealogia de' Conti di Vintimiglia. Extat M.S. in Archiuiuio Ducis Sabaudiæ.

Honoratus Leotardus item Niciensis I.V.D. in sua Patria Senator, Poësis amator, scripsit Etrusco carmine Fabellam maritimam, quam prenotauit *La Piscatoria errante.* Item *Le Speranze di Marte. Rime amorose.* Impres. Taurini 1613. *Il Mausoleo. La Sirena del Varo. Il Principe errante.* Niciç 1626. Latinè verò. *De Vsuris, & Contractibus Vsurarijs coercendis.* Impres. Venetijs. In hoc libro de Vsuris reprobat aliquas opiniones Raphaelis de Turri inter I. C. Genuenses præclarissimi, qui scripsit librum De Cābijs, quare idem Raphael edidit alium librum in prefatum Leotardum, & alios sibi contradicentes, quem inscripsit. *Reiectiones, Redargutiones, Vendicationes Raphaelis de Turri ad Tractatum suum De Cambijs aduersus Antonium Merendam conuiciantem, Candidum Philaletum prætereuntem, Honoratum Leotardum contradicentem* Impres. Genuę. Scripsit item noster Leotardus *Hymnos* Lugd. 1648. *De Laudibus B. Amadei Sab. Ducis* lib. 4. Ibid. 1648. Habebat præ manibus Tractatum *De bono Iudice.* Item. *Disputatio quid Ius Iustinianeum De vsuris statuerit.* Impres. Taurini in fol. 1662 apud Bartholom. Zapattam.

Honoratus Leotardus alter Niciensis & ipse, Capellanus

nus Hierosolimitanus, & suprascripti consanguineus, scripsit librum
In Herculem Commodianum Hæreticum. Impr. ad Aquas Sextias, (vulgò Aix) 1646

Honoratus Pastorellus Niciẽsis, scripsit Italico sermone *Historiam Monasterij Sanctæ Claræ Niciensis*, & hac occasione plura de Nicia tum historicè, tum Topographicè innuit. Impr. Niciæ 1608.

Honoratus Tiranti Saorgiensis elegantissimus Poligraphus, & Regiæ Celsitudinis Ducis Sabaudiæ Secretarius, edidit lingua Italica

Le Regole dello scriuere cancellaresco.
Le Prime Lettioni di scriuere.
Alfabeto maiuscolo, e minuscolo Cancellaresco.
Breue modo per imparare à scriuere.
De Caratteri più vsitati da buoni Scrittori Italiani
Memorie dell' Antichità, Nobilità, & vtilità dello scriuere.
Teorica, e Prattica dello scriuere.
Il Laberinto de' Groppi, nel cui centro è descrittà l'Ortografia della lingua Italiana.
Della Interpretatione della lingua Italiana parte seconda del Laberinto.
Breue Sommario d'alcune Regole della lingua Italiana. Impress. sunt Taurini.

Horatius Benetia à Dragonerio collegit quasdam *Eglogas Pastorales.* Impr. Taurini. Italicè Comediam.

Il Pedante. Ibid. Item *Delle rare virtù d'alcune herbe particolari.* Genuæ extat apud studiosissimum, & virtuosissimum Dominum Amfranum Franzonum Patritium Genuensem pulcherrimũ M.S. sine Authoris nomine prænotatum *Botanicon* in quo tractatur de omnibus Herbarum virtutibus, sed sit ne liber ille impressus, necne, scire non potui.

Horatius Dentis Taurinensis Eques Hierosolimitanus, vt non solùm armis, sed etiam Calamo propriæ deseruiret Religioni, edidit

Catalogo delli Caualieri della lingua d'Italia di sua Religione, che viueuano à suoi tempi.

Hic Catalogus simul cum tractatu.

Delle Ceremonie, che s'osseruano nel dare l'habito alli Caualieri di quell'Ordine. Impr.est Taurini 1603.

Horatius Nauazzotus à Casali Sancti Euasij Musarũ amator, & fœminei sexus eximius laudator, edidit Etrusco carmine

Le Cento Donne, & plura alia *Carmina.* Impres. Bergomi, & Papiæ.

Item tum soluta oratione, tum Carmine Volumen *In Nuptijs Francisci Ducis Mantuæ, & Margaritæ Sabaudæ.* Taurini 1607.

Horatius Vacherius Cespitellensis Principis Thomæ à Sabaudia Medicus, edidit

De Sanguinis missione in vulneribus, Disceptatio Apologetica.

rica. Impreſ. Taurini 1650. Contra hunc calamum tractauit (vt ſuo loco adnotauimus) Alexander Tornator.

Hubertinus de Caſali poſtquam per multos annos in Minorum Sancti Franciſci Religione vixiſſet, vbi ſub Ioannis de Parma quondam Magiſtri Generalis diſciplina, ſtudijs vacauerat, tandem perfectionis zelo ad Sanctiſſimam Carthuſianorum tranſijt auſteritatem. Scripſit Comment. in Apocalypſim, prænotauit *De ſeptem Statibus Eccleſiæ iuxta ſeptem viſiones, quæ leguntur in Apocalypſi* operis initium eſt. *Vniuerſis Chriſti Ieſu verè fidelibus*. Venet. 1515 in fol.

Scripſit etiam inſigne volumen.

Arbor vitæ crucifixæ lib. 5. Impreſ. Venet. 1485 apud Andream de Bonetis.

Tractatus de altiſſima paupertate Chriſti, & Apoſtolorum eius. Extat M. S. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ. Scripſit etiam. *Sermones. Epiſtolas. In Magiſtrũ Sentent.*

Trithemius, & cum eo Sixtus Senenſis lib. 4. adnotarunt ex Gerſone, Hubertinum in præfatis *Arboris vitæ crucifixæ libris* cautè legendum, præſertim vbi Simeonis Canticum exponit, quoniam ibi parum conſonè Catholicæ Eccleſiæ quędam ſentire videatur: at Trithemius illum excuſandum dicit. Et quidem, qui Myſticorum terminos intelligunt, facile tuendum ſuſcipient; ipſe enim qui quatuordecim laborauit annis, vt

 ad

ad mysticam illam sublimemq; perueniret visionem, quæ viros spirituales verè Theophilos facit, vt ipsemet in Prologo prefati Arboris vitę libri testatum reliquit, cum ad Canticum Nunc dimittis explicandum peruenit, tali est vsus verborum, ac terminorum forma, quę ipsis alioquin doctissimis parùm nota est hominibus. Mystici enim vtuntur terminis valdè obscuris, quique à nostra Philosophiæ, & Theologiæ Schola omninò ignorantur, & excluduntur. Nam cùm de Deo loquuntur vocant illum *Prælucidam caliginem vt D. Dionys. de Mystic. Theolog. c. 2. & c. 7. de diuin. nominib.* appellat Dei cognitionem *irrationalem, & amentem, stultamque sapientiam.* In libro *De coelesti Hierarch. c. 2.* quietē, qua intellectuales substātię fruūtur, dicit *immanē quietem.* Diuus Bonauētura *in libro De septem Itineribus æternitatis itin. 4. distinct. 5. art. 2.* gradum perfectissimi amoris erga Deum, vocat *summam amentiam, & Sanctam insaniam.* Richardus *in tractat. de Charitate* ponens quatuor Charitatis gradus, cum de quarto loquitur, ait, *secundùm aliquem modum anima in hoc gradu efficitur immortalis, & impassibilis.* Item, Charitas, qua Deum diligimus, dicitur ab alijs *Indocta sapientia.* Insuper vtuntur terminis *illapsus, dilapsus, introuersionis, defectionis à semetipso*, vt D. Dionys. c. 7. de diu. nom. Mortis Angelorum, *vt D. Bernardus ser. 52. super Cantic., Moriatur* (inquit) *anima mea morte Angelorum.* Diua

Virgo

Virgo Theresia vocat Orationem vnionis cum Deo *Gloriosum deliramentum, sapientem, & coelestem stultitiam.* Vitę suæ cap. 16. Multi alij obscurissimi reperiuntur in mysticis termini solis noti Theophilis: quarè cum istas pauci percipiant grammaticationes, pluresque reperiantur Nicodemi, qui licèt sint magistri in Israel, tamen altissima hęc omninò ignorant, nec Sacra percipiunt amantium secretissima mysteria, mirum non est, si in hoc mystico scriptore aliqui terminorum nouitate, seu potiùs obscuritate ducti, adnotarunt propter simpliciores cautè legendum. Vixit temporibus Alberti Imperatoris circa ann. Domini 1300. sub Bonifacio VIII. Aduertè, quod vbi apud Posseuinum legitur Hubertinus de Casoli, impressoris vitio tribuēdum est, omninò enim Casali legi debet. Vuadingus putat Hubertinum non zelo maioris perfectionis Carthusianum assumpsisse habitum, sed quia ob indiscretum vitę rigorem multa passus tum à Religione, tum a Ioanne XXII Pontifice Maximo, tædio affectū facultatem obtinuisse transeundi ad Monachos Benedictinos, sed tandem ad Carthusianos abijsse. Agit de eo tom. 2. & 3. Annal. De eodem scribunt præter Trithem., Sixtum Senens., & Vuadingum, Gesnerus Theodorus Petreius in sua Biblioth. Carthus., Britius, Ioannes Lelandus, Georgius Draudius Bibl. Class. Iames Biblioth. Bodleiana, & alij. Vide lit. V. Vbertinus de Casali.

Huber-

Hubertus Velleius Sabaudus I.V.D. & in Camberiensi Curia Senator, scripsit *Appendicem ad Epitome Historiæ Vniuersalis Joannis Laziardi* editam anno 1521. Parisijs.
Item. *Supplementum Chronicorum Francorum*. Velleij meminit Iacobus Delexius par. 25. Chorographiæ.

Hugo de Castronouo Ordinis Minorum vir doctus, & nuncupatus, Defensor Doctoris subtilis, scripsit *Commen. in 4. libr. Sententiarum. Reportata super eosdem. De Finali Iudicio. De Victoria cōtra Antichristū.* De eo scribunt Britius lib 3. Posseu. app. Sacr. tom. 2. & alij.

HVGO Barchinoneta, Ordinis Prædicatorum, & S. R. E. Cardinalis tituli Sanctæ Sabinę, quem Ciacconius in Vrbano IV. numerans Presbiteros Cardinales, qui interfuerunt electioni, perperam vocat Hugonem de Sancto Caro Burgundum Gallum, scribitque fuisse primum, qui ex Ordine Prædicatorum ad Cardinalatū electus sit, ad quam dignitatem ab Innocentio huius nominis IV. anno Domini 1244, seu (vt scribit Platina) 1246. assumptus fuit ob scientiæ famā, & primo Lugdunensis Archiepiscopus, deindè tempore Lugdunensis Concilij primi in ieiunijs Quatuor Temporum Aduetus, (vt aliàs moris erat) creauit Cardinalem, & ab eodem Innocentio Sedis Apostolicæ Legatus in Germaniam ad Imperij Electores missus est, vt in abrogati Federici II. Imperatoris lo-

cum

cum, alium sufficerent. Alij faciunt è Barchinona Hispaniarum; sed certissimè errant omnes isti, tum quia (vt adnotauimus in Sãcto Anselmo) antiquitus Burgundia dicebatur non solùm Sabaudia sed & maior pars Alpium maritimarum; tum etiàm quia extat in Oppido Barchinonetæ in subalpinis Conuentus sui Ordinis Sancti Dominici ab ipso fundatus: tum denique quia Theodoricus Vallis Coloris in vita Vrbani IV. numerans Præsbiteros Cardinales, qui adfuerunt electioni præfati Pontificis, dicit

Totque Sacerdotes genuiße Sabaudia primum
Dicitur Vgonem, qui Jacobita fuit.

Nec est, quod quis insistat in illo verbo, Dicitur, quasi innuens rem minus certam; nam Poetis ratione Carminis multa decent, quæ clarius in soluta oratione explicantur. Fuit eximius Theologus; & magni nominis, multa scripsit, ea sunt *Concordantiæ Bibliorum.* Has Concordantias anno 1290. Conradus Halberstadius locupletauit.
Comment. in Psalmos De hoc libro dubitat Bellarminus sit ne Hugonis, alij tribuunt Alexandro Alensi, sed perperam, vt optimè adnotauit in app. Sacr. Posseuinus
Comment. in totam Sacram Scripturam in quibus habẽtur *In Genesim lib. 1. In Ester lib. 1. In Exodum lib. 1. In*
Librum

librum Iob lib. 1. In Leuiticum lib. 1 In Psalterium lib. 1. In Numeros lib. 1. In Prouerbia lib. 1. In Deuteronomium lib. 1. In Ecclesiastem lib. 1. In Iosue lib. 1. In Cantica Canticorum lib. 1. In Librum Ruth. lib. 1. In Librũ Sapientiæ lib. 1. In Regum lib. 4. In Ecclesiasticum lib. 1 In Paralipomenon lib. 2. In Esaiam Prophetam lib. 1. In Esdram, & Neemiam lib. 3. In Hieremiam lib. 1. In Thobiam lib. 1. In Esechielem lib. 1. In Iudith. lib. 1. In 12. Proph. minores lib. 12. In Libr. Machab. lib. 2. In Euangelium Matth. lib. 1. In Euang. Lucæ lib. 1. In Euang. Ioannis lib. 1. In Epistol. S. Pauli lib. 14. In Actus Apostol. lib. 1. In Epistol. Canonicas lib. 7. In Danielem lib. 1. In Apocalyps. lib. 1. Speculum Sacerdotum, siuè Ecclesiæ, quod alij, Speculum Religiosorum vocant. In quatuor libros Sententiarum. Manipulus Curatorum. Summa Casuum Conscientiæ. Expositio in Histor. Ecclesiasticam, Compendium Theologicæ veritatis septem lib. distinctum. Dialogus De Creatione Mundi. Hi duo vltimi libri extant M.S. in Bibliotheca Cæsarea Viennæ.

Item iussu Innocentij IV. Pontificis *Regulas Carmelitarum* circa annum Domini 1298. vnà cum Gulielmo Anteradensi Episcopo Glossis illustrasse, & temperasse scribunt. Sed hoc an verum sit valdè dubito; nam Innocent. IV. fato cessit anno Dom. 1254 seù vt alijs placet ann. 1245. & Hugo ann. 1264 (vt mox videbimus). Si igitur mortuus est ann. 1264., quomodò

modò potuit Regulam gloſſare ann. 1298. ? forſan errauerunt aliqui Scriptores in aſſignando tempore; nã Sanctiſſima Virgo Thereſia à Ieſu in libro Fundationum ſuorum Monaſteriorum cap. 5. notat Innoc. IV. Summum Pontificem confirmaſſe Regulam Carmelitarum anno Domini 1248, igitur non eſt mortuus ann. 1245 vt ſcripſit Bucelinus in ſuo Nucleo. Scripſit item *Epiſtolam De Feſto Sancti Dominici ſeruando per Germaniam, Bohemiam, Daciam, Poloniam, & Morauiam,* Hanc Epiſtolam publicauit cum ibidem Legati à Latere officio fungeretur.

Poſtillam, ſeù expoſitionem ſuper Miſſus eſt.

In Canticum Beatæ Virginis Magnificat.

Tandem plenus meritis, virtutibuſque ornatus eximijs ad cœlos euolauit Vrbeueteri 14. Calend. Aprilis ann. 1264. ſub Vrb. IV. Cardinalatus 20. Ipſius Cadauer ibidem apud Patres Prædicatores ſepultum fuit cum hìc apponendo Epitaphio, licèt ad præſens nulla adſit in dicta Eccleſia, ſeù Conuentu tanti viri memoria; imò nec ipſa olim appoſita inſcriptio, vt me docuit eruditiſſimus Filidius Marabottinus nobilis Vrbeuetanus vir ne dum amœniori Muſarum ſtudio, ſed ſolidiori Hiſtoriarum ſcriptione illuſtris. Epitaphium autem olim ad ſepulchrum appoſitum, ſic eſt carmine Exametro.

ECLypsim patitur sapientiæ Sol, sepelitur
Foelici fine, Sancta quoque Cardo Sabinæ,
Iste fuit, per quem patuit Doctrina Sophiæ,
Præco Dei, Doctor Fidei, Cytharista Mariæ,
Hugo sibi nomen, & Cardo Præsbiter omen;
Patria natalis Burgundia, Roma localis,
Soluitur in cineres Hugo, cui si foret Hæres
In terris vnus, non esset flebile funus.

Vincentius Iustinianus Ordinis Prædicatorum, qui Hugonis vitam collegit, apposuitque initio operum ipsius, aliam affert Inscriptionem, ea est.

IN hoc sepulchro iacet vir venerabilis
Deo, & hominibus gratiosus
Fr. Hugo de Celidonio Viennens. Dioeces.
tit. Sanctæ Sabinæ quond. Præsbit. Cardinalis
Luminare magnum Ecclesiæ, Ord. Fr. Prædic. Lucerna,
Theologiæ Parisijs Doctor egregius, Famosus Scripturarum
traditor, & expositor prælucidus
Verbi Dei Prædicator eximius, oliua pietatis,
Palma iustitiæ, speculum honestatis,
Religiosorũ Patronus, Veritatis Præco,
Pater Pauperum, & solatium miserorum.
Obijt anno MCCLXII. XIV. Kal. Aprilis.

Cum

Cum post aliquos annos ab ipsius obitu tumulus apertus fuisset, scribunt corpus integrum, & incorruptum apparuisse, & ex Vrbeueteri Lugdunum in Gallia translatum; & in Choro Ecclesiæ Patrum Prædicatorũ depositum fuisse hac addita Inscriptione

HIc iacet D. Hugo de S. Theodorico Ordin. Fratrum Prædic. huius Conuentus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Prædicator egregius quond. Cardin. Sabinensis, Qui obijt ann. Domini MCCLXIV. XIV. Kal. Aprilis.

Ex prima inscriptione apparet mortuum 1262, & ex secunda ann. 1264. De Hugone aliqua mihi adnotanda videntur, & primò. Vtrùm fuerit Lugdunẽsis Archiepiscopus, vt Ciacconius, & alij passim scribunt: nam nec Claudius Robertus in sua Gallia Christiana, nec Ioannes Chenu in Catalogo intèr Lugdunenses Archiepiscopos enumerant, & quod magis auget difficultatem, in allatis inscriptionibus nullibi Archiepiscopus Lugdunensis inscribitur; & licet ipsius corporis Lugduni translatio indicet aliquid, tamen nec probat, nec sufficiens est argumentum.

Secundò adnotandum mihi venit, malè positum in Inscriptione, quã adfert Iustinianus, sicut & apud Ciacconium fuisse Diœcesis Viennensis, Barchinona enim Ebredunensis (vulgò Embrun) Diœcesis est.

Tertiò (quod animarum ædificationi deseruire patet) fertur, virum hunc incomparabilem paulò antè mortẽ notabilia hęc verba protulisse. *MALVISSEM morbo elephantino in Ordine meo Prædicatorio captum, egiße vitam, quam Galero isto caput meum fuisse ornatum.*

Tandem nota, quod aliquibus est Hugo de S. Caro, alijs est Carensis, de Sancto Theodorico alijs, nonnullis de Sancto Iacobo, & quibusdam de Celidonio, quod omittendum non duxi, ne fortè quis plures existimaret. De eo, præter citatos, scribunt Trithem. de Script. Eccles. Frater Ptolomeus Lucensis, S. Anton. hist. par. 3 tit. 19. c. 5. § 2, Hieron. Platus, Sixt. Senensis lib. 4. Bibl. Sanctæ, Genebrard. lib. 4. Chronol. Andreas Victorellus in Addit. ad Ciacon. Bellarm. De Scriptor. Eccles. Io. Michael Pio De vir. illustr. Prædic. par. prima lib. 4. Georgius Draudius, & alij.

Cęterùm apud Hyppolitum Marrac. in Bibl. Mariana fol. mihi 110. habetur obijsse ann. 1460, quod quomodò ex tanti viri egressum sit calamo percipere non possum, cum constans sit apud omnes electum Cardinalem, (vt diximus) ab Innoc. IV ann. 1244.

Hugo Vercellensis I.V D. qui citatur in Summa Angelica inter Scriptores in Iure Canonico. Scripsit. *Glos. in Decret.* Viuebat ann. 1440.

Hyacinthus Arpinus à Podiuarino recensuit libros *M. Annei Lucani de Bello Ciuili*, & euulgauit Mediola-

ni apud Leonardum Pachel 1508.

Hyacinthus Barestanus Albensis Ordinis Prædicatorum vir pius, & doctus, scripsit

Vitam B. Margaritæ à Sabaudia, quæ Filia fuit Amadei à Sabaudia Principis Achaię, & Vxor Theodori Paleologi Marchionis Montis-Ferrati, cuius corpus Albę asseruatur, & veneratur. Impres. Romę 1636.

Hyacinthus à Casali ex Nobilissima Familia de Natta Ordinis Sancti Francisci Capucinorum, vir tum apud Summos Pontifices, tum apud Principes seculares magnæ æstimationis, & auctoritatis, ipsius enim opera persępè vsi sunt in grauissimis pertractandis negotijs, scripsit Italica lingua


Documenti vtili, e necessarij per diuersi Stati d'huomini. Impres. Brixię apud Franciscum Marchetum 1616. Hic liber in Gallicam linguam translatus impres. est Paris. apud Ioannem Fauet 1629.

Trattato della Pouertà Religiosa. Impres. Mantuæ apud Fratres de Osanna 1622. Obijt Casali cum Sanctitatis fama, vbi apud Patres Capucinos iacet ipsius corpus, vt patet ex ibidem apposito Epitaphio.



Jacobus

I



Acobus Albensis Regularis Obseruantiæ Sancti Francisci Prouinciȩ Genuensis vir doctus,& Poeta nobilis,omnes partes,& qualitates boni superioris ex varijs locis Sanctorum Patrum,& Iuris Canonici collectas versu Hexametro explicauit. Incipit Opusculum. *Qui regis Officio Fratres, te scire memento.* Nondùm prodijt; sed extabat M.S. penès doctissimum Patrem Vuadingum in Conuentu Sancti Isidori Romæ.

Iacobus Argenterius Cheriensis, non à Castro nouo vt malè quidam, Philosophus, & Medicus, in Taurinensi celeberrima Vniuersitate Philosophiæ Lector; edidit Latino sermone.

De Peste Tract. tres. Quos prȩnotauit, *Porta tecum.* Impres. Taurini 1598.

Iacobus Astensis Monachus Sancti Benedicti, cuius cognomen non inuenio, Prior Sancti Benedicti de Mantua, edidit

Sententias Patrum; quas summa diligentia, & labore in vnum congessit, quæ ibidem extant M. S. in Bibliotheca eiusdem Monasterij. Viuebat ad annum 1520. De eo scribit Posseu. App.Sacr.tom.2.

Iacobus Beluisius Aquæ Stratiellorum (vulgò Aqui) Iuris

Iuris Cæsarei,& Canonici Doctor eximius. Bononiæ Ius Ciuilè docuit, vt & Neapoli, vbi tunc temporis florebāt studia. Sunt, qui nostrum Iacobum Gallum Aquensem in Prouincia (Aix) asserunt, sed certò errant, & fortè decepti ex eo, quia Aquensis à Scriptoribus vocetur, sed si hac ducerentur ratione, potius ex Aquà pendente, quę Ciuitas Aquensis appellatur, dicere deberent: nā *aix* latino vocabulo Aquæ Sextię nuncupatur. Ponitur ab aliquibus inter Azonis discipulos ex eo ducti, quod in libro *Repetitionis in Decretal. Bonifacij VIII.* se talem declaret. Verùm liber ille non est Iacobi, vt legentibus constat, prȩterquam quod (vt optimè adnotauit Panzirolus) nullo modo videre potuit Azonem, qui centum triginta annis antè inter viuos esse desierat: Iacobus enim Bononiæ Ius Ciuile docuit cum Iacobo Butrigario, & Rainerio è Foro Iulij circiter 1330,& Azon anno 1200 floruit. Quod si addas Beluisium vixisse temporibus Ioannis Andreæ celeberrimi Iuris Consulti, qui obijt ann. 1348, quod patet, quia se inuicem citant, & quod Bartolo, cùm Doctor creatus est, recitandam assignauit *L. ill ud ff. quodmet causa,* certò certiùs concludes nullo modo Azonis contemporaneum, ne dum discipulum fuisse. Feudorum libros octies est interprȩtatus, quarè scripsit Tractatum

De Vsu Feudorum. Impres. Venet. & Coloniæ. In hoc tracta-

Tractatu (ait Panzirolus) auctoritate longè omnes superat. Vide Bald. in Proem. Feud.
In Nouellas Iustiniani Constitut., aliasque Legum partes Comment. Vide Sylu. nuptia. lib. 5. n. 69.
De Excommunicatione. Volumen Quæstionum. In Autentic. Praxis Judiciaria in Criminalibus. Impres. Coloniæ 1580.
Disputationes variæ, quas Perusij proposuit, & disputauit; vbi fertur docuisse anno 1314. *Practica Iuris. In 6. Decret. De foro compet. C. Rom. §. contrahentes.* De eo scribunt præter citatos Franciscus Augustinus ab Ecclesia, Gesnerus; Posseu. app. Sacr. tom. 2. Panzirolus lib. 2. c. 55, Io. Trithem de Script. Eccles. qui ponit illũ ad ann. Domini 1270 Georgius Draudius Bibl. Class. & alij.

Jacobus Bertrandus Sabaudus Sancti Ioannis de Mauriana Medicinę Professor, vir & pietate, & doctrina in illis partibus notus, edidit
Historiam, & Miracula Imaginis Sacro Sanctæ Virginis, quæ in Villa Chamers apud Sabaudos magno Populorum concursu ac veneratione colitur. Impres. Lugduni 1623 in 4. apud Iacobum Roussin. Errauit quidam Scriptor Pedemontanus, qui ponit scripsisse Historiam Beatæ Mariæ de Carmine, dicendum est enim de Chamers. De eo scribit Franciscus Poireus in Corona triplici Beatę Marię Virginis Tract. 1. c. 12. n. 113.

Iacobus

Jacobus Bossius à Clauasio Eques Ierosolimitanus, & Commendator, & armis, & calamo celebris, scripsit Italico sermone

Historiam Ordinis Militaris Diui Joannis Jerosolimitani, quam in quatuor partes distribuit. In prima agit De origine, progressu, & gestis Ordinis, vsque ad tempus, quo ex Iudæa, & Syria expulsus est. In secunda, de ijs quę euenerunt vsque ad tempus, quo ex Insula Rhodo à Turcis eiecti sunt. In tertia pollicetur se acturũ de alijs, quæ gesta fuerunt vsque ad fugatam Turcicam Classem ab Insula Melita, nouamq; in ea Ciuitatem extructam, quam Vallettam appellarunt. In quarta, quæ ad hæc vsque tempora contigerunt. Duæ primę impressę sunt Romæ 1594. Duæ verò postremæ adhuc desiderantur. Scripsit item *La Croce Trionfante*. Impr. ibid. *La Corona del Caualiero Gierosolimitano*. Ibid. 1588. Gallico vero sermone *Historiam miraculosæ, & prodigijs varijs illustratæ Jmaginis Deiparæ Virginis Exhilaratricis in Picardia, siuè, Dominæ nostræ vulgò appellatæ Gaudiorum*. Hęc Historia ex Gallica in linguam latinam translata impressa est Duaci.

Ex Hispano Italicum fecit Tractatum.

Del Giubileo dell' Anno Santo edit. à Hieronymo Gratiano Carmelita. Romę 1599. *Roma Sotterranea*, quæ sub nomine Antonij Bosij Ciuis Romani, & Iacobi consanguinei impressa habetur, est Iacobi nostri. Viuebat

ann. 1614. De eo mentionem fecerunt Marrac. Posseu app.Sacr. Federic. Fornerus in Palma Triumphali lib.5. c.22.

Iacobus Botaccius Casalensis humanarum litterarum Professor, edidit *Lettere Familiari. Dialoghi Maritimi. Rime Maritime.* Impr. sunt Mantuæ.

Iacobus Henricus Brancus Albensis Ordinis Minorum & Philosophus acutissimus, scripsit *Conclusion. in omnes Aristot. libros*; quas Regi Roberto dicauit.

De Coelo, & Mundo. De Generat. & Corrupt. De eo scribunt Britius, & Vuadingus. Floruit ad Ann. Domini 1340.

Iacobus Brocardus Pedemontanus vir ineptus, qui professione Aliodus, & Sortilegus, multa vanissima edidit vaticinia, quæ Sacræ Scripturæ conatus est confirmare testimonijs. Habetur inter Auctores primæ Classis in Indice Librorum prohibitorum. fuit enim pessimus Hæreticus, & Sanctæ Sedis Apostolicę impijssimus inimicus. Verùm ipsius Scripta, vtpotè inanibus vanitatibus plena, non sunt confutatione digna reperta, sed ferro, ligno, & flammis purganda. Vixit ad ann. 1583.

Iacobus Brunetus à Ruffia I.V.D. & Poesis amator, scripsit Latino carmine *Laudes Ciuitatis Lugdunensis*. Impres. ibidem.

Iaco-

Iacobus Caranta Ciuis Cunei vir in Philosophicis maximæ æstimationis, quique in rebus Medicis eminebat. Scripsit. *Decadum Medico-Physicarum lib. 1. De morsu Canis rabidi. De Natura Auri arte facti, & num sit Pharmacum Cordiale.* Impr. Sauiliani apud Christoph. Strabellam 1623. in 4. *De Balneis Vaudier.*
De Natura Visionis lib. 1. In hoc libro nititur demonstrare Visionem fieri extramissione, & difficilimorum morborum Oculos afficientium facilimam tradit cognitionem, & curationem. Impr. ibid. apud eund.
Iudicium Num Viri nati cum vno teste, & alterius sine testibus, Scroto prorsus vacuo ad generationem sint idonei. Impr. Cunei 1624.
Apolog. ad Mysaretum Medicum, aliosq; Sycophantas. Ibid. apud Strabellam 1625. De eo scribit Io. Antonid. de script. Medic. lib. p.

Iacobus à Casali. Scripsit italicè Tractatum vulgò *Giuoco de' Scacchi. De Ludo Latronum.* Impr. Venetijs.

Iacobus Castagnerius ex Marchionatu Lancij in Philosophia, & Medicina D. & in Taurinensi Vniuersitate Lector, scripsit
Comment. in Prim. Fen. Auicennæ. Impr. Taurini 1613.

Iacobus Chiconus Sebusianus vir magnus, & nobilitate sanguinis, & animi generositate, Locumtenens Generalis in Sebusia pro Carolo Sab. Duce, & Francisco I., & Henrico II. Galliarum Regibus. Hic cum ob

inimicorum inuidiam perduellionis accusatus fuisset, condemnatus, posteà vero absolutus, edidit librum, quem inscripsit
Jacobi Chicon Diuini, & humani Iuris Consulti Senatui Regio Delphinati Antipelargia. Impr. Lugd. 1545 opus est in quo suæ accusationis, condemnationis, & restitutionis causas refert, & Iudicibus gratias reddit. Moritur 1569. 12 Nouembris.

Jacobus à Cocconato I.V.D. & optimus Causarum Patrocinatur, scripsit *Consilia de Feudis.*

Iacobus Chisonus Sabaudus scripsit quasdam *Historias* Citatur à Pingonio.

Iacobus Cortellia à Liburno in litteris (vt dicunt) humanioribus valdè versatus, scripsit latina lingua
Orat. De Die Natali Christi. Apophtegmata ex varijs, &c. Carminum, & Epistolarum lib. 1. Taurini 1589.

Iacobus David Sabaudus (non Gallus vt malè Marraccius) Anneſſienſis, I.V.D. & sapientia, & prudentia, & pietate celebris, scripsit latinè
Historiam Dedicationis Ecclesiæ Podij Anneſſienſis in Vellauia, Sacræque Imaginis Virginis, ibi per longa temporum curricula venerata constructionis, & translationis. Impres. Auenione apud Ioannem de Esam. ann. 1516. in. 4.
Gallico autem sermone, scripsit
Carmina varia in laudem Beatæ Mariæ Verginis vna cum Oratione ad eandem. Impres. Lugduni 1536.

Iacobus

Iacobus Delexius Sabaudus I. V. D. è Rupecula in Diœcesi Maurianensi, qui locus distat duabus leucis à Montemeliano. edidit

Chorographiam insignium locorum, qui tam cis, quam vltrà montes Serenissimo Duci Sabaudiæ subijciuntur Impress. Camberij ann. 1571 in 8 apud Franciscum Pomarum. Liber hic Fabulis abundat.

Item. *Vitas Principum à Sabaudia.* Extat M. S. Floruit ann. 1560.

Iacobus Foderus alijs est Foderetus item Sabaudus Maurianēsis Ord. Minor. Sācti Frācisci, edidit Gallicè *Typograph. Histor. Prouinciæ S. Bonau.* Lugd. 1619. *Descriptionem Monasterij Sanctæ Claræ Camberij.* In hoc libro tractat De Virginibus illustribus eiusdem Monasterij. De eo scribit Arturus à Monasterio in suo Martyrologio Franciscano sub die 14. Iunij. *Descriptionem Monasterij Annessiensis.*

Iacobus Frachius Cheriensis Grammaticus, Rethoricus, & in humanioribus litteris versatissimus, scripsit *Breue Compendium Rhetoricæ.* Impr. Taurini 1583.

Item Tres Dialogos. *De Nominum Generibus. De Anomalis Eteroclitis. De Verborum Præteritis, & Supinis.* Ibid. 1559.

Iacobus Gastaldus à Villafranca Pedemontij Cosmographus illustris, scripsit librum, quem prænotauit. *Mapa Mundi.* Venet. 1597, & Romæ.

Tabu-

Tabulas Asiæ, Aphricæ, Hispaniæ, Italiæ, Siciliæ, Hungariæ, & Pedemontij. ibid. *Descriptionem totius Hungariæ, Transiluaniæ, Valachiæ, Silesiæ, Morauiæ, Austriæ, Bulgariæ, Romaniæ, & Seruiæ,* addita parte *Poloniæ, Podaliæ, Russiæ, & Italiæ.* Ibidem. Viuebat ann. Dom. 1540.

JACOBVS De Lausana ex cognomine suę Patrię Ordinis Prædicatorum, Episcopus Lausanensis, non incertę Vrbis vt ex Trithemio scribit Sixtus Senens.; diuinarum, & humanarum scientiarum cognitione eximius, Concionator clarissimus, plura reliquit ingenij sui præclarissima monumenta, scripsit enim
In Genesim lib. 1. *In Leuiticum lib.* 1. *In Exodum lib.* 1. *In Numeros lib.* 1. *In Deuteronomium lib.* 1 *In Iob lib.* 1. Incipit sustinentiam Iob audistis.
In Prouerbia lib. 1. Incipit. Aperiam in Parabolis.
In Cantica Canticorum lib. 1. Incipit. Circa Principiū huius libri.
In Sapientiam lib. 1. Incipit. Sapientia clamat.
In Ecclesiasticum lib. 1. Incipit. Iste liber diuiditur.
In Esaiam lib. 1. Incipit. Non est bonum.

Hæc omnia M. S. vidisse testatur Sixtus Senens. Venet. in Cęnobio Sanctorum Ioannis, & Pauli.
Opus Moralitatum in Duodecim libros distributum. Impr. Lemouicis 1563 apud Vincentium Valgrisium, & priùs 1528 apud Claudium Garnerium, liber hic Diuini Verbi Concionatoribus maximè vtile est.

Com-

Comment. in lib. quatuor Sententiarum.

Variāt autem Scriptores circa tempus quo floruerit, Sixtus enim Senensis asserit claruisse imperante Vuenceslao Augusto anno Domini 1390. Auctor supplementi Chronici Dominicani dicit anno 1375. Leander Albertus ponit illum ad annum 1314. Io. Michael Pio ad ann. 1331, Antonius Senensis scribit vidisse in antiquis scripturis, quæ in Barchinonensi Conuentu Dominicanorum asseruantur, eum Parisijs anno 1317 ad graduū licentiatus promotuū fuisse Extat etiam M.S. in Rhegiensi Bibliotheca.

Fratris Iacobi de Lausana Ordinis Prædicatorum Sermones de Tempore, & de Sanctis. Sermones Quadragesimales.

Iacobus Malabayla nobilis Astensis, scripsit

Annal. Astenses.

Iacobus Mandellus Albensis I. V. D. vir doctus, qui vtrumque Ius publicè docuit Papiæ, Placentiæ, Pisis, Pataui j, & Ferrarię, scripsit

Super 1. Digest. Veter. De reb. credit. Si certum petatur. Impr. Venet. 1557.

Super 2. Digest. noui, De verborum Obligationibus. ibid.

Consiliorū lib. 1. Impr. Mediol. 1558, Venet. 1556. & 1573, tandē ab infinitis propè Venetę editionis mendis repurgatus, & ad pristinū suum candorem, nitoremque restitutus Frācofurti in fol. apud Feyerabendt. 1577. Papiæ vitam cum morte commutauit,

&

& ad sepulchrnm, quod in Ecclesia Sancti Thomæ positum est, extat sequens Epithaphium:

IAcobus Mandellus Albensis I. V. interpres Celeberrimus, Papiæ; Placētiæ, & Pisis supremos honores Consequutus
Cum deinde Patauium, Ferrariam, rursusq; Pisam magnis Premijs vocaretur:
Ticinensem hanc, cœterasq; lugentes reliquit Academias.
Vixit ann. 45. Obijt 30. Octobr. 1555.

De eo scribit Georgius Draudius Bibl. Clas.

Iacobus (alijs est *Iacobinus*) Malafossa, siuè Malafossius Bargensis Ordinis Minorum, qui diù publicè professus est Theologiam in Academijs Patauina, Taurinensi, & Montis-Regalis: in Metaphisicis fuit eximius, ingeniumque habuit ad lucubrationum laborē maximè validum. Declamationes tanto condiebat lepore, vt omnibus gratus redderetur & eas adeò graui, & sedata voce, superfusoq; facetiarum sale exprimebat, vt auditores certatim ad eum confluentes in subselijs scriptitando explicatas sententias exciperet. Edidit

Enarrationem in Prim., Secund., & Tert. lib. Sentent. Scoti; in qua centum quinquaginta, quæ videntur esse

esse contradictiones Scoti soluuntur. Impres. Patauij 1569.
Expositionem in Metaphysicam Aristotelis.
Comment. in Diui Pauli Epistolas. In Orat. Dominicalem. Habuit etiam *Orationem ad Patres in Sacro Concilio Tridentino.* Obijt virtutibus, & meritis plenus ætatis suæ anno 82. De eo scribunt Vuadingus, Posseu. Georgius Draudius, & alij.

Iacobus Melorus à Bagnolo Sacrę Theologię Doctor, vir eruditus, nec pietate minor, quam scientia celebris, multa scripsit, & pręcipuè
De Deiparæ Virginis Laudibus. Impr. Neapol. apud Iacobum Carlinum ann. 1614.

Iacobus (alijs est Iacobinus) Michelottus à Sãcto Georgio ex Dominis Altessani I. V. D. fuit Iasonis discipulus; & in Taurinensi Vniuersitate per multos annos Iuris Ciuilis interpres celeberrimus, multa eaque optima scripsit
De Feudis. Impr. Taurini, & Coloniæ 1574. *De Homagijs. De Legatis, Officialibus, Castris, Castellanis & confœderatis. De Inuestitura.* Hi tres Libri impres. sunt Lugd. 1521.
Comment. in prim. & 2. part. Digest. vet.
In prim. & 2. part. Codic. Impres. sunt Bononiæ. De eo scribit Georgius Draudius.

Iacobus Nouaresius à Carmaniola in Matematicis, &

Medicina versatissimus scripsit librũ, quem prenotauit *Hidrolitos Pharmasia.* Opus in tres distributum est Centurias, in quarum vna agit *De Lapidibus*, In alia *De Herbis*, & in tertia, *De alijs Medicinalibus Secretis.*

JACOBVS Puteus, seu à Puteo Niciensis I.V.D. preclarissimus. Puteorum nobilissimam Familiam Ciuitatem Alexandriæ Mediolanensis Ducatus primũ inhabitasse, auctor est Panzirolus lib. 2. c. 106. in eaque primatum tenuisse, sed Gibellinorum factionibus eiectam, alij Ticinum, Niciam alij, alij Bugellam in Pedemontio se receperunt. id. c. 107. Ex ijs, qui Bugellam inhabitarunt, extat Marchio Viquerie inter Sabaudiæ Proceres clarissimus. ex ijs qui Niciam incoluerunt, extabat Rome Cassianus à Puteo Eques Sancti Stephani vir omni scientiarum genere ornatissimus, morum suauitate, prudentia, benignitate singularis, & apud Vrbanum VIII. maximæ æstimationis, quem Roma Purpura ornatum vidisset, ni ipsi excellens virtus obfuisset. Huius Familiæ fuit Iacobus, de quo in præsenti agimus, vir in Iuris scientia eximius, alijsq; nobilioribus clarus disciplinis. Sacræ, & vbique terrarum Venerabilis Rote Romanæ Auditor, & eiusdem Decanus, postquam per totos quindecim annos illud munus exercuisset; Archiepiscopus Barensis electus, & anno elapso à Iulio III. De Monte Pontifice Max. anno 1551 ad Cardinalatum euectus, titu-

lum

lum Sancti Simeonis assumpsit, & à Paulo IV. ad titulum Sãctæ Mariæ in Vialata mutatus, Officiũ Præfecti Signaturæ Iustitię, & posteà Signaturę Gratiæ summo applausu administrauit. Sub Pio IV. Regni Poloniç, Ordinis Militię Sancti Ioannis Ierosolimitani, & Carmelitarũ Protector factus, ab eodem ad Sacrum Oecumenicum Concilium Legatus missus est. Edidit *Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ.* Impr. Venet. 1583. apud Franciscum Zilettum, & iterùm 1598, & Coloniæ Agripinæ apud Io. Gymnium 1582 in fol.

De Mutatione Monetarum.

Tandem ętate grandeuus, plenus meritis, & relicta maxima sui nominis fama, obijt 6. Cal. Maij ann. 1563 Romæ, sepultusque in Ecclesia Beatæ Mariæ super Mineurã ante gradus maioris Altaris sequenti apposito Epitaphio.

D. O. M.

Iacobo Puteo Niciensi S. R. E. Presb. Cardinal.
Præcipuo, ac integerrimo viro,
Qui summam Iuris Vtriusq; Scientiam,
Ita cum summa probitate coniunxit,
Vt vnus Reipublicæ constituendæ, disciplinæq; veteris reuocandæ præcipuus auctor votis bonorum expeteretur.
Obijt 6. Cal. Maij 1563. Vixit ann. 68. menses 2. dies 13.

Antonius Puteus Archiepisc. Barrensis Nepos P.

De eo scribunt Ciacconius in Iul.3, Forsterus, Iosfredus par. 2. & alij, ipsiusque pręclarissimas virtutes laudibus celebrarunt Andreas Victorellus, Ferdinandus Vghellus in Addit. ad Ciacconium, Sacchinus, & Stanislaus Rescius, qui lib. 1. c. 22. vitę Cardinalis Varmiensis illum vocat optimum, & integerrimum, & c.23. Totius pietatis, & optimarum artium non solum amicum, sed etiam amatorem. Extat Francisci Scantij Mediolanensis in illius obitu Oratio.

Jacobus Pelletta Astensis Medicinæ Professor, scripsit, & edidit duos Tractatus, qui Paris. impres. sunt ann.1570. *De Geometria. De Re Medica.*

Jacobus Pizzornus Dolianensis Philosophus, & Medicæ artis Professor, Sabaudiæ Ducis Medicus, & in Taurinensi Vniuersitate Lector, scripsit Latinè librũ *Singularium Secretorum*. Extat M.S. in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ.

Jacobus Rouiglionus Monferratensis ab Occimiano humanarum litterarum Professor, & Orator disertus, scripsit Italico idiomate

Orationes, & Tractatus Impr. Casali. Viuebat ann.1600

Jacobus Saltorus Sabaudus Cambериensis in supremo Sabaudię Parlamẽto Senatoris dignitate ornatus, scripsit Tractatum

De

De Contractibus, Testamentis, & Tutellis. Edidit Carolus ipsius Filius, & Maior Sabaudię Iudex. Impr. Camberij 1637 apud Godofredum Du-Four.

Jacobus Franciscus Arpinus ex Podiuarino, & Ciuis Taurinēsis Caroli Filius (de quo suo loco) olim Principis Mauritij à Sabaudia, nunc verò Serenissimæ Viduæ Medicus ordinarius, scripsit

Historiam De Statu Epidemico ann. 1654. in Oppido, & agro Patrio ad Collegium Physico-Medicum Taurinense. Habet prælo paratum Tomum valdè magnum *Consultationum, Epistolarum, & Responsorum Medicinaliū. Modo di descriuere li Horologi Solari in diuerse maniere. Trattato De Principij Astronomici. Synopsis Artis Heraldicæ figuratæ Hortus Medico-floridus quadripartitus, in singulos anni menses distributus, Tabulæ duæ Anatomicæ, quarū vna sub humana figura super impositis Chartulis affabrè compacta, Venarum, Arteriarum, & Viscerum omnium exhibet delineationem. Altera Orteologiam vniuersam.* Vtraq; Auctoris manu elegantissimè delineata, peritum expectant Chalcographum.

Jacobus Franciscus Iausellottus Niciensis, & Cathedralis eiusdem Ciuitatis Canonicus I.V.D. & Theologus, vir pius, & zelator salutis Animarum, edidit Italico idiomate

Breuissimo, e molto vtile modo di ben confeßarsi. Imprs. in Monteregali 1601.

Iaco-

Iacobinus Perottus à Monteregali Presbiter Secularis vir probus, scripsit carmine Italico *Le Lodi della Madonna Santissima di Mondouì. Rime nella morte di Monsig. Castruccio, & altri.* Impr. ididem.

Iaffredus Ab Ecclesia Salutiensis, Secretarius Marchionis Salutiarum, apud Carolum VII. Galliarum Regem, & apud Amadeum Sabaudię Ducem pro Ludouico Marchione Legationes prudentissimè, & summa cum laude obiuit. Scripsit

Historiam suæ Patriæ, quam citant Pingonius, & alij. Extat Taurini M.S in Biblioth. Sabaudię Ducis.

Iaffredus Iacomellus ex Ciuitate Pinarolij, scripsit Italico idiomate, & in tres libros distinxit

Historia della Serenissima Casa di Sauoia. Extat M.S. in supradicta Sabaudiæ Bibliotheca.

Iaffredus Lāfrancus Balbus Cherié. I. V. D. qui fuit Vicarius Foraneus Dominici Cardinal. de Ruuere Archiepisc. Taurinen. scripsit librū, quē prænotauit.

Semita Recta. Idest, Tractatus plurimarum Decisionum per modum conclusionum; qui Semita recta Causidicorum, & Iudicum appellatur. Impres. Taurini 1497, & Mediolani per Zanotum de Castiliono 1519 in 4.

Decisionum Centuriæ Quinque, cum Sextæ fragmento. Lugduni 1546, & Francofurti 1572. in fol.

Addit. ad Communes Doctorum Opiniones. Taurini 1545.

INNOCENTIVS V. Pontif. Maximus Vide Lit. P. *Petrus de Tarantasia.*

Inno-

Innocentius Romerus à Carmaniola Ordinis Minorum vir pius, & multotiès Monialium Confessarius, vt suæ deuotionis erga Sanctissimam Deiparám posteris relinqueret testimonia, scripsit librum, quem prænotauit *Origine della Corona di Sette poste, ò Decine di Maria Vergine.* Impr. in Monteregali 1626.

Aggionta alla Deuotione di Santo Antonio di Padua. Ibid.

Joachimus Rota à Monteregali Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, edidit Italica lingua librum, quem inscripsit

La Ciuiltà Politica nel trattare humano. Impr. Romæ apud Manelphum 1652.

Joannes Argenterius Cheriensis, in Ciuitate Montisregalis publicus Medicinæ Lector, vir maximus, & in rebus Medicis nemini secundus, cuius scripta partim impressa, partim imprimenda multo tempore auidissimè desiderata sunt, tandem ab ipsius hæredibus reperta prodierunt. Et quia innumeris scatebant maculata erroribus, ex Veneto exemplari diligentèr reuisa, & correcta fuerunt, & in quatuor partes diuisa, in vnum Volumen collecta. In ijs scriptis præcipuę, difficilesque materiæ tum Medicinę, tum Philosophiæ, & præsertim hac tempestate adhuc controuersæ doctè, subtilitèr, & enucleatè dilucidantur. Insupèr sanitatis tuendæ, & amissæ recuperandę ratio plenissimè traditur. Accessit Fabij Paulini Vtinensis in lib. Artis

Medi-

Medicinalis Galeni per tabulás Oeconomia. Impres. Hanouiæ apud Hæredes Cl. Marnij 1610. in fol. & anteà Venetijs 1592, & 1606.

Elenchus singulorum Tractatuum in hoc Volumine contentorum hìc est.

In Artem Medicinalem Galeni Comment. 1. De Corporibus. In Artem Medic. Comment. 2. De Signis. Comment. 3. De Causis Salubribus &c. In p. libr. Aphorism. Hip. Comment. In 2. & 4. Comment. De Morbi Generibus lib. 1. De Morborum Differentijs lib. 1. De Causis Morborum lib. 1. De Causis vniuscuiusque generis Morborum lib. 2. De Causis differentiarum Morborum lib. 3 De Generibus, & differentijs Symptomatum lib. 1. De Causis Symptomatum lib. 1. De Temporibus Morborum lib. 1. De Signis Medicis lib. 1. De Signis Demonstratiuis lib. 2. De Signis Memoratiuis lib. 3. De Signis Prognosticis lib. 4. De Vrinis lib. vnus. De Officijs Medici lib. 2. De Consultandi Ratione lib. 1. De Somno, & Vigilia lib. 2. De Febribus lib. 1. In libr. Gal. de Febrib. ad Glauconem. De vi purgantium Medicamentorum. De Calidi Significationib. & Calido natiuo. Seorsim autem extant impressa, quæ sequuntur *Comment. 3. in Artem Medicinal. Galeni, Medicis Philosophis vniuersis, qui rerum scientia delectantur, vtiles.* Impr. in Monteregali apud Torrentinum 1569 in fol. Paris. apud Molinæum 1553 in 8. & apud Io. Porpiū 1578. in 8. *De Vrinis libr. 2.* Lugduni apud Sanctandream

1591.

1591 in 8. *De Somno, & Vigilia. De Spiritibus, & Callido innato lib. 2.* Florentię 1566 in 4. & Parisi. apud Molinæum 1568 in 4.
De Consultationibus Medicis, siuè (vt vulgò dicitur) De Collegiandi ratione liber. Florentiæ 1551 in 8. & Paris. apud Martinum Iuuenem 1557 in 8. & apud Ægidiũ Garbirium 1557 in 16.
De erroribus Veterũm Medicorũm. Florentię apud Torrentinum 1553 in fol.
De Morbis lib. XIIII. Lugduni 1558 in 8.

Viuere desijt Doctissimus hic Ioannes anno 1572, sepultusque est in Taurinensi Ecclesia cum sequenti Inscriptione.

D. O. M.

IOanni Argenterio
Parentibus & Natali Solo suis tantũ noto
Ingenio vero Aristotelico, & in re Medica doctissim.
monumentis lustranda Orbi notissimo.
Cuius perennem famam, & gloriam
Neutiquàm consumptura est vetustatis iniuria.
Hercules Filius moerens posuit.
Obijt ann. Domini 1572 tertio Idus Maij ætatis suæ 59.

De eo summa cum laude scribunt Gesnerus, qui tamen perpauca recenset Argenterij scripta; Ioann.

Vanderlindē De script. Medic. lib. p. Georgius Draudius Bibl. Clafs. Renatus Moreau lib. De Miſſione Sanguinis in Pleuritide, vbi Veterū Medicorum tempus, quo floruerunt adnotauit, & alij.

Joannes à Sancto Mauritio de Curtis a Monteregali Congregationis Sancti Auguſtini Diſcalceatorum vir pius, edidit

Guida de ſemplici per fugire li peccati, & vnirſi di cuore à Dio; con breui pratiche d'Eſercitij Spirituali. Impreſ. Taurini apud Barthol. Zapattam 1662 in 24.

Ioannes Baruccus à Briga Congregationis Clericorum Matris Dei, cuius laudes eximias, & virtutes celebrat Pater Hippolytus Marraccius, eumque ſcribit fuiſſe non ſolùm in Philoſophia, & Sacra Theologia excellentèr doctum, ſed & pietate, modeſtia, regulari diſciplina adeò venerabilem, vt alijs harum virtutum ſpeculum eſſet. Extollit etiam ob vitæ mortificationē, animarumq; ſalutis maximum deſiderium. Scripſit hic Venerabilis Ioannes ſuper illud Apocalyp. 12. Signū magnum apparuit in Cœlo, Mulier amicta ſole.

De Laudibus Beatæ Mariæ Virginis Serm. V. Extat M S. apud eundem Marraccium. Vitam cum morte commutauit 1641 17. Octobr. ętatis ſuę 42.

Ioannes Beluiſius Vercellenſis I. V. D. vir ſtudioſus, & multę litteraturæ; ſcripſit

Speculum Principum ac iuſtitiæ, in quo Amortiſationū, Fiſcalium,

ſcalium, Vſurarum, Decimarum, & omnium grauaminum materiæ continentur Impreſ. Pariſ. 1530. De eo ſcribit Georgius Draudius in ſua Bibl. Claſ.

Ioannes Bireli Sabaudus Anneſſienſis, & eiuſdem Ciuitatis Canonicus, vir doctrina, & pietate venerabilis, Sacrę Theologiæ D. qui (vt teſtatur Iacobus de Voragine in Hiſt. Lomb.) interfuit Baſileenſi Synodo, recitauit, & edidit Sermonem
De celebritate Immaculatæ Cōceptionis. Viuebat ann. 1440

Ioannes Blanchus à Nicia Philoſophus, & Medicus, vir doctiſſimus, & maximi ingenij, ſed aliquibus obſcuri, edidit librum, quem prænotauit
Sapientiæ Examen. Et verè Sapientiam docet, ad diuinum namque conducit amorem, altiſſima, & anagogica pertractat: at quia nō ſolùm ab Ariſtotelis Schola, communibuſq; Philoſophorum diſceſſit ſententijs; ſed etiam à modo loquendi apud Theologos vſitato inſolitis dogmatibus, & communi intelligentię non accommodatis deuiauit; imò quia plus voluit ſapere, quam oportet ſapere, à Sacra Romani Indicis Congregatione liber fuit prohibitus anno 1646. Impreſ. eſt Lugduni 1640 in 8.

Ioannes Bobba à Cigliano Rector Collegij Puteani in Vercellenſ. Ciuitate Poeta non ignobilis, ſcripſit Eglogas octo, quas prænotauit
Coreſdon deluſus. Impreſ. Vercel. 1657.

Item Poema cui titulus.
Xpiretumenon. In laudem Hieronymi à Ruuere Episcopi Vercellens. additis nonnullis Elogijs super eiusdē Episcopi rebus gestis. Impress. Mediol. Typis Carolii Francisci Rollæ 1660 in 4.

Joannes Bona à Monteregali Congregationis Reformatæ Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis olim Abbas Generalis omnigena ornatus eruditione. In Romana Vrbe Sanctę Vniuersalis Inquisitionis Qualificator, Sacrarumque Congregationum Rituum, & Indicis Consultor, & magni nominis. Vir iste monstruosa præditus memoria, multa scripsit; quę autem impressioni mandauit, sunt quę sequuntur.
Psallentis Ecclesiæ Harmonia. Impress. Romę apud Io. Petrum Colinism 1653 in 4, & Parisijs apud Ludouicū Billaine 1663 in 4.
Via Compendij ad Deum. Ibid. Typis Angeli Bernabò à Verme 1657. In hoc libro habes Isagogen doctā, facilē & vtilissimam ad mysticam Theologiam. Vide Lector, si propriam diligis vtilitatem, & viri doctrinam, ni mauis pietatem mirari non desines. Impress. est iterùm Parisijs apud Fredericum Leonard 1662 in 12.
Manuductio ad Coelum. Ibid. Romę apud eundem 1658 Lugduni sumptibus Claudij Prost. 1660. in 32, Viennæ Austrię apud Matth. Cosmerouium 1660. in 12. Bruxellis Typis Francisci Foppens 1663. in 32, Francofurti

cofurti apud Guillelmum Serlinum 1663. in 24. Ibid. apud eundem lingua Germanica in 24, Parif. apud Antonium Chrestien, & Petrum de Bats in 12. 1664, Neapol. apud Lucam Antoniũ de Fusco 1664 in 12, Romæ apud Iacob. Dragondelluni 1664 in 24. Item Gallica, & Hispanica linguá, & tandem Italica vertente Vincentio Armano viro doctiſſimo; de quo egimus in Alipio Carmaniola. Viuit, & alia habet præ manibus, quæ alijs pręeditus negotijs nondùm publicare potuit.

Ioannes Boterus Benenſis Abbas S Michaelis de Clusia, vir ſummę, & notæ eruditionis, qui Animatam Bibliothecam pleno ore vocari potuiſſet. Philoſophus, Theologus, Orator, Poeta, Coſmographus, Historicus, vt ex ipſius ſcriptis manifeſtiſſimè apparet. Edidit Italico idiomate.

Le Relationi Uniuerſali. In 4. partes diuiſit. In p. continẽtur deſcriptiones Europæ, Aſię, & Aphricæ, mores, diuitię, negotia, induſtrię cuiuſcumque nationis. Agitur de Nouo Orbe, & Inſulis, ac Peninſulis vſque ad illa tempora notis. In 2. tractat De Mũdi Principibus, ac de Cauſis Magnitudinis ipſorum Statuum. In 3. agit de omnibus Gentibus, Catholicis, Iudæis, Gentilibus, atque Sciſmaticis. In 4. tandem De Superſtitionibus Noui Orbis, De difficultatibus, & vijs, quibus vera, & Catholica Fides ipſi perſuaſa eſt. Impreſ

Tauri-

Taurini 1601. Venet. 1605 apud August. Angelierũ, & alibi.
Della Ragione di Stato lib. X. Impress. Venet. apud Iolitas 1599. Taurini 1610, & alibi. Istos autem Politicorum libros tanti fecerunt viri sapientes, vt ex Italicis Germanos, & deindè Latinos factos imprimi fecerint Argentinæ,
Della Causa della Grandezza delle Città lib. 3. Venet. & Taurini.
Le Vite de' Principi Christiani. In duas partes diuisus est liber. In prima scribit Vitas trium Regum Hierosolimæ, scilicèt, Gottofredi, Balduini I. & Americi. Triũ Galliarum, Clodouei, Ludouici IX. Caroli IX. Triũ Hispaniarum, Pelagij, Ferdinandi Magni, Ferdinandi Sancti. Trium Angliȩ, Aluredi, Canuti, Gulielmi Acquisitoris. Trium Lusitaniæ, Alphonsi I, Alphonsi V, Emanuelis. Taurini apud Io. Dominicum Tarinum 1601. In 2. continentur Vitæ Principum Sabaudiæ à Beroldo I. Maurianæ Comite ad Emanuelem Philibertum Ducem. Ibid 1603.
Vite d'alcuni Eccellenti Capitani. Idest, Francisci de Lorena Ducis Ghisæ; Annæ Memorantij, Henrici de Lorena, Henrici 3. Galliarũ Regis, Ferdinandi Toletani Ducis Albȩ, & Alexãdri Farnesij Parmẽsis Ducis.
Discorso sopra il nome dell' Isola Traprobana. Dello Stato della Chiesa. Della Eccellenza della Monarchia. Dell' Officio

del

del Cardinale. Impref. Romæ 1599.
Del Saggio, dell'Opera de' Principi, e Capitani Illustri. Impref. omnia Taurini 1607. *Della Nobiltà*. *Le Vite d'Alessandro Magno, di Giulio Cesare, e di Scipione Africano*. Ibid. *Prediche sopra i Vangeli Dominicali dell'Auuento all'Ambrosiana*. Impref. Mediolani 1584.
Detti memorabili di Personaggi Illustri. In duas partes Venet. 1610 in 12. & addita tertia parte Taurini 1614.
Della Lega contro il Turco. Ibid. *Del dispregio del mondo*, & duas Conciones de eodem argumento. Mediolani apud Franciscum, & Simonem Tinos 1584.
Scripsit etiam Etrusco Carmine
La Primauera. Librum hunc annotationibus (vt suo loco dicemus) illustrauit Ioannes Antonius Barroerius. *Rime Spirituali* Ibid.
Latino autem idiomate
Comment. in quo comparat potentiam Catholici Regis Hispaniarum Philippi cum Turcarum Imperatore. Impref. Coloniæ 1597.
Volumen Epistolarum. *De Regia Sapientia lib. 3*. *Otium honoratum*. Mediolani 1583.
De Politicorum libris his verbis loquitur Possevinus Appar. Sacr. tom. 2. Hic liber (ait) ad pietatem, & prudentiam vtilis est, quo item malè sana, & impia Macchiauelli fundamenta, quæuè ex Cornelio Taci-

to possunt desumi, dum Tiberij Neronis artes exponit, euertuntur breuitèr, doctè, christianè. Huc vsq; Posseuinus. Boterus Sanctissimo viro Carolo Cardinali Borromęo aliquandò fuit ab Epistolis, ex cuius cōmercio, & exemplo multam hausit & pietatem, & sapientiam. In Boterum lusit optimè sequenti Anagrammate Andreas Valfredus (de quo suo loco)

Joannes Botterus

Anagramma

Nestor Senior Tuba.

Addidit Exastichō

ELoquio insignem, nec non quid garrula longo
Confectum Senio, Nestora fama canit?
Dicat JOANNEM ; Pyliam mentita senectam;
Nam nouus est SENIOR NESTOR in Orbe TVBA.
Ergò iterum referat Vates hæc Carmina. Melle
Dulcius ex eius profluit ore Melos.

Joannes Britius Braydēsis Ordinis Minorū Doctor Parisiensis vir verè doctus, & Sanctæ Sedis Apostolicæ, ac Conciliorum auctoritatis eximius defensor, scripsit eruditè

De Justitia, & validitate Decretorum Generalis Concilij, quod anno 1433 *sub Eugenio IV. Constantiæ celebratū fuit.* Nota tamen, quod tempore Eugenij IV. nullum Cō-

stantię

ſtantię celebratum eſt Concilium: benè quidem Baſileenſe, quod deindè Bononiæ, Ferrariæ, & poſteà Florentiæ translatum ſcimus, & nuſquam Conſtantię, quarè potuit hoc impreſſoris vitio accidere. Scripſit item. *Contra quendam Fratrem Philippum Berbegallum.* Hìc adinuenerat inuſitatam quandam habitus formam, quam vulgò (La Capucciola) appellabant. Cõtra præfatum Philippum Ioannes vna cum Beato Ioanne à Capiſtrano, vtpotè nouatorem, & diſſidiorum diſſeminatorem non ſolum vocem, ſed & calamum tractauit, tantaque fuit apud Pontif. Max. Eugeniũ IV. auctoritate, vt Philippum tanquam ſeditioſum condemnatum viderit.

Ioannes Capellus à Nicia Poeſis amator, edidit lingua Gallica Poema *De Peſte.* Impr. Pariſ.

Ioannes à Caſali Ordinis Minorum Sancti Franciſci vir in Philoſophicis, & Theologicis verſatiſſimus, ingenij perſpicaciſſimi, quique diù vtramque ſcientiam magna ſui gloria docuit, edidit

Quæſtiones eruditas in Philoſophiam. Queſt. in Sacram Theologiam. De eo ſcribunt Britius, Vuadingus, Gonzaga, Poſſeu. appar. Sacr. tom. 2. Viuebat ad ann. Domini 1500.

Ioannes alius De Caſali I. V. D., ſed & Philoſophiæ amator, ſcripſit Quæſtionem.

De Velocitate Motus, & tractu corporum durorun. Impreſ.

Venetijs in fol. Meminit Georgius Draudius Bibliothec. Clas. Tractatū hunc tribuit Vuadingus suprà notato Ioanni sui Ordinis.

Joannes de Casali alter Eremitarum Sancti Augustini in Philosophia eximius reliquit. *Tractatus Philosophicos doctos, ac subtiles.* Extant M.S. in membrana in Bibliotheca Sanctorum Ioannis; & Pauli Venetijs in plut. 31 partis sinistræ. Incipit *Quaritur vtrùm in mouentibus.* Script. 1389. ex Thomasino in Bibliothec. Venetis M. S. pag. 26. M.

Ioannes de Choul Sabaudus, scripsit *De Varia Quercus Historia.* Impres. Lugduni apud Guil. Rouilliam 1555. in 8. accessit.

Pilati Montis Descriptio.

Joannes de Coconato I. V. D. scripsit *Consilia diuersa.* Venet. 1551.

Consilia Feudalia. Lugd. habentur inter Consilia Feudalia Alberti Bruni.

Ioannes Crottus à Casali Sancti Euasij I. V. eximius Professor. Docuit Pisis, & Bononię, vbi vitam cum morte commutauit, multa scripsit

Super Tit. prim. ff. Veter. De Justitia, & Iure l. omnes populi.

In 2. ff. veter. de Condit. trit. l. in hac, & l. quod certo loco.

In Prim. ff noui de re iudic. l. Pomponius §. cum quis: & ibid. de vsurp. & vsucap. l. si is qui pro empt.

Super

Super 2. ff. noui in prim. infortiati Resoluto matrim. l. si constante.
In 2. Infortiat. de Legatis 1. l. nemapotest. Et ibid. De Legat. 1. l. 1, & rursùs de Legat. 3. l. re coniuncti.
De Constit. c. 1. De Rescriptis c. 1. De Testamentis c.
Consiliorum lib. 3. cum Argumentis, & Summarijs. Venet. 1576.
De Testibus. Bononię, vbi totius Academiæ maximo cum dolore mortuus est, extat in Ecclesia Sancti Dominici vbi requiescit sequens Epitaphium.

D. O. M.

IOanni Crotto Monteferrato Pontif. Cæsarijq; Juris Monarchæ,
Qui diù Bononiæ floruit in vtraque Palestra.
Inde Pisas euocatus, deserti iāpridèm Gymnasij instaurator.
Fato concessit.
Magdalena Landa viri B. M. ossa referens,
ære proprio hoc monumentum faciendum curauit.

De eo scribit Forsterus, & alij. Viuebat anno 1513.

Ioannes Dantzius, alijs est *Danesius* Astensis Medicinæ Professor, in eaq; arte illustrissimus, edidit *Tabulas simplicium medicamentorum, quæ apud Dioscoridem, Galenum, & Plinium sunt.* Istæ tabulæ continent

omnes (exceptis ijs, quę ab Animalibus ſumuntur) facultates tam generales, quam particulares, & eam, quę eſt ad principia, ſequellam, & omnia ad elementorum rationes conſequantur, nec quicquam in ijs reperiatur pugnans, mira induſtria euidentiſſimè ob oculos ſpectanda, exponunt. Prædictis tabulis alias addidit eo iudicio, doctrina, & compendio compoſitas, diſpoſitaſque, vt ſimplicium viribus ex primis tabulis iam perceptis, primo intuitu medicis ad pleroſque morbos remedia adinuenire promptiſſimum, & facilimum ſit.

De ſimplicium medicamentorũ facultatibus in genere, deq; ijs tum ratione, tum experientia inueſtigandis. Impreſ. Baſileæ apud Henricum Petri 1543 in fol. Iſti autem Dialogi ſunt Epitome vndecim librorum Galeni. De Facultatibus ſimplicium medicamentorum.

Tabulas in Canones vniuerſales Joannis Meſue, cum Iacobi Syluij annotationibus in eoſdem, & quam plurimis ex Galeni libris De ſimplicium medicamentorum facultatibus. Impr. ibid. apud eundem 1545 in fol.

Tandem *Dioſcoridem vertit in Germanicam linguam*, qui & cũ figuris publicatus eſt. Ex hac deceptus verſione Geſnerus putat Dantzium fuiſſe Germanum, ſed perperam, nam ex Aſtenſibus monumentis conſtat in prædicta ortum Ciuitate, licèt adhuc iuuenis deſcenderit in Germaniam, vbi Francofurti obijt anno

no Domini 1546. De eo mentio habetur apud Io. Antonid. lib.p.

IOANNES Faber Sab., & Vienen. Episcopus, vir doctus tum in Sacra Theologia, tum in Iure Canonico, & Ciuili, Catholicæ Fidei acerrimus defensor, & Hæreticorum zelantissimus persecutor, multa scripsit, ea sunt

Comment. super Instit. Impres. Lugduni 1534.

Super prim. & secund. Codicis. De Fide, & Operibus. Coloniæ apud Quentel.

Aduersùs Doctorem Balthasarum Pacimontanum Anabaptistarum nostri Sæculi primum Authorem Orthodoxæ Fidei Catholicæ defensio. Impr. Lipsiæ.

De Victoria parta inter Heluetios. Lingua Germanicâ. *Redargutio sex Articulorum Huld. Zuinglij exhibita Badenæ in Heluetia in publica disput.* 1526. Eadem lingua impres. eodem anno Tubingæ. *Epistola Germanica Dialogi instar composita ad Huldericum Zuinglium*, quâ eum redarguit, quod in Disputatione Badenæ non appareat. *De Eucharistia Libellus.* Colon. 1573. *De Lege Moscouitarum.* Basileæ. *Ad Præsulem Tridentinum, De Bello Turcis inferendo.* Colon. 1555. *De Origine, Potentia, ac Tyrannide Turcarum ad Henricum VIII. Angliæ Regem.* Colon. 1555. *Homiliæ* Ibid in fol. 1541. *De Potestate Papæ contra Lutherum. Quare Sectæ Lutheranæ non adhæreat. Oratio Funebris De Domino Andrea*

Plane-

Planero. Tubingę apud Cellium 1607 in 4. *De Miseria Vitæ humanæ, deque Mundi contemptu.* Parif. 1564. in 12. *Enchiridion Bibliorum.* Ibid. 1568 in 12. *Super 4. Institut. Ciuilium libr.* Venet. 1565 in fol.& Lugduni 1593 in 4. *Comment. in Imagines Illustrium Virorum Fuluij Vrsini.* Antuerpię 1606 in 4. De eo ſcribunt Geſnerus, Draudius,& alij.Baldus vocat eum Fundamentalem, Iaſon ſubtilem,Valentinus Forſterus dicit, omnium teſtimonio in vtroq; Iure doctiſſimnm fuiſſe.Vide Poſſeu. Tom.2.Appat.Sacr.

Joannes Ferrerius a Monteregali. Familia Ferreria originem ſuam trahit à Regno Valentię in Hiſpania. Duo Fratres de anno circitèr 1400 ex progenie Sãcti Vincentij Ferrerij in iſtis noſtris partibus deuenerũt; quorum vnus Equitum Dux, qui Iacobus vocabatur, in Ciuitate Montiſregalis domicilium fixit, & Vxorem ex nobiliſſima, & antiquiſſima Ceuæ Familia Magdalenam nomine ex Dominis Scanieli duxit. Alter verò Aſtæ habitationem firmauit. Ex illo, qui Aſtam inhabitauit, extant nobiles Ferrerij Sauonæ, qui matrimonia contraxerunt cum Primarijs, & inſignioribus Genuę, & Pedemontij Familijs. Ex Iacobo autem Ferrerij Montiſregalis inter Nobiles adſcripti, ex quibus orti ſunt Equites Hieroſolimitani, SS.Mauritij, & Lazari, Duces, Tribuni Militum, Senatores doctiſſimi, Præſides integerrimi, Religioſi pietate, & doctri-

doctrina insignes. Huius Familiæ fuit Ioannes, de quo in præsenti, qui fuit vir doctissimus, & omniũ sciẽntiarum genere ornatus. Scripsit

De vera Cometæ significatione, contra Astrologorum omnium vanitatem. Paris. apud Vascosarum 1548.

Dissertatio Academica, Auditum visui præstare contra Aristotelis vulgatum placitum. Ibid. 1589.

Ciceronem Poetam etiam eloquentem fuisse, Assertio, cum declaratione versiculi, ò Fortunatam Natam, &c. ibid. 1549

De Animorum immortalitate, & Sexto M.T. Ciceronis de Republica libro, Academica enarratio. Ibid. 1539.

Enthelechia, impres. cum Io. Francisci Pici De Animæ immortalitate digressione. Ibidem apud Io. Roygni 1541 in 4.

De Officijs non vulgaribus vitæ religiosæ, idest Christianæ. Impr. Romæ 1540.

Donati Acciaioli Comment. in libr. Ethic. Aristotelis castigatio.

Ad opera Senecæ Annotationes. Chorographia Taurini.

Epigrammatum ad diuersos, & Epitaphiorum lib. 2.

Selectarum Introductionum ad Logicam liber.

Noua de re veteri Commentatio, hoc est, de Pronomine, Nomine, Cognomine, & Agnomine. Assertio diligentissima, quod P. Virgilium Marronem recitantem nec viderit, nec audierit M.T. Cicero. Vbi multa obitèr apud Scriptores, quam plurimos parùm intellecta foelicissimè explicantur.

Praxis numerandi ad commoditatem studiosorum in compendium redacta.

Tumu-

Tumultuariũ de Syllabarum ratione Compendium.
De Ideis Platonicis lib. in quo Aristotelis aduersus Platonem dissoluuntur argumenta. Bibliotheca Uniuersalis.
Contra Aeternitatem Mundi, quam conatus est astruere Aristoteles ex principijs ipsius, arguta, & vera demõstratio.
De Periclitatione humanæ Vitæ inter Uirtutes, & Uitia libr. 2.
De vera Felicitate secundùm Aristotelem lib. 1.
Ueræ, & semper amplectandæ Christianorũ Felicitatis lib. 9.
Annotationes, & Obseruationes in Aristotelẽ, & Ciceronem.
Descriptio Vniuersi Orbis proprijs manibus depicta.
Historiam Scotorum ab Hectore Boethio conscriptam, concinnauit. Impr. sunt Paris. apud Iacobum Dupuys in fol. ann. 1580.
Prouerbiorum Collectio. Habetur cum Erasmi Adagijs. Paris. in fol.

Viuebat anno Dom. 1554. De eo scribunt Gesnerus, Miræus c. 49, Posseu. Biblioth. Select. lib. 13. c. 27, Iacobus Gaddius lib. p. de Scriptorib. in Addit. & alij.

Joannes Flota Niciensis I. V. D. qui viuebat circa ann. Domini 1490 multa doctissimè *In Jure* scripsit, quę nondùm impressa, M.S. asseruantur.

Joannes Frisatus Sabaudus Prior Tarantasiensis, Sacrę Theologię D. & Musarum amator, quibus carus extitit, scripsit latino Carmine
Isaræ Fluminis conuiuium, Seù, Vallis Tarantasiæ Descriptio.

In-

Impr. Camberij 1600.
Item *Domus Sabaudiæ*, duobus membris diuisa, primo Comitum, postea Ducum. Accesserunt variȩ diuersarum rerum, & temporum Historiæ, præcipuè *Series Archiepiscoporum Tarantasiensium, & Domus Borboniæ*. Adiuncta est quædá rerum Geneuæ Descriptio, quam inscripsit
Periegesis rerum Geneuæ. Impres. Lugduni apud Scipionem Iasserme 1628 in 12.

Joannes Furnius Astensis humanarnm litterarum professor, & linguȩ Græcȩ expertissimus, edidit tractatum, quem prænotauit
Pederchidion, idest Imperiolum, seu paruum Imperiũ puerorum. Taurini 1581.

Joannes Gallicius à Villafráca (vt vocant) Pedemõtij I. V. D, & in patrocinandis causis multi nominis, scripsit
Consilia Legalia. Inter Consilia legalia collecta per Augustinum Ab Ecclesia, & Imprs. Lugduni, & Frácofurti adest Consilium Ioannis Gallicij. Viuebat anno Dom. 1550.

Joannes Gersen, alijs est, *Geßem* Vercellensis ex Oppido Cabanaco (vulgò Cauaglia) Ordinis Sanctissimi Patriarchæ Benedicti vir summȩ pietatis, & Religionis scripsit notissimum librum
De Jmitatione Christi

quem librum viri alioquin doctissimi conantur ostẽdere esse Thomæ a Kempis Canonici Regularis, & in hoc summopere laborauit Heribertus Rosucidus Societatis Iesu: Verum doctissimus Abbas Constãtinus Caietanus Opusculo hac de re edito, quod prę-notauit *Gersen restitutus*, ostendit esse nostri Ioannis; quod ante ipsum adnotauerat Eminentissimus, & Doctissimus Bellarminus lib. De Scriptoribus Eccles. In Ioanne Gersone ex antiquo M. S. Monasterij Aronensis Ordinis Sancti Benedicti, in quo nunc educãtur Nouitij Societatis Iesu. Aduerte autem, quod in editione nouissima Lugdunensi libri Bellarmini *De Script. Eccles.* hoc testimonium mala fide, & summa malitia expunctum est; habetur tamen in antiqua editione Romana; & hoc studio ne partium, an odio in Caietanum factum sit, iudicare nolo, certè nullo modo malam fidem excusare possunt, quam euidentissimè accusant editiones antiquæ Romanę, Coloniensis, & Lugduna ipsa de anno 1613, in qua hęc habet ipsissima verba Bellarminus, quę hìc apponere non grauabor. Sic enim loquitur fol. mihi 224 vbi de Ioanne Gersone scribit *Tribui solet huic Auctori præclarissimum Opusculum de Imitatione Christi quatuor libris distinctum; sed quia non numeratur inter Opera Gersonis, nec in Catalogo, quem scripsit Frater ipsius Gersonis, nec in Tomis editis Argentorati: meritò dubitatum est an*

illud

illud ſit Gerſonis, Imò communitèr iam illud opus adſcribitur Thomæ de Kempis viro admodùm pio; ſed nec inter huius opera numeratur, vt paulò pòſt videbimus. Itaq; valdè probabile eſt Auctorem illius Opuſculi eſſe Ioannem quēdam Abbatem de Gerſen, ſeù de Geſſen, vt habet inſcriptio vetuſtiſſima huius libri in Codice M. S. qui aſſeruatur in Monaſterio Aronenſi, quod olim fuit Monachorum Sancti Benedicti, & nunc eſt domus Nouitiorum Societatis Ieſu. Et hinc apparet hoc Opus tributum fuiſſe Ioanni Gerſoni propter ſimilitudinem nominis: quia vetus Auctor erat Ioannes de Gerſen: & tamen quia non inueniebatur hoc Opus inter Opera Ioannis Gerſonis Cancellarij Pariſienſis, tributum fuiſſe Thomæ de Kempis ob ſimilitudinem aliquam ſtyli, quamuis nec inter Opuſcula eiuſdem Thomæ inueniretur. Huc vſque Bellarminus, apud quem in impreſſione Pariſienſi 1631 in 8. poſt illa verba, ob ſimilitudinē aliquam ſtyli, hęc adduntur notabilia verba. *His accedit quod Sanctus Bonauentura, qui fuit ducentis circitèr annis antiquior Ioanne Gerſone, & Thoma de Kempis, citat ex hoc Auctore partem Capitis vltimi libri primi ad verbum, & dicit illa eſſe verba deuoti cuiuſdam libelli De Imitatione Chriſti.* Adde quod & Trithemius lib. de Script. Eccleſ. in Thoma à Kempis librum De Imitatione Chriſti inter ipſius Opera non enumerat. Vide Domnum Robertum Quatremaires in libro, quem inſcripſit *Ioannes Gerſen Vercellenſis, &c.* Impreſ. Pa-

risijs 1649, & euidentissimè cognosces librum hunc nullo modo à Thoma Kempensi, alioquin viro pijssimo, compositum fuisse.

Scripsit item noster Gersen

Sermones, & alia *Opuscula*, quę Abbas Constantinus Caietanus edere promiserat, adhuc tamen M S. latent.

Joannes Gonterius Taurinensis I. V. D. & Regius Aduocatus, scripsit. *Orationes*. Impr. Taurini.

Ioannes Gonterius alter Taurinensis, & suprascripti Filius, Societatis Iesu, Sacræ Theologiæ Lector, Concionator eximius, facundia enim, doctrina, Spiritu, atque adeò diuino quodam eloquentiæ genere excellebat. Vir hic tanto prosequebatur Charitatis ardore Hæreticos, vt in Gallijs vulgò diceretur pleno ore Malleus Hęreticorum. Qui ipsius mirabiles nosse desiderat virtutes, legat Alegambe in Biblioth. Soc. Iesu. Obijt vir pijssimus Parisijs die XI. Nouēbris 1616. Edidit Gallicè sub nomine Philotei Baccalaurei Parisiensis Tractatus quosdam in impijssimum Ministrum du Moulin, nempè

Correctionem Fraternam factam M. du Moulin Ministro Pontis Charentonij, in qua tractatur, De Necessitate Baptismi, & de Limbis. Processum Correctionis Fraternæ eidē Ministro du Moulin. In quo agitur *De Signo Crucis.*

Responsionum Epistolarum ad quæsitum viri nobilis circa vsum Imaginum.

Episto-

Epistolam alteram ad eũdem nobilem. De Sacra Eucharistia.
Methodum vtilissimam pro confutandis Hæreticis, & terminandis Controuersijs in materia Religionis.
Consequentias Religionis Reformatæ Apposuit proprium nomen. Impr. Lugduni apud Petrum Rigaud 1610.
Lapidem Lydium ad reducendum ab errore eos, qui sub colore Reformationis decepti sunt. In tres part. distribut. Impr. Burdigalæ apud S. Millanges 1614, & 1615 in 4
Integram refutationem errorum huius Sæculi. Impr. Carolopoli apud Claudium Vasord. 1613 in 8.
Veram narrationem disputationis in causa Fidei oblatæ ab vno Concionatore Societatis Iesu (Gonterius ipse fuit) *Lutheranis Concionatoribus, ea honoraria conditione, vt solius scripturæ, etiam vt ab ijs versa, & detruncata est, tanquam iudicis auctoritate staretur, & nihilominus detrectatæ.* Narrationem hanc Latinam fecit Antonius Preuostel.
Medit. volum. De stimulis efficacibus ad peccatricem Animã reducendam.
Epistolam doctam, & elegantem ad Henr. IV. Regem Christianissimum. De Disputatione habita cum Mollinæo. Epistolam hanc recitat Bottereus lib. 16. sui Cornmẽtarij.

Joannes Grassus Cheriensis I.V.D. & in Taurinensi Vniuersitate Iuris Ciuilis Lector, scripsit librũ, quem prænotauit
Arbor Judiciorum. Impr. Mediolani 1514. *De Cessione.* *De Substantialibus Procuratoris.* *Annotat. ad Comment.* Domi-

Dominici à Sancto Geminiano super Decret., & quędam alia. De eo meminit Forsterus.

Joanna de Jussy Sabauda Sanctimonialis Virgo Ordinis Sanctæ Claræ Geneuensis Cænobij, & postea Abbatissa in Conuentu Annessiensi, eo tempore, quo Ciuitas illa perditissimi amplexa Caluini doctrinam in pręfato Geneuensi Cęnobio commorabatur, edidit Libellum Gallica lingua inscriptum
Principium, seù Origo recessus Ciuitatis Geneuensis à Fide Catholica, atque adeò sui Principis obedientia. Impr. Camberij. Floruit ad ann. Domini 1530.

Ioannes Leotardus à Nicia Musarum amator, scripsit Italico carmine Octonis Rythmis librum, quem prænotauit *La Niciade*. Impr. ibid.

Joannes Mallianus Fossanensis Poesis, & ipse amator, Apolliniq; carus, edidit
Canto del Rè de Fiumi. Epitalamicum est in nuptijs Victoris Amadei, & Christinæ Francicæ Impres. Astę per Franciscum Antonium Giangrandum 1619. Familia Malliana inter Nobiles Fossanenses illustris, habuit viros doctrina, sapientia, tum pace, tum bello claros, Equites generosos, Doctores magni nominis, & Senatores eximios. Viuit Illustrissimus Petrus Franciscus Mallianus in supremo Pedemontano Parlamento magni nominis Senator.

Ioannes Martinus Altensis matematicarum Professor,

ſor, ſcripſit *Ephæmerides Meteorologicas ann.* 1569 *latitudinis* 51 Impreſ. Antuerpiæ.
Ephæmerides anni à principio Mundi 1528, *à Christo nato* 1570. *Crizonti: Brabantiæ.* Impreſ. ibidem.
De Rebus Turcarum in Ungaria geſtis. Impr. Baſileæ.
De Vſu Aſtrolabij. Pariſ meminit Georgius Draudius.

Ioannes Milæus Sabaudus I.V.D ſcientia, vitę integritate, & prudentia illuſtris, edidit librum inſcript.
Enchiridon appellationis tum Ciuili, tum Capitali iudicio introducendæ & exercendæ. Impr. Pariſ., 1555. *Practica Criminalis.* Ibid. *Annotation. ad vet. vtriuſque Signaturæ Compendium Ludouici Gomez.* Impr Venet. 1575. Item Gallica lingua. *Practica fundata ſuper ordinationibus, & Conſtitutionibus Galliæ. Accouſtumance fondee ſur les Ordonnances, & Conſtitutions de France.* Impr. Pariſ. 1566.

Ioannes à Monteferrato I.V.D. vir magni nominis, & maximæ ęſtimationis; ſcripſit, & edidit
Super Pragmatica Sanctione, cum Gloſſa, & eiuſd. Comment.
De Succeſſione Regum. Viuebat de anno 1480.

Ioannes à Mõte Caſalis Sancti Euaſij Ordinis Minorum Sancti Franciſci Sacræ Theologiæ Profeſſor, quã ſcientiam per multos annos docuit, vir ſubtilis, & diſputator egregius, ingenij ſui ſigna dedit, edendo
Comment. in Magiſtrum Sententiarum.
Quæſtiones Philoſoph. Viuebat ad ann. Domini 1300.

Ioannes Moriundus à Montecalerio Ordinis Capucinorum,

norum,& sui Instituti Minister Generalis, vir doctrina insignis, prudentia, & in negotijs pertractandis summus, Principibus carus, à quibus ad difficilia peragenda negotia non semel vocatus fuit, edidit
Chorographic. Descript. Prouinciarum, & Conuentuum instituti Capucinorum. Impr. Romę 1643, & iterùm Taurini 1649. Sumptibus Alexandri Federici Cauallerij. Item Italico idiomate librum omnibus vtilem Superioribus. *Il Memoriale à Prelati per profitteuole ammaestramento de' sudditi.* Impr. Taurini in fol. apud HH. Dominici Tarini 1654. Vitam cum morte commutauit in Conuentu suę Patriæ, vbi nobilem instruxit Bibliothecam.

Joannes Neuizzanus Astensis I. V. D. clarissimus. Auum habuit maternum Gottofredum Montasiæ Dominum. Vir fuit lepidi ingenij, & subtilis, in Taurinensi Vniuersitate ordinarius Lector. Scripsit
Volumen Consiliorum. Impres. Lugd. 1559, Francofurti 1563, & Venetijs 1573.
Summarium Statutorum Serenissimorum Sabaudiæ Ducum, &c. Impr. Lugduni 1592, & primo Taurini 1586.
Additiones ad Rolandinam. Taurini. *Postilæ Maiores* Ibid. in 4.
Quæstio An oporteat habere plures libros. Colon. 1607 in 8
Controuersiæ Feudales. Marpurgi 1615 in 4. Ex Catalogo Librorum, qui venales prostant Amsteldami in

Offi-

Officina Io. Ianssonij edit. 1648. in 4.
Index Scriptorum in vtroque Iure. Lugduni 1522. Hunc Indicem acuratiorem ediderunt Ludouicus Gomesius, Ioannes Fichardus, Ioannes Baptista Zilettus, Ioann es Vuolfangus Freymonius. Vide lib. 2. Tom. 2. Biblioth. Selectæ Posseuini, vbi agit de Iurisprudentiæ Scriptoribus.
Scripsit item librum notissimum, quem pręnotauit *Sylua Nuptialis in sex part. distinct.* in quo ex dictis modernorum materia Matrimonij, Dotium, Filiationis, Adulterij, Originis, Successionis, & Monitora'ium plenissimè discutitur. Impr. Venet. apud Franciscum Zilettum 1570 in 8, & Lugd. 1592 in 8.

Nota autem, quod liber iste in Sacro Romano Indice prohibitus est, donec corrigatur. Si verò cupis correctionem videre, hanc habes diffusè apud Posseuinum in Apparatu Sacro. Et quidem multa in hoc libro adsunt, quæ parùm rationi congruunt, & Catholicę omninò repugnāt veritati: nam, pluribus alijs omissis erroribus, falsò Ecclesiæ ambitionem tribuit, & falsissimè putat antiquitùs Fornicationem non fuisse putatam peccatum mortale. Sine ratione etiam approbauit opinionem, quod dimittens Vxorem adulteram, possit aliam ducere, & multa alia habet in illo scripto erronea, vt videre est apud pręfatum Posseuinum. Extat Ioannis Neuizzani quoddam Consilium

elegans inter Opera Alberti Bruni, vt suo loco adnotauimus. De eo præter Posseuinum scribunt Panzirolus lib. 2. c. 155. Draudius Biblioth. Class. Io. Baptista Ziletus Venetus in suo Indice Librorum omnium Iuris tam Pontificij, quam Cæsarei fol. 60, qui Index editus fuit Venetię 1566 in 4.

Ioannes Niger Fossanensis I. V. D, Protonotarius Apostolicus, & in Patria Vicarius Generalis Capitularis Sede vacante, edidit Italico idiomate

La Vita di S. Giouenale, addidit. *Oratione delle Reliquie di S. Giouenale. Della Translatione de' Corpi de' SS. Aluerio, e Sebastiano martiri Thebei. La Vita del B. Oddino Barotio. Compendio de gl Huomini Illustri di Fossano. Vita della Venerabile D. Veronica Baua Monaca Cisterciense. Origine, e Fundatione della Città di Fossano.* Impres. sunt Taurini 1650 per Ioann. Iacobum Rustis.

Ioannes Perez de Moya Comitatus Niciensis, scripsit librum, quem appellauit

Sylua Eutropelias, idest, Comitatis, & Vrbanitatis ex varijs probatæ Fide Authoribus, & vitæ experimentis. Impres. Hispali apud Ferdinandum Diaz 1578 in 8. Opus est Secretorum Alexij Pedemontani, & Vuecheri instar.

Ioannes Philoteus Astensis Sedis Apostolicæ, ipsiusque auctoritatis zelantissimus defensor, scripsit Tractatum

Pro Defensione ad Epistolam cuiusdam innominati Theologi,

logi contra censuras, & interdictum à Paolo V. Pontif. Max. in Venetos fulminatum. Impres. Bononiæ 1606.

Joannes Reynaudus Cespitelensis Theophili Raynaudi (de quo suo loco) consanguineus, in iuuenili ætate edidit Gallico idiomate

Les Fortunes du Marquis d'Adrimi, & d'vne Royne de Espagne.

Ioannes à Riuole Sacræ Theologiæ, & Canonum D. scripsit quędam, quæ tamen non vidi, nec aliam potui huius viri notitiam habere, nisi ex Summa Angelica, in qua citatur.

Ioannes Saracenus Braydensis Philosophus, & Medicus, italicum reddidit

Receptarium Galeni antiqui Medici, cui addidit plura remedia. Impres. Mediolani.

Scripsit etiam alia quędam ad Medicinam spectantia. Viuebat 1540.

Joannes Scotus Vercellensis, & Abbas, vir linguæ Græcę peritissimus, transtulit è Gręco in Latinum D. Dyonisij Areopagitæ Librum

De Coelesti Hierarchia. Scripsit etiam expositionem *In Cantica Canticorum*.

Ioannes à Turre ex Ripalta Philosophus acutissimus, & Medicus doctissimus, calamum tractauit in Franciscum Felinũ, qui edidit Epistolam (vt iam satis fusè adnotauimus supra verbo Bartholomæus Torrinus)

De Missione Sanguinis ex Saphena, huic Epistolæ respondit à Turre, & publicauit sub hoc titulo responsionem

Confutatio Epistolæ Equitis Francisci Felini De Missione Sanguinis ex Saphena. Impres. Mediolani apud Philippum Ghisulphum 1662. in 8.

Habet sub prælo Mediolani *Contra Heruecium, & eius hypotesim De Sãguinis circulatione* Alia (vt audio) elaborat vir studiosus maximæ eruditionis in re Medica.

Ioannes Vaudus à Cercenasco I. V. D, in Pedemõtano Parlamento Senator, primusq; in Taurinensi Vniuersitate Vesperis Lector scripsit librum, quem prænotauit.

Quæstiones Juris variæ lib. 2. Imprs. Taurini apud Iacobum Crieger 1569. in 4. & Hanouiæ apud Gulielmum Antonium 1607. De eo scribit Georgius Draudius.

Ioannes de Vercellis, quem aliqui appellant de Garbellis de Moxo, sed dicendum est *Ioannes de Moxis* nobilis Vercellensis, licet etiam falsò Bzouius, Leander Albertus, Plato in Annalibus Prędicatorum, & Auctor Catalogi Episcoporum Viterbensiũ, & Ciuẽ Viterbensem, & Episcopũ Vercellensem faciant, sed verè allucinantur: non enim fuit Episcopus, quamuis Patriarchatum Hierosolimitanum sibi à Nicolao III. Pontif. Max. (cuius nomine Legationes Gallicã, & Hiſ-

Hispanicam gesserat) oblatum, constantissimè repudiauerit. Fuit primo in Ordine Prędicatorum Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ, & postea anno 1264. Magister Generalis totius Ordinis Sextus in serie (vt adnotarunt Antonius Senēsis. & Io. Michael Pio part. prima lib. p.) electus, eo munere per viginti ferè annos functus est tanta prudentia, & zelo, vt totum Ordinē visitauerit. In Doctrina fuit eximius, in rebus agendis prouidus, & diligens, Regularis disciplinę obseruantissimus, & Sanctissimi Patriarchæ Dominici imitator. Sunt, qui scribant sub finem vitæ suæ cū vltra montes cōmoraretur mortuo Nicolao III. Pontif. Max. Cardinales Viterbij existentes ob dissidia de Conclauis longitudine defatigati, ob virtutum, sapiētięq; eius famam in Summū Pontificem eum elegisse mense Nouembri 1280. quamuis absentem, neque Cardinalitia dignitate ornatū, & per Nuntios Viterbum aduocasse; sed antequam illi id innotesceret, è viuis ereptum. Sed hoc fabulę simile videtur, tum quia ex Platina, Ciacconio, & alijs id non apparet: tum etiam quia Nicolaus III. anno 1280. viuere desijt, & Sedes vacua fuit tantummodo per quinque menses, Ioannes autem obijt anno Domini 1283. ita quod inter electionem, & mortem viginti sex mēses ad minus extiterunt, quo tempore si apud Indos vixisset, poterat illi de electione innotescere. Addo

quod

quod apud omnes Martinus IV. post Nicolaum recensetur. Præterea noster Ioannes obijt in Montepessulano Galliæ Narbonensis Oppido, ita quod in tanta vicinitate difficile non fuisset illi innotescere de sua in Summum Pontificem electione. Scripsit

Sermones varios ad Clerum. item *Sermones alios*

Item ipso suadente Diuus Thomas Aquinas edidit doctissimum tractatum contra impugnantes Mendicantium Religionem. Et quia inter scripta Petri Tarantasiensis eiusdem Instituti, qui ad Pontificatũ assumptus, dictus est Innoc. V. (vt suo loco dicemus) viri docti multas repræhendebant propositiones, iussit eidem Diuo Thomę Aquinati, vt eas defenderet, vt & fecit. De Ioanne scribunt Antonius Senensis, Albertus Venetus, & alij. Vide Opusculum inscriptum *La Chiesa di Vercelli*. Auctore Alexandro Mella. Impres. Vercel. 1658.

Ioannes de Vische I. V. D. scripsit

De Immunitate Ecclesiarum. Extat inter Tractatus Iuris tractat 13. part. 1. fol. 11. De eo scribit Posseu. app. Sacr. Tom. 2.

Ioannes Albertus Cassanus Monferratensis vir rerum Militarium experientia illustris, scripsit librum quem pręnotauit. *Esercitio Militare*. In hoc libro docet artem gladiatoriam, modumque disponendi exercitum in pugna. Impr. Neapoli 1603.

Ioan-

Ioannes Alexander Rusca Taurinensis Ordinis Prædicatorum ex stipite Ruscorum, qui in Comensi Ciuitate Principatum tenuere; prout ex actis super vsũ Insignium coram Serenissimi Ducis Caroli Emanuelis Delegatis in Taurinensis Ducalis Cameræ Archiuio asseruatis, constat. Vir iste illustris, & eloquens Diuini Verbi annunciator, Sacrę Theologię magister, in Taurinensi Vniuersitate publicus Sacrarum Scripturarum Interpres, & Sanctę Inquisitionis in eadẽ Vrbe olim Vicarius Generalis, nunc autem Vercellensis Inquisitor, doctrina, pietate, morum suauitate amabilis, & venerabilis considerans humanę vitę breuitatẽ, vt iuuenes celeriùs, & sine tanto temporis dispendio Philosophicas addiscerẽt scientias, Philosophię Cursum vnius anni spatio expediendum publicauit, edidit itaq; librum, quem prænotauit

Breuis Summa totius Philosophiæ. Impres. Taurini apud Io. Sinibaldum 1658, & iterùm Mediolani 1662.

Ioannes Amadeus Rota à Monteregali Ordinis Clericorum ministrantium infirmis, nobilis ingenij vir, maximæ spei adolescens, & ad Poesim aptus, scripsit Latino carmine

De Deiparæ Virginis Mysterijs à Conceptione eius, vsque ad mortem Epigrammata XX. Impres. Romæ Typis Mãsotti 1632. Extãt in Tom. 1. Ioannis Baptistæ Nouati eiusdem Instituti. *De Eminentia Deiparæ Virginis Mariæ.*

riæ. Viuere desijt anno salutis 1644.

Ioannes Ambrosius Sanazzarus Salutiensis Præsbiter Secularis & Papię Seminarij Rector, vir probus, & in humanioribus litteris non mediocriter versatus, scripsit breue vocabularium, quod pręnotauit.

Vocabularium domesticum ediscendum ab ijs, qui volunt latinas litteras profiteri. Impr. Papiæ.

Speculum Grammaticale. Quod est breue Compendium Grammaticę. Impr. Mediolani.

Joannes Andreas Albertus Niciensis Societatis Iesu vir doctus, eruditus, & eloquens, edidit Latino sermone. *Elogia Larcarorum.* Genuę 1644. in 8.

Vitas, & Elogia Patrum Impres. Taurini apud Tisnam, & Zapattam 1638. Italico autem sermone.

L'Empietà flagellata dal Santo Zelo d'Elia Impres. Genuæ apud Benedictum Guascum 1655. Malè habet Eclesianus Catalogus *L'empia flagellatione del Santo Zelo d'Elia.*

Adelaide. La Prouidenza assistente alle disgratie di lei. Panegirica Storia. Impr. Genuæ apud Dominicũ Peri 1649.

Theopiste ammaestrata secondo gli esempi della Madre Suor Paola Maria di Giesù Centuriona Carmelitana Scalza Fondatrice de Monasteri in Viena, & in Gratz. Impr. Venet. apud Io. Iacob. Herz. *Le Querele della pietà.* In Funere Antonij Prouanæ Archiepiscopi Taurinensis. Ibidem Taurini 1640.

Il

Il Museo Riformato nel Collegio di Genoua. Genuę 1641.
Il Sole Liguro. Oratio dicta Ioan. Baptistæ Lercaro Duci Serenissimæ Reipub. Genuens. ibid. 1643.
Enneade Panegirica detta à S. Francesco Sauerio. Impres. Bononiæ apud Carolum Zenum 1650 in 16.

Joannes Andreas ex Illustrissimis Ceuæ Marchionibus in Pisana Academia magni nominis, I. V. D. inter alia edidit lectionem in quendam, quem vocant Sonectum Petrarchę, in qua eruditè naturalibus rationibus disserit
De Humana Felicitate, & de modo acquirendi. Impr. Genuæ 1588.

Joannes Andreas Guibertus Niciensis Matematicarũ Professor, scripsit Gallicè
Du Blason en vniuersel. Edidit insignia Gentilitia omnium totius Dominij Sabaudici Familiarum, & insuper Tabulas Geographicas Allobrogici, Pedemontani, & Nicieni tractus. Extat M.S.

Joannes Antonius Barberis Carmaniolensis Philosophus doctissimus, & Medicus excellentissimus Serenissimi Principis Carignani ordinarius, & Caroli Pater, (vt suo loco) habebat sub prælo, vt audiui, elucubratissimam dissertationem
De Missione Sanguinis in Vairolis. Adsunt, & multa *Responsa Medica*, quæ Tyronibus, & Collegis sparsim reddidit, quę in vnũ collecta, iustũ volumen constituerent.

tuerent. Verum à tanto viro multò plura, & maiora expectabantur. Obijt Taurini 1665. & quę parauerat perficere non potuit.

Joannes Antonius Barroerius à Monteregali Cathedralis Ecclesię Taurinensis Theologus I.V.D. & multę eruditionis, edidit

Annotationi sopra la Primauera di Gio. Botero. Impr. Taurini 1609.

Ioannes Antonius Bellonus I.V.D. Taurinensis, Pedemontani Senatus primus Præses, vir magnus, in Iure doctissimus, & per omnes Academias summę æstimationis edidit maxima sui nominis gloria, & I.C. vtilitate librum

De Jure accrescendi. In duas part. distribut. Impr. Taurini apud Hęredes Io. Dominici Tarini 1637. in fol.

De Mandata Jurisdictione. Impr. Parmę 1625. Sumptibus Io. Guerilij Bibliopolæ Venet.

JOANNES ANTONIVS Castruccius Ciuis Montisregalis, & eiusdem Ciuitatis Episcopus, vir doctissimus tum in Sacra Theologia, tum in Iure Canonico, & Ciuili, qui in Populo suo mitissimus apparuit, prudentia, & diuini cultus zelo eximius. Ipso in Episcopali trono sedente Beatissima Virgo, quę de Vico, seu de Monte regali dicitur, cæpit miraculis corruscare, anno scilicet 1594. edidit. *Edicta Synodalia.* Adiecit. *Catalog. Episcop. Montisreg.* Impr. Ibid. Scripsit etiam quædam

in

in Theologicis, & in Iure Canonico; quę M. S. asseruantur. Mortalitatem exuit anno salutis 1600.

Joannes Antonius Ab Ecclesia Salutiensis I. V. D. vir magnus, qui multa apud suos Principes obijt munia, & semper summa cum laude, ætatis suę anno 22 à Christo 1617 electus Pręfectus Prouinciæ Montisregalis, & 1623 ad Salutiensem suę Patrię translatus Præfecturam, 1624 in Supremo Pedemontano Parlamento Senator constitutus: 1632 Principatus Carignani Consilij Iustitię Pręses, tandem in Senatu Niciensi primus Præses proclamatus, in Patria diem suũ clausit 1657. Edidit

Obseruationes Forenses Sacri Senatus Pedemontani Ludouici Ab Ecclesia, quas tamen ipse pluribus Decisionibus locupletauit Tom. 2. Impr. Taurini 1653 apud Io: Iacobum de Rustis & 1656.

Joannes Antonius Mangarda Bonardus à Monteregali Comes Reburenti, & Pamparati Cõdominus I. V. D. Status Consiliarius, & Eques SS. Mauritij, & Lazari, vir Musarum amantissimus, maxima ornatus eruditione, edidit Italico carmine plures

Canzoni. Impr. sunt cum alijs.

L'Europa. In nuptijs Victoris Amadei, & Christianæ Borboniæ Taurini 1619. *Imprese*. In hoc libro adest Dialogus inter Genium Gallorũ, & Musam Italicam.

Il Peregrino Bauaro nelle Nozze della Principessa Adelaida

di Sauoia. L'Archiuio Historico d'Italia, e di Monteregale dal Millenario Salutare in poi. Hoc opus magnum habui M. S. ab ipsius Filia Domina Alexandra Margarita Margarda, Ceua, Cordera, quæ nunc est vxor Domini Antonij Corderi eruditissima Fœmina; cuius prudentia, bonarum litterarum notitia, & in Italico carmine componendo maiestas nobiliorem meo exquirunt calamum. Nūc autem hic liber extat apud Comitem & Equitem I. V. D, & optimæ eruditionis virū Iosephū Amadeū Bonardū, Māgardā Io. Antonij Filium, qui impressioni illum mandare decreuit.

Ioannes Antonius Martini Cespitellensis, non verò Pedemontanus, vt malè quidam ex Verderio scripsit, Philosophus, & Medicus, transtulit è Græco in Gallicā linguam Dialogum Platonis cui titulus
Eutyphion, seù de vera sapientia. Impres. Lugduni 1579. apud Ioannem Delestra.
Transtulit etiam, & edidit pium tractatum Diui Ioan. Chrisostomi. *De Elemosina.* Impr. ibid. Et eodē anno.

Ioannes Antonius Massuerus à Caramania I. V. D. scripsit *Additiones ad Praxim Ioannis Petri Ferrarij Iurisconsulti Ticinensis.* Impr. Taurini 1587.
Additiones ad Communes Doctorum opiniones. Ibid. 1545,
Additiones ad Comment. Iasonis. Ibid. 1592.

Ioannes Antonius Opertus Braydensis Thomę Filius (de quo suo loco) Medicinę Professor, & Poesis amator,

tor, edidit Etrusco carmine *Rime del Dottore Gio: Antonio Operto di Brà.* Impr. Taurini apud Barthol. Zapattam 1662. in 12

Item in nuptijs Caroli Emanuelis II. Sabaudię Ducis, & Fräciscæ Borbonię Etrusco etiam carmine *Il Piemonte fato Regno d'amore Epitalamio.* Ibid. apud eundem 1663 in 8.

Ioannes Antonius Perrottus Dolianẽsis Ord. Carmelitarũ, Sacrę Scripturę,& Philosophiæ Lector vir nõ minùs piùs, quã doctus, scripsit Italico sermone *Hieroglifica narratione del felicissimo Principio della Casa di Sauoia. Il Compendio della Vita della B. Madre Teresia del Giesù Fondatrice de' i Frati, e Monache Scalze Carmelitane.* Taurini 1612.

Panegirico nella promotione al Cardinalato del Serenissimo Principe Mauritio di Sauoia. La Cabala Santa. Sermoni della Santa Sindone. Il Testamento di Tobia. Il Hieroglifico sopra l'Imagine di S. Antonio Abbate. Trattato della Solitudine, prænotauit *Il Solitario.*

Ioannes Antonius Porrus Casalensis Sacrę Theologiæ D. & in suæ Patriæ Cathedrali Ecclesia Theologalis Præbendæ Canonicus, vir tum metrica, tum soluta oratione illustris, multa edidit eleganti stylo Italica carmina suppresso tamen præ animi moderatione proprio nomine. Nouissimè edidit elegans Carmen *Super Rythmo S. Thomæ Aquinatis ad Sacr. Eucharistiam*

inci-

incipien. Adoro te deuotè latens Deitas, &c. Impres. Casali 1663.

Joannes Antonius Rosatus Fossanensis Conuentualiũ Sancti Francisci, Sacrę Theologiæ Magister, vir qui sciẽtiæ pietatem sociauit, Poesis amator, dedit Etrusco carmine, quod vocant (Sesta Rima) *Uitam Beatissimæ Virginis Mariæ.* Continet (vt dicunt) 63 *Stanze.* Impr. Cunei 1653.

Regole, & Esercitij Spirituali della Compagnia delli Agonizanti eretta nella Città di Foßano. Adiecit

Il Testamento dell'Anima solito à farsi da S. Carlo Borromeo. Impr. Cunei apud Strabellam 1652.

Joannes Baptista Albertus Vercellensis Poesis amator, scripsit varia Etrusco Carmine, & pręcipuè

Sonetti in lode della Santa Vergine, & martire Orsola. Vercel. 1613.

Joannes Baptista Appianus Taurinensis Soc. Iesu vir, & doctrina, & pietate illustris, scripsit

Iter Oratorum Meßanensium ad Dei Matrem piè consideratam. Impres. Messanę apud Hæred. Petri Breæ 1647. in 16.

Ioannes Baptista Astria Nicienfis Soc. Iesu Theologus, & Verbi Dei Concionator eximius, creditur Auctor libri

La Vita del Padre Giosefo Anchietta. Impr. sæpiùs, sed signanter Bononiæ apud Hered. Benac. 1651.

Ioan-

Ioannes Baptista Balbus Taurinensis Ord. Prędicatorum Sacræ Theologiæ Magister, & Astensis Inquisitor, vir doctus, edidit librum

Directorium Prædicatorum. Diem suum clausit 1652.

Joannes Baptista Barbetus Salutiensis Sacræ Theologię D. Orator Illustris, Prępositus Cathedralis Ecclesię Salutiens. Protonotarius Apostolicus, & olim Procurator Generalis Conuentualium Sancti Francisci in Romana Aula, quem Ordinem dereliquit, ob probatam suæ Professionis nullitaté, vir festiuus, Poeta non ignobilis, & præcipuè in Disticis acutus, & subtilis. A Clemente VIII. Pontif. Max. coram quo non semel cum Officio Procuratoris Generalis fungeretur perpulchras, elegantes, & doctas recitauit Orationes, plurimi habitus, cum grandia sperare posset ab Aula, Patriæ, & quietis amore, spes, ambitionemque deserés, sibi viuere decreuit. Scripsit librum De Rethorica, inscripsit *De Triplici Casu. Tractat. Logical.* Impr. Taurini 1607. Perplures etiam edidit latinas Orationes, quas, & recitauit.

Vnam in Funere Serenifs. Philippi Emanuelis à Sabaudia Pedemontium Principis, qui mortuus est in Hispania 1607. Impr. Taurini.

Vnam. *In ingressu Octauij Vialis Episcopi Salutiens.* Ibid.

Orationum lib. 1. quas partim habuit coram Clem. VIII. partim alibi.

De

De Duplici Verborum, & rerum copia lib.2.
Item Italica lingua Tractatum. *Della Confessione.*
Carmine verò Etrusco Fabellam, quam prænotauit
L'Europa. Impres. Taur. 1619 recitata fuit in nuptijs Victor. Amadei, & Christinę.
Scripsit item latina Carmina perpulchra, & ego sępè audiui ab ipsius ore, festiuissima, subtilia, atque optima Disticha.

Ioannes Baptista Blancardus Cespitellensis I. V. D. in Taurinensi Vniuersitate Lector, & in Supremo Pedemontano Parlamento Senator edidit impres. Taurini 1628. *Vitam Beati Bernardi Marchionis Badens.*, cuius corpus in Montecalerio colitur, vbi mortuus est, & requiescit anno Domin. 1458. Impres. Taurini apud Vbertinum Merulum 1628.
Addit. ad Tractat. De Laudemijs.

Joannes Baptista Boninus Braydensis Sacræ Theologiæ, D. Episcopi Albēsis Vicarius Generalis, Poesis amator, vir eruditissimus, & apud doctos maximę æstimatiomis, edidit
Ethici Apollinis Oraculum, siuè Moralia Poetarum Apophtegmata ex celeberrimis tum Veterum, tum Neoticorum Auctorū operibus desumpta. Impr. Taurini 1657. apud Ioannem Sinibaldum. *Festiua Plausus obsequia.* Ibid. apud Barthol Zapattam 1658. In hoc libro Inscriptiones, & Elogia in solemni ingressu Abbatis Pauli Grati Ter-

nenghi

nenghi in ſua Abbatia Sãcti Benigni continentur.
Amoris vindicta. Epitalamium. ibid. apud Zapattam 1659. In fœliciſſimas nuptias Illuſtriſſimorum, & Excellentiſs. Dominorum Caroli Eman. de Simiana Liburni Marchionis. & Ioannæ Mariȩ Grimaldæ.
Parentalia. Opus eſt funebre in mortem D. Caroli Maletti. Ibid. apud eund. 1660. Italico autem ſermone, edidit
Oſſequioſi applauſi del luogo di S. Benigno. Relatio eſt, cum inſcriptionibus, & elogijs in ingreſſu Excellentiſſimi Domini Antonij à Sabaudia ad capiendã poſſeſſionem dictæ Sancti Benigni Abbatiȩ. Ibid. apud eundem 1662.
La Cetra d'Apollo. Epitalamiũ ibid. apud Sinibald. 1656.
Il Carro d'Amore. Epitalamiũ. Carmaniolæ apud Bernardinum Columnam 1658.
Volumen Elogiorum, Inſcriptionum, Odarum, Epigrammatum. Taurini apud Zapattam, Sinibaldum, Ruſtis, Ferrofinum, Luuatum, & Carmaniolæ apud Columnam, & nouiſſimè Romȩ apud Ignatium de Lazaris.
Rime Varie. Ibid. apud Zapattam, & iterùm apud Ruſtis. Edidit etiam. *Argumenta ad Librum* Thomæ Operti (de quo ſuo loco) cui titulus. *Affricanus Antiſtes*, hoc eſt, De Diui Iuuenalis Narnienſis Epiſcopi, & Confeſſoris geſtis lib. 4 Impr. Taurini 1661 in 8. apud Zapattã.
IOANNES BAPTISTA BVSCHETVS Cheriẽ-

ſis (natus tamẽ in Oppido Bennenſi) I. V. D. Sanctorum Mauritij, & Lazari Eques, & Magnus Sabaudiæ Cancellarius, vir ſcientia, prudentia, eruditione celebris, & morum integritate eximius. Scripſit ad petitionem Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis huius nominis primi Poema Italico carmine inſcriptum
L'Vſita del Popolo d Iſtaele dall' Egitto. Extat M.S. in Regia Sabaudi Bibliotheca. Opus eſt ſtyli mateſtate, ſententiarumque ſplendore optimum.
Scripſit, & alia, quæ videre non potui.
Habebat præ manibus nobiliſſimum Tractatum.
De Oneribus. Sed dignitatis ſuę continuis occupatus negotijs nondùm compleuit.

Buſchetta Familia olim inter Romanas nobiliſſimà, in Mutina Ciuitate nunc floret, in qua iam à Sexcentis, & amplius annis Oppida poſſidet. Ex præfata Vrbe ob Ciuilia bella in Pedemontium tranſmigrauit, & Cherij domicilium elegit, & poſteà Niciæ. Multa in iſtis regionibus acquiſiuit Oppida, perplures habuit Ieroſolimitanos Equites generoſos, exercituũ pręfectos eximios, alioſque egregios viros. Olim hęc Familia inter cætera poſſedit Oppidum Cabalarij maioris cum hac expreſſa conditione, quod poſt Buſchetos nulli alij infeudari poſſet, niſi Regio Sabaudiæ ſanguine nato. Sed de hac antiqua, nobili, & excellentiſſima Familia pauca dicere æquum non eſt, multa non Valeo.

Ioan-

Joannes Baptista à Costigliole Astensis Comitatus Ordinis Prędic. Verbi Dei illustris annunciator, & Sacræ Theologiæ Magister, scripsit Latino idiomate *Sermonum Volumen* 1. Viuebat anno Domini 1580.

Ioannes Baptista à Cruce Taurinen. Caroli Emanuel. huius nominis I. Sabaudię Ducis Gemmarius, quia vinum moderatè sumptum diligebat, & quia lętificat cor hominis, ideò edidit Italico sermone librum *Dell'Eccellenza de' Vini, che si fanno nella Montagna di Torino*. Impr. ibid. 1614.

Ioannes Baptista Lancia Clericus Vercellensis vir pius erga Beatissimam Deiparam summæ deuotionis, Poesis amator, edidit italicè

Raccolta de' Miracoli della Madonna Santissima di Mondoui Vercel. 1595.

Carmina tum Latina tum Etrusca. Ibid.

La Pace seguita trà il Rè Henrico IV. di Francia, & il Duca di Sauoia. Impr. Romæ 1600.

Ioannes Baptista Modena Vercellensis, & eiusdem Ciuitatis in Cathedrali Ecclesia Canonicus, vt Patriæ deseruiret, primus scripsit

Vitas Episcoporum Vercellensium. Apologiam in Historias Ripamontis.

Ioannes Baptista Morellus Pedemontanus, scripsit, & edidit lingua Hispanica.

Reducion, y Restitution de Portugal. Impres. Taurini. In

hoc libro respondet ad quēdam supplicem libellum porrectum per Ioannem Chiumacerum Legatum Catholici Hispaniarum Regis Vrbano VIII. Summo Pōtifici. Verùm hic liber est Ioannis Francisci Riuaroli Lusitani ex Ordine Sancti Augustini, & impressus fuit Roncilioni, licèt appositum sit nomen Morelli, & locus Taurini

Ioannes Baptista Cassianus Sauilianensis. Vir iste à Natiuitate cęcus, & eruditione, & in Philosophicis, & in Legalibus scientijs vsque ad miraculum excellit. In Patria Philosophiam docet. Habet pręlo paratū Opus, quod inscripsit

Fons Vniuersæ Philosophiæ.

Ioannes Baptista Planauia Saurgentis I. V. D. qui dici Taurini Aduocatū egit. Reliquit duo ampla Volumina *Allegationum siuè Consiliorum.* Extat M. S.

Joannes Baptista Rubeus à Monteregali in Sanctissimam Societatem Iesu ingressus est anno 1593, ętatis suę 16, in qua Rethoricam, Philosophiam, Theologiam Moralem, & Scholasticam diù docuit. Vir fuit maximæ deuotionis, & pietatis, edidit Italico idiomate sub nomine Philomari de Eusebijs Teopolitani

Jl Giglio Verginale offerto nuouamente alla Beatissima Vergine Maria. Impr. Mediol. 1611.

Item librum, quem inscripsit *Festiuitas Parthenia, Geminus Liliorum Virgineorum duodenarius in Deiparæ Plantario Consitus.*

Item

Item scripsit librum, qui continet quatuor Opuscula

1. *Sancti Bonauenturæ sapientiam esse Angelicam ostendit.*

2. *Philomena inscribitur. & Seraphici amoris imago est.*

3. *Parua Philomena nominatur tribus tonis, imo, medio, alto, tres adorationis species explicans.*

4. *Indiculus est aliquot insignium cultorum S. Bonauenturæ, inter quos Pater Camillus de Lellis Fundator Ordinis Clericorum Regularium infirmis ministrantium.*

Triumphus Diuinæ gratiæ per D. Ioannem Columbinum, seu &c. Impr. Romę apud Manelphum 1648 in 4.

Habebat paratũ insignẽ Commẽt. in S. Bonauenturã, *De Potentia Obedientiali.* Obijt Romę 1657. ętat. 80. meritis plenus.

Ioannes Baptista Surdus à Crescentino I. V. D. & in supremo Pedemontano Parlamento Senator, vir verè doctus, & magnę ęstimationis, vt ex ipsius scriptis patet. Edidit

Comment. ad Capit. prim. An Agnatus vel Filius Defuncti possit retinere Feudum repudiata hæreditate; & ad §. Titius, si De Feudo Defuncti. Impr. Taurini 1583.

Ioannes Baptista Taurinensis Ordinis Minorum Sancti Francisci vir pius, edidit *Vitam B. Francisci Beccariæ eiusdem Instituti.*

Ioannes Baptista Toscanus à Monteregali Ordinis Prędicatorum, edidit *Del Santissimo Rosario. Essame di Conscienza.* Impr. ibid. 1617 in 16.

Huius

Huius antiquæ, Nobilisq; Familię fuit Laurentius Toscanus Episcopus in Gallia Ciuitatis dictę De Lodeua; ad quem habentur Epistolæ Bernardi Tassi Patris celeberrimi Poetæ Torquati Tassi, quæ quantæ esset Laurentius virtutis ostendunt.

Ioannes Baptista Valentianus Sabaudus Cameriensis Poeta non ignobilis, scripsit Latino carmine *De Bello Hierosolimitano.* Camberij 1611.

Scripsit, & alia tum Latina, tum Gallica lingua, quæ tamen videre non potui.

Joannes Baptista Velatus ex Oppido, cui nomen Creuacor, à Sanctissimo Societatis Iesu Patriarcha Ignatio in Societatem Romæ adscriptus fuit, extititque vir summæ Pietatis, & Religionis, edidit Italico idiomate

Introduttione alla vita Spirituale, e perfettione Christiana per tutti i Stati de' Maritati, Continenti, Vedoue, Vergini, e Religiosi, con vna prattica Spirituale commune à tutti. Impresi Brixię 1596 in 12.

Vitam cum morte commutauit in Mediolanensi Ciuitate die 26. mensis Februarij anni 1602. De eo scribunt Antonius Posseuinus Tom. 2. Philippus Alegambe, & alij.

Joannes Baptista Ungaresius à Fralcarolio Ordinis Sancti Francisci Regularis Obseruantię Prouincię Sancti Didaci, Artium, & Sacræ Theologię Lector, scripsit

psit librum, quem prænotauit
Institutio Dialectica. Hæc Institutio tyronibus valdè vtilis est, & necessaria; in illa enim breuitèr, & quod maioris est momenti, dilucidè, ea omnia explicantur, quę ad Aristotelis Logicam intelligendam conducũt, ea est ex probatissimis Scriptorum doctrinis desumpta. Impr. Alexandrię apud Ioan. Scoti 1626. Edidit etiam *Opuscula Sancti Francisci.* Ibidem apud eundem. Hęc eadem Opuscula à doctissimo Patre Vuadingo Collecta; Commentarijs illustrata fuerunt.

Joannes Bartholomaeus ex Nobilissima *Scaramporũ* Familia Astẽsis I.V.D. scripsit *Cõsilia* quæ (vt iam adnotauimus) habentur inter Consilia Alberti Bruni Impr. Venet. 1547.

Joannes Bernardinus Platus à Candia Philosophiæ & Medicinæ Professor, & eruditione eximius, edidit Latinam Orationem
In Laudem omnium Scientiarum. Impr. Taurini. Scripsit, & alia, sed ad meam notitiam non peruenerunt. Viuebat anno Domini 1510.

Ioannes Bonicontus Ransus Vercellensis in texenda Historia non contemnendus, sanguinis nobilitate, & doctrina illustris. Scripsit
Chronic. Italiæ vsque ad sua tempora. Impr. ann. 1485.

Joannes Chrisostomus à Bagnolo Ordinis Prędicatorum, Sacrę Theologię Magister, vir magni nominis, inge-

ingenio ſubtilis, & profundus. Scripſit
Poſtillas in Summā D. Thomæ. In Geneſim. In prim. & 2. lib. Regum. In Phyſic. & Metaphyſic. In Prædicabil. & Prædicam. Sermones Quadrageſimales. De Tempore. De Sanctis. De Auctoritate Summi Pontificis. Tractat. De Sacra Scriptura. & alia. De eo ſcribit Io. Mich. Pio p. 2. lib. 4.

Ioannes Claudius Faber Sabaudus Dominus de Charmete Status Conſiliarius, & primus Eques Supremi Camberienſis Senatus, edidit librum, quem Gallica lingua pręnotauit
Reigles pour fourmer Armes, & Ornemēs des Armes. Impreſ. Camberij 1647. apud Ludouicum Du-Four.

Ioannes Franciſcus Apoſtolus à Montemagno humanarum litterarum Profeſſor, & Poeta non ignobilis, ſcripſit *Epigrammatum lib.* 4. *Elegiarum lib.* 1. Impr. Papiæ 1588. & Aſtæ 1597.

Ioannes Franciſcus Arma à Clauaſio Philoſophię Profeſſor, & Emanuelis Philiberti Sabau. Ducis Medicus, vir doctus, & in diebus ſuis magni nominis, ſcripſit *Comment. De Morbo Sacro.* Impreſ. Taurini 1586. apud Martinum Crauottum in 8. Tractatum per modum Dialogi. *De Tribus Hydropiſiæ Speciebus* Ibid. apud eundem 1566. in 8. *De Pleuritide lib.* Ibid. 1548 in 8. *De Tribus Capitis affectibus.* Ibid. 1573. *Quod Medicina eſt Scientia, & non Ars.* Ibid. 1567. *Paraphraſis in Librū*

De

De Venenis Petri de Abano. De Vesica, & renum affectibus, dignatione, & medicatione. Impr. Bugellę 1550 in 8. Tractatum latinè, & italicè *De significatione Stellæ Crinitæ.* Taurini 1578. Item Italico idiomate *Che il pane fatto con il decotto del Riso nõ sij sano.* ibidem 1569. De eo scribunt Draudius. Io. Antonid. & alij.

Joannes Franciscus Balbus Taurinensis (vt ipse posuit in capite sui libri) non autem Auilianensis I.V.D. in Supremo Pedemõtij Parlamẽto Senator, & in Vniuersitate Taurinensi Iuris Lector vir prudens, & doctus, scripsit librum, quem pręnotauit

Repetitio in L. Celsus ff. de Vsucap. Impr. Venetijs 1564 & Colonię cum multis additionibus 1590.

De Præscriptionibus. Lugduni 1535, & 1567, & Venet. 1564 in 8. apud Cominum de Tridino. Viuebat ann. 1500.

Ioannes Franciscus Blancardus Cespitellensis Ordinis Minorum de Obseruantia, vir pietate, doctrina, zelo religionis insignis, edidit

Thesoro Celeste sopra la Sacra Sindone. Impres. Taurini 1625.

JOANNES FRANCISCVS Bonhõmus Episcopus Vercellensis Sãctissimo Viro Carolo Borromæo summè carus, cuique præfatus Sanctus testamento legauit propria M. S. vt suam erga eundem Sanctum ostẽderet reuerentiam, & deuotionem scripsit, & edidit

Latinum carmen, quod prænotauit *Borromaides.*

Joannes Franciscus Borgerius Auilianensis, humanarum litterarum studiosus, scripsit.

Vitam, & Miracula Sancti Francisci Assisiatis, quam ex Sanctorum Legendario collegit. Impr. Taurini 1598.

Ioannes Franciscus Flochettus Vigonensis Bozzolini Comes, Medicinæ eximius Professor, & in Pedemontio Protomedicus, scripsit Italica lingua *Hist. della Peste di Torino dell' 1630.*, vt ipsemet in inscriptione, quam proprio sepulchro apponi voluit in Ecclesia Sancti Augustini Vigonij adnotauit, dicens.

ANno 1630. Graßante horrendo Pestis Contagio, Cuius Historiam monumentis commendauit, Taurino miserè afflicto præsto fuit.

Ioannes Franciscus Fulconius à Sancto Stephano Comitatus Niciensis, scripsit Tractatum *De Aritmetica. De Geometria* in 4. part. distribut. prænotauit. *Cisterna del Fulcone.* Idiomate Patrio quod ferè commune est toti Narbonensi Prouinciæ.

JOANNES Franciscus Léo Ipporegiensis I. V. D. Protonotarius Apostolicus, & Episcopus Telesinus sapientia, prudentia, & pietate venerabilis, edidit librum, quem prænotauit. *Praxis Archiepiscopalis, siuè Thesaurus Fori Ecclesiastici.* Impr. Venet. 1605, & Bonon. 1614

1614. *De Sortilegijs.* Lugduni Typis Claudij Landri 1620 in 8.

Ioannes Franciscus Minardus, vel Maynardus, vtrumque enim ipse scribere consueuit, (quod adnotandũ duxi, ne quis putaret duos esse) à Monteregali Congregationis Reformatæ Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis primò Romę Procurator Generalis, deinde Superior Generalis electus in Monasterio Sanctę Pudentianæ Præsidente Eminentissimo, & Reuerendissimo Principe Antonio Cardinali Barbarino Vrbani VIII. nepote, edidit Italico idiomate.

L'Idea del Maestro Claustrale. Impres. Romæ apud Dominicum Marcianum 1642.

La Fede oculata dell'Esaminatore Regolare per l'habito religioso. Ibidem 1643.

Le Tenebre illuminate nella vita della Beata Chiara Agolanti. Impr. Bononiæ apud Iacobum Montem 1651. in 4.

L'Innocenza Trionfante nella Vita di S. Bernardo Abbate di Chiaraualle. Bononiæ 1654 in 4.

Le gloire Riminesi nella Vita di S. Gaudentio Vesc. e Marti. Impr. Arimini apud Simbenum 1659. (Aduerte autẽ, quod Dominus Carolus de Visch in sua Bibliotheca Cisterciensi scribit edidisse Gallicè *Speculum Contritionis ad excitandam animam ad fugam peccatorum.* Item aliũ librum *Reiglemens interieurs pour les Ames deuotes, & Religieuses*: Sed isti libri non nostri Pedemontani, sed

alterius Domni Francisci à Sancto Bernardo Galli sūt, in quo deceptus fuit Carolus de Visch ex nominis similitudine, nam & hic à Sancto Bernardo nuncupatūr. Vitam cum morte commutauit Mediolani die 15 mensis Nouembris 1665.

Joannes Franciscus Orsier Patritius Niciensis, Eques Regius, & in sua Patria Senator I.V.D. edidit Panegir. De Regia Celsitudine Caroli Emanuel. II. sub his titulis.

Giugno Fastoso. Taurini apud Sinibaldum 1655. in 4.

Ragguaglio Boscareccio. Ibid. apud Bartol. Zapattam 1659. in 4.

Ambasciaria d'Helicona à S. A. R. nelle sue felicissime Nozze. Ibid. apud eundem 1663 in 4.

Joannes Franciscus Pelliserus Taurinensis I.V.D. & causarū in Pedemontano Senatu eximius Patrocinator, edidit

Annotationes in Angelum Aretinum. Impres. Taurini 1580.

Joannes Franciscus à Ponte Astensis, & Lombriasci Dominus I.V.D. edidit Volum. 1. *Consiliorum Legalium.*

Joannes Franciscus Purpuratus Pinaroliensis I.V.D. qui primam in Taurinensi Vniuersitate summa cum laude tenuit Cathedram, & ob sapientiæ, prudentiæ, & virtutis famam Primus in Supremo Pedemontano Senatu Præses, edidit plura Volumina.

Consiliorum. Impres. Venetijs 1572. *Comment. in Digest. Vet.* 1588.
Lectur. super ordinarias Lectiones matutinas. Ibidem.
Annotationes ad Angelum Aretinum. Lugd. 1564.

Diem suum clausit Eporediæ ann. Domini 1544. Cadauer autem translatum posteà fuit Pinarolij, positumque ad expectandam vniuersalem Resurrectionem in Capella ipsius Familiæ in Ecclesia Sancti Francisci sequenti apposita inscriptione.

D. O. M.

IOan. Francisco Purpurato ex Comitibus Lucernæ, &c. Iurisconsult. nemini secundo, clarissimis Orbi scriptis editis clariss.

Caroli II. Sabaud. Ducis primum Patrimonij, deindè Cõsilij Cismontani Præsidi integerrimo, postremo Cancellario designato.

Leonora Solaria Vxor, Io. Angelus, Hieronymus, & Constantinus Filij communi pietate P.

Obijt Eporediæ ann. natus vndè sexaginta, XII. Cal. Nouembr. Ann. à partu Virginis MDXLIIII.

Ioannes Franciscus Raymundus Cespitellensis Sacerdos, & Romæ Ducis Altemps Secretarius, vir multæ litteraturę, & eruditionis, edidit librum, quem prænotauit

notauit *Umbræ Geniales in sex libr. diuis. In morales, & varias.* Quibus accedunt.
Æthiops Europæus. Lila Codrata, Leo, & Aquila. Impress. Romę Typis Michaelis Cortellini 1654 in 12.

Ioannes Franciscus Scarauellus Taurinensis ex Dominis Altessini, in Supremo Pedemontij Senatu Pręses integerrimus, & scientia eximius, scripsit
Consilia Legalia. Quę sparsim impressa sunt.

Joannes Franciscus Taglianus à Riparubea humanarum litterarum Professor, scripsit
Sacrorum Carminum lib. 2, quorum vnus continet varia alterum verò prænotauit *Epos*, vel *De Genealogia.* Omnia in vnum Volumen cum alijs Carminibus impressa sunt Taurini 1609.

Joannes Gulielmus Galaueronus Cairensis Soc. Iesu vir verè doctus, Philosophiam, Sacramque Theologiã in Mediolanensi Collegio docuit, edidit sub nomine Francisci Sambenedicti Collectoris
Orationum Tom. 1. Impr. Mediolani apud Pandolphum Malatestam 1625 in 8. Item tacito suo nomine
Epitome, Notas, Indices ad Historiam Mediolanens. Tristani Calchi Ibid. 1627. Epitome autem seorsim quoque prodijt. De eo scribit Alegambe.

Ioannes Gulielmus a Nicia Montisferrati, edidit Comediam inscriptam *L'Usura.* Impres. Tridini apud Franciscum Iolitum de Ferraris 1565. in 4.

Ioan-

Joannes Iacobus Gaubertus à Peia Comitatus Niciensis vir pius, & animarum salutis amantissimus, scripsit Gallica lingua *Les Sept Lumieres Spirituels*. Taurini 1653.

Joannes Iacobus Salomonius Fossanensis Medicus, & Poësis amator, scripsit *Epigrammata* sparsim impressa, inter quę adest nobile *Hexastichon* in laudem Michaelis Vopisci Impr. in Monteregali apud Leonard. Torrentinum 1564 in 8.

Joannes Iacobus Totacaballus à Sancto Germano Ordinis Sancti Augustini Congregationis de Obseruantia Lombardiæ, Theologus, & Verbi Diuini Concionator eximius, prudentia autem, & alijs virtutibus venerabilis. Henricum Valesiũ electum Poloniæ Regem comitatus est, apud quem magnæ erat æstimationis, Scripsit *Lecturas in Aristotelem. In Magistrum Sentent.* Extant M. S.

Joannes Leonardus Sertorius Pedemontanus vir doctus, & Sacrarum Scripturarum studiosissimus, scripsit. *Tabul 2. Legis Euangelicæ Gratia Spiritus, & Vitæ lib. 5. Comment in Apocalyps.* Item alium librum, quem inscripsit *Gladius Versatilis*. Omnia simul Basileæ 1553. in 8.

Ioannes Ludouicus Bertaldus Pedemontanus à Murelo, non à Monteu (vt quidam) vir doctus, & Caroli Emanuel. I Sabaudię Ducis Medicus, edidit librum, quem prænotauit.

Ap-

Apparatus Medicamentorum ex noua, & antiqua Medicina, cum Collectaneis in singulis Tractatibus ex grauissimis Authoribus excerptis. Impr. Taurini 1612.
Scholia, siue Annotationes in Dispensatorium Ioannis Placotomi. Additæ sunt multæ remediorum formulæ ex Collegio tum Norimbergensi, tum Augustano depromptæ. Ibid. duobus Voluminibus 1614 in 4.
Methodus vera, ac legitima obseruanda in compositione confectionis Alkermes. Ibid. 1613. *De Cōfectione Hyacinthi. De alijs Cordiacis.* Hæc tria in vnum sunt redacta volumen. *Externorum Medicamentorum Apparatus.* Ibid. 1614 in 4.
De Durationibus Medicamentorum compositorum, eorumq; facultatibus. Ibid. 1600.
Examen Pharmacentium Tyronibus faciendum, excerptum ex Operibus eiusdem Bertaldi. Extat post Tractatum de Confectione Hyacinthi. De eo meminit Vanderlinden lib. p.

Ioannes Ludouicus de la Breulle Sabaudus Cameriensis Medicinæ Professor, edidit Gallica lingua Tractatū. *De Peste, & eius Remedijs.* Impr. Geneuæ per Iacobum de la Pierre 1641 in 12.

Ioannes Ludouicus Longus Pedemontanus, cuius Patriam non inuenio, in Academia Perusina dicta *Delli Insensati*, vocatus *Il Concentrato*, vir magnus, quique plurimi fiebat ab Academicis, edidit

Disputationem Mathematicam. Impr. Mantuæ ann. Domini 1588. in 4. De eo ſcribit Catalogus Mathematicorum.

JOANNES LVDOVICVS à Ruuere ex Dominis Vicinoui ſanguinis nobilitate, morum integritate, prudentia, & in negotijs pertractandis dexteritate maximis comparandus. Fuit Protonotarius Apoſtolicus, Romę Arcis Sancti Angeli Prępectus, quę Moles Adriani appellatur, Agri Piceni Prolegatus, Pontificij Palatij Rector, & tandem Taurinenſis Epiſcopus, pubicauit, & edidit

Decreta Synodalia. Taurini obijt ann. 1510, ſepultuſq; in Cathedrali Eccleſia cum hac breui inſcriptione.

IOan: Ludouicus Ruuere Epiſcopus Taurinenſis
Agri Piceni Prolegatus, Pontificij Palatij Rector,
Molis Adriani Præfectus
Hic pro tempore quieſcit.

Joannes Ludouicus ex Nobiliſſima *Viualdorum* Familia à Monteregali Ordinis Prędicatorum, vir ſublimi præditus ingenio, & tam in humanis, quam in diuinis litteris verſatiſſimus, & dignus, qui à nobiliori calamo celebretur, ſcripſit Opus doctum, eruditum, pium, & ex cuius lectione multum vtilitatis, & ſapientię hauritur, quarè iure optimo illud inſcripſit

Opus Regale. In quo sequentia continentur Opuscula.
Epistola Consolatoria ad repellendum omnes causas tristitiæ.
Tractatus De Pugna partis sensitiuæ, & intellectiuæ.
Epistola elegans, & notabilis.
Ad Sereniss. Vlasdilaum Bohemiæ, atque Vngariæ Regem.
De Officio Pietatis in Defunctos. De Cognitione Electorũ, & Reproborum. De Causa Contritionis. De Laudibus ac Triumphis trium Liliorum in Stemmate Regis Gallorum existentium. Impr. seorsim Paris. apud Stephanum Colineum 1608 in 8.
De Duodecim persecutionibus Ecclesiæ Dei, deque admirandis Prodigijs circa finem Mundi fiendis Francofurti 1612
De Magnificentia Regis Salomonis. Hic ponuntur opiniones tam diuinarum Scripturarum, quam Doctorũ. An Salomon sit saluus an damnatus.

Hæc omnia diuersis vicibus fuerunt impressa, & primò in vno Volumine Salutijs in fol. apud Iacobum de Circhis à Sancto Damiano, & Sixtum de Somaschis Papiensem socios 1507, & deindè Lugduni apud Stephanum Gueyenard 1512. Scripsit item Tractatum *De Veritate Contritionis* Impr. Paris. 1517 in 8. Sumptibus Francisci Regnaul. Mirum autem est, quod Miręus in sua Biblioth. Ecclesiastica part. 2. scribat nostrũ Viualduni natum in Monteregali, & tamen asserat esse Hispanum. De Ioanne Ludouico mentio hebetur in suplemento Gesneri, in Appar. Sacr. Posseuini

Tom.

Tom. 2. In Miræo loco citato, apud Antonium Sene-
sem, apud Io. Michael. Pio, apud Iames, Draudium,
& alios.

Viualdi extat M. S. Epistola Patri Angelo de Car-
lettis (de quo supra) directa, quam ei scripsit occasio-
ne cuiusdam Concionis præfati de Carlettis in mate-
ria Conceptionis Immaculatę Beatissimę Virginis. In-
cipit. *Reuerendo, ac singularissimo Theologo Fratri Angelo*
Frater Ludouicus de Viualdis Bacchalaurius Sacræ Theolo-
giæ, Ordinis Prædicatorum cum sincera dilectione commen-
dationem plurimam & veram in Domino charitatem. Dat.
in Montereggali die 15. Decembris 1475. Adest, & Car-
letti responsio, vt suo loco adnotauimus. Aduerte tan-
dem errorem Georgij Draudij, qui in sua Bibliotheca
Classica pag. mihi 197. fecit nostrum Viualdum Pari-
siensem, quod falsissimum omninò est.

Joannes Maria Ballianus Casalensis Sacræ Theolo-
gię D. & Sacrarum Scripturarum studiosus, edidit
Exposit. in Euangelium Diui Marci Impr. Venet. 1512.
Hanc eandem expositionē ipsemet Italicam reddidit.

Joannes Maria Ballianus alter, item Casalis Sancti
Euasij edidit Italico idiomate. *La Vita di S. Euasio Ve-*
scouo. Impr. Taurini 1566.

JOANNES MARIA Bellettus Vercellensis à Polo-
no I. V. D. præclarus, Sacrę Theologiæ Professor in
Cathedrali Astensi Ecclesia, Metropolitanæ Bono-

niensis Vicarius Generalis, in Regnis Poloniæ, & Suetię Auditor Apostolicus, Visitator Moldauię, ac demùm Episcopus Hieracensis, summę prudentię, pietatis, & dexteritatis vir, edidit librum, quem prænotauit *Disquisitio Clericalis.* In duas part. distribut. Impress. est anno 1635. apud Ludouicum Grignanum Romæ in fol. & alibi, & pro quarta vice iterùm Romę 1654. Sũptibus Blasij Deuersim, & Zenobij Masotti.

Joannes Maria Blãcus Vercellẽsis Ordinis Carmelitarum Theologus, & Diuini Verbi Annunciator. In pluribus, & celebrioribus Italię Vrbibus summa cum laude Cõciones habuit, & præcipuè Mediolani, scripsit *Sermonum Vol.* 1. Viuebat anno Domini 1590.

Joannes Maria Capalla Salutiensis (apud Possèuinũ vitio impressoris legitur Salustiensis) Ordinis Prædicatorum, Sacrę Theologiæ Magister, & in Fauentina Ciuitate Lector, vir & doctrina, & pietate illustris, scripsit Italico idiomate

Scintilla della Fiamma innoxia; cioè Auuertimenti, e deduttioni fatte sopra il Miracolo della Madonna del fuoco occorso nella Città di Faenza dell' 1567.

Alcune necessarie Osseruationi appartenenti à ciascheduno Christiano.

Dialogo trà vn Piemontese, & vn Napolitano con ocasione d'vn Miracolo della Beatissima Vergine detta del Fuoco; con il racconto delli Miracoli di detta Beatissima Vergine. Impress.

sunt

ſunt omnia Bononię 1609.
Scripſit etiam Latinè non medioeri Volumine
Comment. in Sermonem Domini habitum in Vltima Coena. Impr. Venet. à Baretio Barotio 1604.

Ex hac vita diſceſſit anno Domini 1596. De eo ſcribunt Poſſeu. Appar. Sacr. Tom. 2. Pio lib. 4, & alij.

Joannes Maria Cereſa à Murello Arithmeticæ Profeſſor, quæ eſt nobiliſſima inter Mathematicas diſciplinas, cum ipſa alijs non egeat, at cæterę, nempè Muſica, Geometria, Aſtronomia ſine ipſa nihil valeant, cum ipſius auxilio omninò indigere dignoſcantur. Edidit librum, qui ad multas euitandas lites deſeruit, quem pręnotauit
Jl Liquidario. Impreſ. Taurini 1626 apud Stephanum Manzolinum.

Joannes Maria Collonus Salutienſis Aſtronomicarũ Profeſſor, edidit quædam *De Aſtrologia.* Impr. Taurini.

Joannes Maria Freylin Pedemontanus à Villanoua Aſtenſi ſapientiſſimæ, ac Sanctiſſimæ Societatis Ieſu. Habitum Religioſum induit anno Domini 1606. ętatis ſuæ 15. Scripſit lingua Hiſpanica.
Elogia Clarorum Virorum de Societate Ieſu ex Prouincia Peruana. Prodierunt tacito Auctoris nomine.
Vitam Patris Didaci Martinez Societatis Ieſu viri clariſſima virtute conſpicui, qui Limæ paucos ante annos diem ſuum clauſerat. Dę eo ſcribit Alegambe.

Ioan-

Joannes Martinus Roueda Astensis I. V. D. & Musarum amator, in Taurinensi Vniuersitate Iuris Lector, scripsit librum Etrusco carmine, quem inscripsit. *Choro d'Helicona.* In Nuptijs Francisci Mantuæ Ducis, & Margaritæ à Sabaudia. Impr. Taurini 1608.

Jl Monile alli Serenissimi Principi di Sauoia. Ibid. 1606.

La Vita di S. Secondo Protettore d'Asti. Carmine, quod vocant, *Ottaua Rima.*

Joannes Michael Crottus Sauilianensis ex Latino in Italicam linguam traduxit Tractatus.

De Peste, Augerij Ferrerij, & Claudij Fabri, quos cum *Porta tecum* Iacobi Argenterij euulgauit. Impr. Taurini apud Pissamiglium 1598.

Joannes Paulus Demora à Marro Ordinis Prædicatorum vir pius, & doctus, edidit pietatis suæ signum librum, quem inscripsit

Gioielo del Santissimo Rosario. Impr. Genuę apud Petrum Ioannem Calenzanum 1660, & primò Cremæ apud Mambrinum Taghacannũ 1647, & deindè Mediol. & in Monteregali. 1651 in 24.

Ioannes Petrus Chizzola à Riparolo Ordinis Carmelitarum, scripsit Italico idiomate

La Vita del Beato Ludouico Morbiolo Bolognese. Hanc vitam anteà scripserat Latina lingua illustris vir Baptista Mantuanus. De eo scribunt Posseu. Appar Sacr. Tom. 2. Cassanata, & alij.

Ioan-

Joannes Petrus Ferrerius Astensis Poesis amator, scripsit
Epigrammata. Extat Ogdastichon in Promptuarium Michaelis Vopisci. Impr. in Monteregali apud Torrentinum 1564.

Joannes Petrus Molignatus Vercellensis I.V.D. in patrocinandis litigantium Iuribus egregius, scripsit. *De Verborum Significatione*. Papię. 1588. *De Venatione Ferarum*. Vercell. 1590. *De Reconuentione*. Ibidem 1592. & Francofurti apud Emmelium 1604. *De Retentione, atque insistentia Bonorum*. Ibidem 1593 in 4. & ibidem 1614. De eo scribit Georgius Draudius.

Ioannas Petrus Nouellus à Rocca Baldorum Montisregalis Eques Sanctorum Mauritij, & Lazari, & Archipresbiter Carmaniolę, edidit
Lettere Familiari. Impres. Bononiæ apud Victorium Benaccium 1617.

Ioannes Petrus Sangiorgius Taurinensis I. V. D. & in suę Patrię Vniuersitate Iuris Ciuilis Lector, scripsit
Consilia Feudalia. Sparsim impressa, & pręcipuè Lugduni cum alijs aliorum.

Ioannes Petrus Surdus à Crescentino I. V. D. magni nominis, & æstimationis. In Monferratensi Parlamento pro Serenissimo Mantuę Duce Senator, scripsit
Consiliorum Volumina 3. Impres. Taurini, & Venetijs 1589. *De Alimentis, distinct. in 9. titul*. Francofurti

1595,

1595, & Lugduni 1603. *Decisionum Volum.* 1. Venetijs 1597, & Francofurti 1598. Hunc Decisionum librum Ioannes Baptista Hodierna I.C. Neapolitanus additionibus, & obseruationibus locupletauit. Impr. Venet. apud Sauionos 1643.

JOANNES STEPHANVS Agatia Ciuis Vercellensis, & Astensis Episcopus, vt suam erga Sanctum Secũdum ex Thebea Legione Martyrem, & eiusdem Astę Ciuitatis Protectorem declararet deuotionem, solemni processione, & pompa astãtibus Carolo Emanuele, & Catharina Austriaca Ducibus, præfati Sancti Corpus sub Altare maius transtulit. Scripsit

Catalogum Episcoporum Astensium. Ipsius iussu descripta, & publicata fuit Vita Sancti Secundi Martyris. Obijt vir pius, & prudens die 27 Octobris anni 1617.

Joannes Stephanus Barberius à Villafranca Pedemõtij Ordinis Carmelitarum, scripsit

Defensionem Patris Bouij Carmelitæ contra Fratrem Paulum. Extat inter alia scripta, quæ exierunt occasione interdicti Venet. Impr. Romę anno 1607. Scripsit, & alia, sed puto non esse impressa.

Ioannes Stephanus Beluisius Vercellensis I.V.D. Sacræ Theologiæ Laureatus, Sancti Caroli Borromæi Vicarius, Cathedralis Vercellens. Pœnitentiarius, vir & pietate, & prudentia, & cæteris virtutibus illustris, edidit librum

Delli

Delli noue viaggi, che fece la Vergine Santissima con Giesù per instruttione di quelli, che fanno le Nouene, con le sue meditationi. Impr. Vercell. 1570.

Joannes Stephanus Chizzola à Riparolo Ordinis Carmelitarum vir magnus, & doctrina, & prudentia, & pietate. Anno Domini 1593. Cremonæ Prior Generalis electus fuit, in quo munere magno zelo se gessit. A Summis Pontificibus Sixto V, Clemente VIII. & Gregorio XIV. magni habitus; nam Sixtus Commissarium Apostolicum Galliç, Angliæ, Scotiæ, Iberniç, & vtriusque Germaniæ illum creauit. Clemens post obitum Patris Caffardi Prioris Generalis Vicariũ Apostolicum Generalem elegit. Gregorius verò Procuratorem Generalem constituit. Taurini, Florentiç, & Romæ publicus Regens studiorum extitit. Scripsit *In Magistr. Sentent. lib. 4. In Philosophicis lib. 1. Conciones Quadragesimales lib. 2.* Drepani in Sicilia vitam cum morte commutauit ann. 1597. De eo scribunt Posseu. Appar. Sacr. Tom 2, Marcus Antonius Allegre de Casanato in Paradiso Carmelitici Decoris, vbi de eo hoc nobile affert Epigramma.

Carmeli murus cecidit Chizzola cadente.
Cœlo Virtutis gladius, Buccina iustitiæ.
Judicium Præceps, contrarius Ordinis error,
Et leuitas morum, non placuere Patri.

IOANNES STEPHANVS Ferrerius Bugelensis Vrbani VII, & Gregorij XIV. Summorum Pontificũ intimus Cubicularius, vtriusq; Signaturæ Referendarius, & Episcopus Vercellensis, cum esset vir singularis prudentię, & mansuetudinis in negotijs pertractãdis, Legati Officio pro Romano Pontifice ad Cęsarem, Reges Polonię, & Vngarię, & Archiducem Austriæ functus est. Cum autem Rodulphus Imperator ipsius virtutem admiraretur, & sapientiam, ad Cardinalatũ nominauit; sed morte præuentus purpuram non induit. Scripsit, & publicauit Latino sermone

Vitas Episcoporum Vercellensium, Eusebij scilicet, & successorum. Vercell. 1609 in 4.

De Numeris Poeticis. Impr. Venet. 1575.

Familia Ferreria alium habuit Ioãnem Stephanum, qui primo fuit Auditor Rotę, postea Episcopus Bononiensis, Cardinalis Tit. SS. Georgij, & Bacchi, deindè S. Vitalis sub Alex. VI. 1502, interfuit electioni Pij III, & Iulij II, sub quo viuere desijt 1510.

Ioannes Vincentius Gossius à Dragonerò Medicę Professor, scripsit

Tabulas Anatomicas. In quibus multa reperiuntur Chirurgię omninò necessaria. Impr. Taurini 1606.

Ioannes Thomas Bianzillus Sauilianensis Philosophię, & Medicinæ Professor, scripsit, & edidit

Quæstiones Medicinales duæ. Idest. *An ante decimum quartum*

tum annum liceat pueris venam tundere, & quod cucurbitulæ Spatularum Regioni collo proximæ pro sanguine è naribus fluente euertendo apposita non conueniant. Altera, An vbi Phlebotomia necessaria est, eã omissa, liceat purgãs medicamẽtum substituere; & vtrùm magis vires debilitet, an Phlebotomia, an medicamentum purgans. Impres. in Monteregali 1604. apud Henricum Rubeum.
Italico verò idiomate
Della natura, e Qualità de' Bagni di Vaudier, e Vinadio. Taurini 1603. Sparsim etiam quosdam, quos vocant *Sonetti.*

Ioãnes Thomas Paxerus Sauilianẽsis Eques Sãctorũ Mauritij, & Lazari, primus Status Secretarius, vir maximæ capacitatis, & habilitatis, quiq; plurimi fiebat nõ solũ à suo Sabaudo Principe, sed & ab cæteris, edidit *L'arte del Segretario Politico.* Impr. Taurini 1627.
Item Carmine Etrusco Poema, quod inscripsit
L'Essamerone. Ibidem. Vide quę de viro isto adnotauimus in nostro *Axiomatum Sacræ, & veræ Philosophiæ* latino Axiom. 3. lib. 5.

Ioannes Sestus Salutiensis olim Onzimi Dominus, primò Christianiss. Regis Hẽrici III. deindè Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis Thesaurarius, scripsit Italica lingua *La Vita di Renato Birago Millanese*, qui fuit Sãctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Magnus Galliæ Cancellarius In hac vita multa habentur, quę in illo

Regno, & propinquis Prouincijs euenerunt ab anno 1566. vſque ad ann. 1582. Impreſ. Taurini apud Pizzamilium.

Jordanus Gorganus Salutienſ. Ordin. Prędic. vir doctiſſimus: excellebat enim tum in Philoſophicis, tum in Theologicis ſcientijs, Orator diſertus, Poeta illuſtris, multa ſcripſit, eaque optima. De Theologia. De Philoſophia, Poeticè, Oratoriè, partim Italico, partim Latino idiomate; quę M.S. aſſeruantur. Edidit librum prę notatum *Parthenia. De Laudibus Beatiſſimæ Virginis.* Impr. Firmi in Piceno 1603. Italico vero ſermone *Il Debito de' Principi, e de' Sudditi.* Taurini 1603.

Ioſeph Bayla à Monteregali I. V. D. & in Romana Vrbe Pauperum, & Sacri Conſiſtorij Aduocatus vir verè doctus, cuius Conſilia à Sacra Rota Romana in tanta ſemper ſunt habita æſtimatione, vt in quadam maximi momenti cauſa, quidam Sacrę Rotę ex primarijs Auditoribus audiens Baylam ſcripſiſſe in fauorem, reſponderit, ſufficiat dixiſſe, ſcripſiſſe Baylam. Innocentius X. Pontif. Max. audita eius morte, dixit, ſibi ſummoperè diſplicere, & addidit Miniſtrũ amiſſimus de cuius fide, probitate, & iuſtitia ſecuri viuebamus. Huius laudes ſuſiùs proſequitur Illuſtriſſimus æquè ac Doctiſſimus D. Carolus Cartarius in ſuo eruditiſſimo Syllabo Aduocatorum Sacri Conſiſtorij. Scripſit *Conſilia Legalia* ſparſim impreſſa. Aſſeruantur

etiam

etiam M.S. apud Dominum Garzilascũ Baylam filium.

Ioseph Cambianus ex Dominis Ruffiæ Eques Hierosolimitanus, Commendator, Præfectus Maris, Baliuus Vanusis, Orator pro sua Religione ad plures Christianos Principes, & tandem apud Summum Pontificẽ Romæ, vir prudentia singularis, & in pertractandis negotijs summè prouidus, scripsit

Dialogum de rebus suæ Religionis.

Item *Historico Discorso della Casa di Sauoia.* Incipit à Philippo Duce, & finit ad ann. 1599. Extat M. S. ibid. Dicauit Philippo Emanueli Pedemontium Principi.

Ioseph Cambianus alter item ex Dominis Ruffię Generalis Tormentorum Bellicorum, Status Consiliarius, Eques Magnę Crucis Sancti Mauritij, & Lazari, vir maximæ sapientię & experientię. Scripsit

Histor. rerum, quæ euenerunt suis temporibus. Extat M S. in Biblioth. Sabaudiæ.

Ioseph Bonafides Cheriensis Ordin. Sancti Augustini Sacr. Theologiæ Magister, & Verbi Dei Annunciator, edidit librum, quem inscripsit

Successi della miracolosa Imagine della Santissima Nontiata nuouamente scoperta nella Città di Chieri. Taurini apud Petrum de Ambrosio 1655 in 4.

Ioseph Moniardus (alijs est Moihardus) Vercellensis. I. V. D. Sacrorum Canonum Lector in Taurinensi Vniuersitate, scripsit *In Rubric. Codic. Iustiniani.*

De-

Descriptio Festorum, Ludorumque antiquorū. Venet. 1571

Joseph Reseghinus Casalensis Ordinis Sancti Francisci edidit pietatis suæ monumenta tum meditationes Italica lingua. Incipit. *Scala di Giacob* Impres. Mediolani. *Scala del Tempio di Salomone*. Genuæ apud Ioseph Pauonum 1623.

Joseph Bonauentura ex Comitibus Vallispergiæ Cōuentualium Sancti Francisci vir eruditus, scripsit. *Vita, e Fatti d'Arduino Marchese d'Iurea, e Re d'Italia, è d'alcuni Huomini Illustri de' Conti di Valperga*. Habetur M.S. in Biblioth Episcopi Salutien. nunc autem Excellentissimi Caroli. Ab Ecclesia Prçsidis in Suprema Curia Taurinensi.

Isabella Carretta. Filia fuit Antonij à Ponte Comitis loci, qui vulgaritèr dicitur, Scarnafigi, & Vxor Pauli Matthæi Marchionis Gorzegni. Hæc Serenissima Fœmina Nobilitati sanguinis summam copulauit pietatem, & deuotionem: nam charitate in pauperes, dilectione in proximos, fide, & amore in Deum excelluit. Narrantur de ipsa, & miracula, quæ hic recensere non audeo, tum quia mei non est instituti, tum etiam quia nobiliorem exquirunt Scriptorem. Vitam mortalem exuit Gorzegni magna cum Sanctitatis opinione 14. Ianuarij 1657. ætatis 57, & quia Meditationi, & Contemplationi continuò dedita erat, multa reliquit pia M.S. inter quç extat

Medi-

Meditationi, e Sentimenti Spirituali. Impr. Taurini apud HH. Caroli Gianelli in 24.

Isoardus Güigonius Niciensis, Anatomiæ, & Medicinæ Lector Primarius, studij Taurinensis moderator, & Prothomedicus, edidit

Autopsiomma cum eiusdem oculi actionibus, & vtilitatibus. Impress. Taurini apud Fratres de Caualerijs 1619 in 4.

Compendium Logicæ. Ibid. apud eundem.

De internorum Morborum Curationibus. Extat M.S. apud Bartholomæum Rouilliam Nepotem, & Hæredem, aliquandò lucem visurum.

Julianus Gezzelinus à Nicia Montisferrati vulgò Palearũ Mediolanẽsis Senatus, & Ferrantis Gonzagę olim pro Inuictissimo Carolo V. Imperat. in Italia Locũtenẽtis Generalis, successiuè Ducis Alue, Ducis Sessę, Marchionis Pescarę, Ducis Alburquerquę, Marchionis Aimõtis, & tãdẽ Ducis Terrenouę Secretarius, qui omnes Mediolanẽsis Ducatus Gubernatores extiterũt, scripsit *Lettere Volum* 1. Impr. sunt Venet. 1592. *La Vita di D. Ferrante Gonzaga. Sonetti lib. 1. Relatione di trè Congiure. De Pazzi, e Saluiati in Fiorenza, contro i Medici. Del Conte Luigi Fieschi Genouese, contro la Patria; e quella d'alcuni Nobili Piacentini contro il loro Duca Pier Luigi Farnese. Ragionamenti sopra i Componimenti del Borghesi. L'Amore della Patria. Compositio Scenica. Narratione de' successi occorsi ne' Paesi bassi doppo l'arriuo*

di

di D. Gio: d'Austria in quelli Paesi. Compendio della Guerra di Parma.

Scripsit item quędam Carmina, & Epistolas ad diuersos. Mediolani obijt, sepultusque fuit in Ecclesia Seruorum Beatę Marię apposita sequenti Inscriptione

D. O. M.

IVliano Gozzelino

Integritate, prudentia, Consilio admirabili

Summis Principibus, clarissimisque viris clarissimo,

Componendis discordijs nato,

Poetæ Illustri, & Historico eximio.

Clara Albimana Vxor moestiss. Marito communi omnium luctu deplorato P.

Vixit ann. 61. mens. 10. dies 12. Obijt prid. Id. Feb. 1587

Julianus Taboetius Sabaudus I. V. D. in Supremo Camberiensi Parlamento Procurator Generalis vir magnus ingenio, sapientia, prudentia, cognitione, at aliquando voluit nimis sapere. Scripsit *Principum Sabaudiæ Genealogia.* Impr. Lugd. 1560. *De Quadruplicis Monarchiæ primis Auctoribus, & Magistratibus in Miscellaneo diuini, & humani Iure corporis dispersis Ephemerides Historic.* Hic liber notatur in Sacro Tridentini Consilij Indice.

Topic.

Topic. Diuini Juris in disciplinam, & Enchiridiũ Contract. Methodum. Methodic. Periphras. Christianis Aphorismis instructas in Decem Moysis Oracula. De Republica, & Lingua Gallica, ac Ghotica, deque diuersis ordinibus Gallorum, &c. Hęc omnia Lugduni impressit Theobaldus Paganus 1559.

Actiones Forenses. Ibid. apud Gryhium 1541.

Epigrammata. Ibidem.

Iulius Falletus Astensis, scripsit

Historiam suæ Patriæ. Extat M. S. & citatur sæpè à Malabaylis.

Julius Torrinus Lantusco Niciensis, & Ciuis Taurinensis Bartholomæi pater (vt suo loco) Philosophus, Mathematicus, Medicus, & humanarum litterarum Professor, in quibus omnibus summè excelluit; vt patet ex pluribus ad ipsum ex Gallia, Hispania, Germania, & Italia missis Epistolis, in quibus de difficilioribus, grauioribusque tum Philosophiæ, tum Mathematicæ, tum Medicinę quæstionibus, ipsius requirebantur doctissima consilia. Primo Serenissimo Mauritio olim Cardinali Sabaudiæ Principi inseruiuit, postmodum Carolo Emanueli II. & Christinæ Sabaudiæ Ducibus. Regius etiam Bibliothecarius. In Taurinensi celeberrima Vniuersitate primò Mathematicæ, deindè Philosophię Lector & posteà primam obtinuit Vespertinę horæ Medicinæ Cathedram. Vocatus Bono-

niæ, (vt quam Eminentis vocant) Cathedræ preficeretur, modestè abnuit, ne suos desereret Dominos, & Principes. Vir, & morum probitate, & scientiarum cognitione celebris, sed & poesis amator multa edidit Idiomate, stylo, argumento, & ingenio varia, sed optima. Extant Italicè.

Vita, Martirio, e Morte della Vergine Santa Deuota con riflessioni morali, Sacre, e Politiche. Impres. Niciæ apud Io. Baptistam Romerum 1636 in 4.

L'Inuito del Sole per l'immortalità del Gran Vittorio Amedeo Principe Gloriosissimo. Prosopopeia. Carmine Etrusco. Impr. Cunei per Christoph. Strabellam 1637 in 4.

L'Homaggio del Puglione. Epitalamio nelle Nozze delli Sereniss. PP. Mauritio e Ludouica Maria di Sauoia. Taurini apud Zapattam 1642 in 4.

Missiua Apologetica per la strada d' aprirsi trà la Città di Nizza, e di Sospello. Taurini apud Zapattá 1644 in fol. Latinè verò

Obiurgatio Encomiastica in Honoratum Faraudum (De quo suo loco) *Taurini habita, & addito Elogio.* Impres. ibid. per Carolum Ianellum 1655 in 4.

Plura iuuenis lusit pro tempore *Poetica, Astronomica, Geometrica, Philosophica,* quę seorsim excussa sine auctoris nomine prodierunt, quęque integrum formarent volumen.

Multa insuper in Principum, & Magnatum elabo-

rauit,

rauit gratiã, quę nondùm impressa, in eorundem asseruantur Scrinijs. Inter quæ

Cosmographiæ libri 4. Ad Abbatem Clementem Sandriũ Trottum Mombasilium, nũc dignissimum Fossanens. Episcopum. Opus absolutissimum.

Theoricarum Coelestium libri 3. Pro Abbate Rottario, mox Episcopo Vercellens. & deindè Archiepiscopo Taurinens. electo, quocum Author iste diù est familiariter conuersatus.

Compendium Doctrinæ Sphericæ Ad Abbatem Thomam Isnardum de la Montà.

Nicetas Orthodoxus, seù de controuerso Mundi Sistemate. Ad Marchionem Planitiarum, cum Authoris sensum exposceret super Almagesti noui Ioan. Baptistæ Riccioli Tom. primũ lib. 9. sect. 4. Opus exercitatorium, & cum eodem Almagesti Authore diù vltrò, citròque reciprocatum, vt audio, & partim ab eiusdem Riccioli Geographia reformata, vbi de eo Opusculo, & Authoris ingenio plura encomiasticè.

De Optica Statica, & alijs operibus Philosophicis Nicolai Zucchij iudicium. Ad nutum eiusdem Marchionis Planitiarum, cum breuicula alia *De eisdem Operibus Censura.* Ad P. Francisc. Malines ab eod. Zucchio expetita.

Caduceator, seù De Tesseris omnigenis gentilitijs. Opus vastum super Autographis à Magno Carolo Emanuele Duce Sabaudiæ ære immenso vndequaquè conqui-

 sitis,

ſitis concinnatum, idiomate quadruplici Latino, Gallico, Italico, & Hiſpanico.

Aquilegium. Seù De Fluentium, emanantium, connitentiũ, & grauantiũ Aquarum Simptomatis, occaſione Nauilij Hyporedienſis, cuius fabrica ab eodem Marchione Planitiarum felicitèr abſoluta Authoris huius monitis & ingenio plurimum debet.

De Natura Febris Hecticæ, & eius per Arteriotomiam ſanatione Diatribe. Ad Clariſſimum Blanchiettum Medicum Regium.

Curſus Medicus vniuerſus, Theoricam, & Practicam complectens, pluriès ſuis Auditoribus ſine Authographo communicatus, atque ideò diuerſis Methodo, & Caractère. *Obſeruationes Exoticæ. Curationum exemplaria. Selectiorum Aphoriſmorum explanationes. Orationes Præliminares, & inaugurales. Conſilia, & Reſponſa Amicis, & Collegis reſcripta*, quę ſtudioſorum manibus paſſim teruntur.

Prætexuntur ab eodem non pauca, quę olim concepta maturitatem expoſtulăt, inter quæ *Hippocratis Panſophia Canones Jatro analitici* & alia cõſimilis argumenti. Viuit doctiſſimus hic ſcriptor, & continuò ſapientiæ ſuę ſigna permulta oſtendit. Habet, & paratum volumen.

De Peſte, tribus libris completum, Hiſtorico, Therapeutico, & Philologico. Item. *Paraſceue Medica: ſeù de Phyſicis Protologiſmis Proloquia:*

Iulius Cæsar Parutia Cheriensis I. V. D. Oriundus à Brayda. Vir fuit doctrina, sapientia, & prudentia illustris, in Taurinensi Vniuersitate publicus Iuris Lector, & in sua Patria ter Iudicis Ordinarij Officio laudabiliter functus est, item Patrimonialis Aduocatus, & in rebus Bellicis Auditor, vt sui nominis relinqueret posteris memoriam, scripsit librum, quem prenotauit *Elegantiæ supra Leges Ciuiles, & Criminales.* Item *Orationes* Extant M. S. duobus Tomis apud ipsius Hæredes, & Filios Petrum Antonium, & Ioannem Parutiam Fratres, asseruanturq; in ipsorum Bibliotheca Cherij.

Iulius Cæsar Tassonus Sauilianensis. Cum in signum deuotionis erga Beatissimam Dei Genitricem Ciuitas Sauiliani ipsius Sacratissimam Imaginem in Festo Sanctissimi Rosarij Corona ornasset 1637. ipse vt & aliquid tantæ offerret Reginę edidit Orationem, quam prenotauit

Il Campidoglio Sagro di Maria Vergine. Taurini 1637. apud Barthol. Zapattam in 4.

IVVENALIS Ancina Fossanensis, qui primò Arti Medicæ operam dedit, & in Taurinensi Vniuersitate publicè, & summa laude docuit; postmodùm in habitu Clericali in Oratorio Romano Sancti Philippi Nerij laudabiliter moribus, & predicatione mirabili inseruiuit, cum Sanctitatis fama floreret, postulante Carolo Emanuele huius nominis I. Sabaudię Duce à Clemen-

Clemente VIII. Pontif. Max. Salutiensi Ecclesię, ipso totis viribus renitente, præficitur. Vir fuit eloquentia eximius, vitę puritate, & innocentia Angelicus, in pauperes liberalissimus, sui corporis acerrimus inimicus: postquam per duos annos pręfatam rexisset Ecclesiam, vltima die Augusti 1604, ætatis suæ 59. relicto omnibus maximo sui desiderio, ad Cœlos euolauit. Huius viri virtutes, illibatam vitam, morum innocentiam, & mansuetudinem, cęteraque pietatis opera scripserunt Petrus Iacobus Bacius eiusdem Romani Oratorij Presbiter, & Francisc. Augustinus Ab Ecclesia Salutiensis Episcopus, & alij. Quanti autem sit apud Deum meriti, apparet ex Processibus, qui extant apud Sacram Rituum Congregationem pro ipsius Beatificatione. Scripsit

De Academia Taurinensi lib. 2. Impres. in Monteregali

Odas 4. Serenis. Sab. Principibus Carolo Eman. eorum Patri 3. Ibid. eodem anno. Volumen Laudum, seu Cantionum Spiritualium prænotatum.

Armonico Tẽpio. Impr. Romæ Typis Nicolai Mutij 1559 Adest post Romanum Martyrologium Baronij annotationibus illustratum *Epigramma cum Disticho* eiusdem Ancinę in laudem Baronij. Habetur, & ipsius *Decasticon* in laudem Promptuarij Michaelis Vopisci. Impr. in Monteregali apud Torrentinum 1564. Scripsit item librum *Della Penitenza di S. Maria Madalena.*

lena. Item Italico carmine
Victoria Naualis Christianorum in Turcas ad Lepantum.
Quanta erga Beatissimam Dei Matrem arderet deuotione, ostendit Marracoius in suis Antistibus Marianis cap. 9.

Iuuenalis de Aquino Pedemontanus (vt me docet Samuel Guichenonus) cuius Patriam non ponit, scripsit Latina lingua
Chronicon Pedemontanum ab anno 1375. *vsque ad annum* 1515. Extat in Bibl. Ducis Sab. scripsit autem fideliter, & exactè.

Iuuenalis Costafortis (non à Castroforti, vt malè sępè Gesnerus) Fossanensis I.V.D. & in Supremo Pedemontano Parlamento Senatoris dignitate illustris, vir singularis prudentię, & in pertractandis negotijs maximæ sollicitudinis, & integritatis, qui cum in Hispaniam ad sui grauia peragenda Principis negotia profectus fuisset, ibidem occubuit, scripsit eruditè
Comment. in Quinque titul. Institut. Iustiniani. De Obligationibus. Quibus modis re contrahatur Obligatio. De Verborum Obligationibus. De duobus reis stipul. & promiss. De Fideiussoribus. Impres. sunt Lugduni apud Theobaldum Paganum 1548.

Iuuenalis Leueronius Fossanensis inter Medicinæ Professores non infimi nominis, scripsit
In Aphorismos Hippocratis Lucubrationes. Impr. in Monteregali

teregali apud Torrentinum 1565 in 4.
Item Italico idiomate *De Re Medica*. Taurini 1590.

Extat *Hexastichon* ipsius in laudem Promptuarij Michaelis Vopisci impress. in Monteregali 1564. De eo scribunt Gesnerus, Ioan. Antonid. De script. Medic. & alij.

Iuuenalis Prettus Andreæ Rossotti ex Sorore Nepos ex Ciuitate Mõtisregalis. Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis habitum in Monasterio Sanctæ Pudentianę de Vrbe assumpsit ętatis suæ anno decimoquinto, dum adhuc in sęculo viueret, edidit Italica lingua

L'Egittia Innamorata. Impr. in Patria apud Io. Gislandum, & Io. Franciscum de Rubeis anno 1644.

Habet præ manibus Latino idiomate

Annales Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis.

L


Aurentius Arpinus à Podiuarino Artium, & Medicinæ Professor, edidit

Ephæmerid. ann. 1526. ad Eleuat. Augustæ Taurin. grad. 45. Ibid. apud Bernardinum Syluam 1525.

Laurentius à Sancto Petro Sabaudus Sancti Ioannis de Mauriana Congregationis Sancti Bernardi Ordin. Cister-

Cistercienfis Sacræ Theologiæ pluries Lector, & Cõcionator illuftris, fcripfit librum in laudem Sancti Fracifci de Sales, quem infcripfit
Cynofura miftica Nauigationis Beati Salefij micantibus virtutum radijs illuftrata.

Laurentius Cerretus Vercellenfis Grammaticus fcripfit
In Grammaticã Pilladis Brefciani. Impref. Taurini 1568.

Laurentius Cerrettus alter Regularis vitæ Sectator, cuius autem Ordinis adinuenire non potui. Scripfit *Laudes Vercellarũ*. Impref. Patauij. De eo fcribit Poffeu Bibl. Select. lib. 16. cap. 23. Vtrum autem fit idem cũ primo valdè dubito.

Laurentius Dauidicus Vercellẽfis Predicator Apoft. Vir & pietate, & doctrina infignis, Sacræ Theologiæ, & I. V. D. multa fcripfit, latinè quidem
De vera Veneris Cellæ laudibus. Impref. Patauij.
Clypeus Fidelium fuper Pfalmos. Stultorum Labyrinthus. Impref. Venet.
Solamen Chriftianorum fuper Epiftolas D. Pauli
Lucerna enucleatæ veritatis iuxta Sacrorũ Doctorũ Doctrinam pro Chrifti Gloria fuper Euangelio
Italicè verò. *Paffatempo de Gentilhuomini*. Vercel. apud Io. Francifc. Pelliparis 1569 in 8.
Il Specchio interiore de Confeßori. Ibid. In Biblioth. Iuntarum Florentiæ pag. 343 ponitur. *Candore della Ca-*

 tholica

tholica verità del Dauidico in 8. & pag. 355. *Dauidica del Dauidico* in 8.

Laurentius Malescotus Sabaudus, & Annesiensis Ecclesiæ Canonicus, Poesis amator scripsit

Epicedium nobilissimi Domini Ludouici Armandi Vicecomitis Pollineaci, Equitis Torquati, vna cum Epitaphio. Ad nobiles Defuncti Propinquos. Impres. Paris. 1584.

Laurentius Nomius Taurinens. Comes, in Supremo Pedemontano Senatu Præses integerrimus, ad Christianos Principes pro suo Duce Legatus, apud Imperatorem Orator, & in Monasterij Generali congressu Plenipotentiarius, vt adnotauimus in nostro 3. Peripetiarum libro. Vir scientia eximius, prudentia singularis, in pertractandis sui Principis negotijs diligentissimus, pietate autem in Deum, misericordia in pauperes, & iustitia ad omnes maximè æstimandus, recitauit, & edidit

Orationem latinam In Funere Victoris Amadei Sab. Ducis. Impres. Taurini apud Zapattam.

Laurentius Scotus Taurinens. Abbas Commendatarius Sanctæ Mariæ de Cheseriaco in Sabaudia, vir in humanis, & diuinis litteris consumatissimus. Victoris Amadei Sabaudiæ Ducis primus Eleęmosinarius, Equitum Sanctissimę Annunciatę Ceremoniarum Prefectus, & Protonotarius Apostolicus. Scripsit italico Carmine.

La

La Fenice. Impres. Taurini 1614. Item Fabellam Pastoralem, quam inscripsit *Gelone*. Ibid. 1656.
La Visione Idilio Sacro nel Martirio di S. Christina. Ibid. apud Sinibaldum 1658
Theti, e Chirone Dialogo per il Natale di Madama R. recitatiuo Ibid. apud Zapattam 1659.
Ceremoniale Ecclesiastico della Reale Casa di Sauoia in distint. 25. extat M. S.
S. Lorenzo Martire Poema Octonis Rythmis *Idilij Sacri*. Extant M.S.

Laurentius Siluanus Casalensis I. V. D. causarum Patrocinator eximius, scripsit
Volumen Consiliorum. Impres. Lugd. 1551. *De Feudis Comment. in 2. lib. Digest. vet. de pig. acti. l. rem alienā* ibid. viuebat 1540.

Laurentius Maria Taurelus Taurinens. Cleric. Regularium Sancti Pauli, in Romana Vrbe Procurator Generalis, vir negotiorum peritia. sapiētię fama, & prudentia illustris, ne suæ Religionis egregia facta obliuioni traderentur, scripsit latino idiomate librum quem prenotauit
Historia Congregationis Clericor. Regularium S. Pauli. extat M. S. nam morte præuentus impressioni mandare nō potuit.

LEONARDVS *Botallus* Astensis Philosophus, & Regum Galliæ Medicus, postea Episcopus Meco-

uensis in prouincia, vir in sua Arte doctissimus, & paucis secundus, scripsit
Comment. 2. de Munere Medici, & Ægroti.
Admonitio Fungi strangulatorij
De Catharro. In huius libri fine addita est figura mõstruosorum renum in cadauere repertorum. Ostenditur etiam locus per quem fertur sanguis in sinistrũ cordis ventriculum, nondum antea cognitus. Item *De Lue Venerea*. *De Vulneribus Sclopetorum*. Hic liber est auctus vberiore discursu, *De vulneribus capitis* multisq; instrumentorum Cephalicorum figuris, & declaratione capitis. 6. lib. 6. Methodi Galen. omnia Imprs. Lugd. apud Antonium Gryphiũ 1565. in 16.
De curandis vulneribus Sclopetorũ. Lugd. apud Guillermum Rouilium 1560. in 8, Venet. apud Valgrisium 1565. in 8. Antuerpię apud Arnold. Comin 1583. in 4. cum Alfonsi Ferrij, & Francisci Rotę eiusdem argumenti libris.
De Curatione per sanguinis missionem lib. 1.
De incidendę venę, cutis scarificandę, & hirudinum affigendarum modo. Lugd. apud Io. Huguetã 1580 in 8. Antuerpiæ apud Plantinum 1585. in 8.
Luis Venereæ curandi ratio. Extat pag. 9. Appendic. ad ad Tom. 1 operis Venet. *De morbo Gallico. Sententia de via sanguinis in corde* Venet. 1640 in 4.
Judicium Apollinis circa opinionem de Via sanguinis. Ibid. in 4.

Hic

Hic primus fuit, qui frequentem venæ sectionē apud Parisienses induxit. Viuebat 1582 vt adnotauit Renatus Moreau lib. de venę sect. in pleuritide. De eo mentio habetur apud Vanderlinden lib. p. Georgium Draudium, & alios.

Leonora Falletta ex Dominis Mellassi, & Villafallettæ, vxor Georgij Falleti, in humanioribus versatissima litteris, & studijs summè dedita, cuius nomen celebrarunt plures viri docti tam carmine, quam soluta Oratione; ipsa autem vt à proprio calamo immortalitatis gloriam sibi compararet, scripsit italico idiomate, & carmine

Rime. Impres. Lucæ 1559 cum alijs. Fallettorū Familię antiquam nobilitatem præter ab ipsa possessa Oppida, cum Montisferrati, & Salutiarū olim initæ Marchionibus affinitates, & Matrimonia satis abundè declarant.

Lucas Bertolottus à Monte-Regali. Habitum Monachorum Congregationis Reformatæ Sancti Bernardi Ordinis Cisterciēs. accepit in insigni Abbatia Beatæ Mariæ de Pinarolio ann. Domin 1624. ętatis suę 16 vir summæ prudentiæ, fœlicissimi, placidissimiq; ingenij, & maximę eruditionis. Anno 1640 ętatis suæ 32. Procurator Generalis electus, & anno 1645. ętatis suæ 37 ob sapientię famam Pręsidente Eminētissimo Cardinali Martio Ginetto Sanctissimi Domi-

ni nostri in Vrbe Vicario in Capitulo Generali Romæ in Monasterio Sanctæ Pudentianæ celebrato Superior, & Abbas Generalis creatus totam Congregationem diligentissimè rexit, & visitauit. Oblatum sibi secundo Generalatum, ad quem iam per suffragia electus fuerat, constantissimè humilis homo respuit, nec omnium ferè Capitularium Patrum efficacissimis precibus, & supplicationibus flecti potuit, vt collum regiminis iugo submitteret. Scripsit librum, quem prænotauit

Hotrerica. Opus est in quo Sabaudiæ Ducis in Regnum Cypri Iura sub fabulosa narratione describit, Impr. Romæ apud Monetam 1641. in 8.

Elogium Francisci Cardinalis Montalti in eius aßumptione ad Cardinalatum. Ibid.

Elogium ad Innoc. X. Summum Pontif. Ibid.

Nardus Gallica De Diuo Bernardo. Ibid.

Bernardus Abbas Claræuallens. Alcides mysticus Ibid. apud Io. Petrum Colinium 1652.

Habet etiam nondum impressa italico idiomate

Il Cocchio del Cardinale Montalto. Opus est tum styli elegantia, tum sententiarum splendore iucundissimum.

Il Superiore Regolare.

Item latino idiomate nobilissimum opus,

Elogia in Diui Bernardi præcipuas actiones.

Centum

Centum Casus Conscientiæ.

Cor Jesu amanti sacrum, pijs, & affectiuis meditationibus eidem Iesu Anagogicis motibus purgatum, illuminatum, vnitum. Opus est quam primùm imprimend. 19. deuotissimis meditationibus in tria puncta distinctis, constans, ad diuinum amorem, Mundi contemptum, & vnionem cum Deo conducens. Bertolottam Familiam nobilem, diuitem, & potentem fuisse iam ab anno 1198 ostenditur, tum in fundatione Xenodochij à Bertolottis erecti in Monteregali, tum ex quadam conuentione prædictæ Ciuitatis, vbi inter Consiliarios adnumeratur Henricus Bertolottus. De eo scribit Carolus de Visch.

Luchinus Mattuetus Salutiensis I. V. & Sacræ Theologiæ D. Archidiaconus, & Vicarius Generalis suæ Patriç, acerrimus Hæreticorum inimicus. Scripsit *Confutatio Hæreticorum.* Morte tamen prçuentus publicare non potuit. Extat M. S.

Ludouicus Agatia Vercellens. Eremitarū S. Augustini Congreg. de obseruantia Lomb. Sacrę Theologię Professor, & diuinini verbi nobilis Annunciator, scripsit latina lingua

Volumen Sermonum. Viuebat ad ann. Dom. 1525.

Ludouicus Bonda Sabaudus edidit

Specimen Orthologiæ, & Orthographiæ. Imprs. Friburgi Brisgariæ apud Theodor. Meyo 1660.

Ludo-

Ludouicus Butettus Camberiensis Dominus de Malatrait, scripsit

Vitas Beroldi, & Humberti, è primis Regiæ Domus Sabaudiæ Principibus.

Histor. Sabaudicam in tres Decades diuisam. Extat M. S. Viuebat ann. 1600.

Ludouicus Capellus Niciensis I. V. D. vir verè doctus, imò doctissimus, reliquit probatū satis volumē *Consiliorum*. Extat M. S. apud Dominum Marcellum de Gubernatis Senatorem.

Ludouicus à Cruce Vercellensis Prouincialis Minorum de obseruantia, vir de Religione optimè meritus, scripsit, & edidit

Vitam Beatæ Vgbolinæ Virginis Vercellensis

Interni affetti dell'Anima penitente sopra il Miserere. Mediol. & Taurini 1647.

Habebat pręmanibus pręlo paratas

Vitas Beatorum suæ Religionis.

Scripsit etiam. *Compendio dell'Historia di Sauoia*. Dicauit Carolo Emanueli I. 1611. Extat M.S. in Regia Sab. Biblioth. Non consensit Carolus Emanuel impressioni, quia liber hic Epitome est Boteri.

Ludouicus Duretus Sebusianus e Bauge Medicinę Professor, vir verè doctus, & memoria pręditus mōstruosa, quippè qui (vt adnotauit Sceuola à Sancta Martha in suis Elogijs) locos Hippocratis planè omnes

nes

nes memoria tenebat. Edidit
Comment. in Hippocr.
Comment. in Tractatum Iacobi Hollerij De morbis internis. Impr. Geneuæ apud Petrum, & Iacobum Chouet 1635 in 4. Parisijs anni. Dom. 1586, ætatis suæ 59. è vita discessit magna animi tranquilitate, cum sibi mortem imminere preuidisset.
Prefatu s Sceuola facit *Duretum Burgundum*, sed falsò, vt optimè notauit Guichenonus in sua Historia Sebusiana.
E Græco Latinum fecit librum Hippocratis prenotatatum. *Prænotiones.* Impres. Parisijs apud Iacobum Du Puys 1588 in fol.

Ludouicus Ab Ecclesia Salutiens. I. V. D. Consiliarius Caroli Eman. huius nominis I. Sabaudiæ Ducis, & in Supremo Pedemontano Parlamento Senator, vir doctus, & in Historijs versatissimus, scripsit Italica lingua
L'Historia del Piemonte lib. 3. Impr. Taurini apud Augustinum Disserolium 1608 in 4.
Dell'Origine della Serenissima Casa di Sauoia, e molte Genealogie de' Principi de circonuicini Paesi. Impr. Taurini 1608
Compendio dell' Historia di Saluzzo. Impr. Salut. 1604.
Latinè verò scripsit, & edidit
Vitas Marchionum Salutiarum. Ibid. 1598, & 1603 cum alijs eiusdem scriptis. Addidit, & Indicem *Episcoporum Salutiarum.*

Comment. in vsus Marchionatus Salutiarum. 1598.
Obseruationum Historicarum lib. 1. In hoc libro antiquorũ varios demonstrat errores.
Odas, & Epigrammata Latina. De Nobilitate Taurini 1614. *De Priuilegijs Religionis. Obseruationes Forenses Sacri Senatus Pedemontani.* Has plurimis decisionibus locupletatas edidit Io. Antonius Ab Ecclesia (vt suo loco) impr. Taurini 1653 apud Io. Iacob. Rustis. Obijt ann. 1621, & in Eccl. S. Dominici Sepellitur cum sequenti Inscriptione

D. O. M.

LVdouico ex Perillustri Ecclesiana Salut. Familia
Augustini Senatoris, & Consiliarij Filio.
Francisci I. V. D. celeberrimi, & Marchionalis Consiliarij Nepoti,
Et Georgij I. C. Regij Request. Magistri, & Marchional.
Vicarij Generalis, & Consilarij Pronepoti,
Et Ceruignasci, & Isaschæ Comiti I. V. D. eximio
In Taurinensi Curia Senatori optimo.
Inuictissimi, & Potentissimi Caroli Emanuelis Sabaudiæ
Ducis Fidelissimo Consiliario,
Status, & Requestarum Magistro
Historiographo diligentissimo,
Et in omni disciplinæ genere versatissimo

Qui obijt Taurin. an. 1621, die 24. Decēbr. ætatis suæ 53
Margarita coniux, August. SS. Mauritij, & Lazari
Eques, & Paulus Filij, & Comites,
Et Franciscus August. I. V. D. ex Nicolino ex Nobilibus
Ceruignasci Fratre Nepos
Moerentes posuere.

Ludouicus Guerillus Pinarolienſ. Seraphicę Religionis Profeſſor, vir regularis obſeruantię amantiſſimus, & totus Spiritualibus deditus Exercitijs, in cuius rei teſtimonium edidit librum, quem inſcripſit *Neomicrocoſmus*: ideſt Nouus paruus Mundus. De eo ſcrib. Britius lib. 3, & Vuadingus.

Ludouicus Helcinus Vercell. Ludou. XII. Francorum Regis Orator, vir prudentia, & eloquentia inſignis de quo habetur

Oratio Maximiliano in Conuentu Electorum S. Romani Imperij De Bello contra Turcas ſuſcipiendo 1510. Impr. Francofurti cum Politicis Imperialibus Goldaſt. Aſſeruatur etiam M.S. in Muſeo Barthol. Sanminiati Canonici & Archidiac. Patauini. De eo ſcribit Tomaſinus in Biblioth. Patauinis pag. 116. col. 1.

Ludouicus Iaſerandus Villarienſis Comitatus Niciæ Poeta non ignobilis. Scripſit Patria lingua
Drammata.

Ludouicus Laſcaris Nicienſ. ex Dominis Albintimi-

liæ, Tendæ, & Brigæ, Generalis Exercitus Reginæ Ioannæ de Neapoli, & Prouinciæ Comitissæ. Vir armis, & calamo illustris, qui ob virtutum excellentiã Reginæ, & Magnatibus carus extitit, cũ poesim diligeret scripsit carmine Italico:

Della Miseria di questo Mondo.

Item librum, quem inscripsit. *Pauriglia* Diem suũ clausit circa ann. 1376. De eo scribunt Nostradamus in Vitis Poetar. Prouinc. & Ant. Verdierus.

Ludouicus Marrochinus Vercellens. Eremitarum S. Augustini Congreg. de Obseru. Lombardiæ Theologus, & Visitator edidit

Sermones, quos habuit ad Fratres tẽpore Visitationis.

Ludouicus Morotius à Monteregali I. V. D. & in Suprema Pedemontana Curia Primus Præses integerrimus, vir vndequaque eximius, scientia, prudentia, rerum omnium peritia, affabilitate, ingenij perspicacitate, morũ integritate nec non pietate singularis. Scripsit *Responsorum lib.* 1. Adiecit *De Iure offerendi.* Impr. Taur. apud Io. Vincent. & Io. Franc. de Caualer. 1600 in 4. De eo scribit Draudius.

Ludouicus Pelletta Astens. I. V. D. scripsit

Consiliorum lib. 1. Impr. Lugd. & Francof. 1575.

Repertorium in Consilia Feudalia Alberti Bruni, & aliorũ.

Alios etiam Tractatus.

Ludouicus Porcelletus Villarensis Comitatus Niciæ I.V.D.

I.V.D. non minus Poesis, quam Iuris Cæsarei amator, in Taurinensi Vniuersitate primus Institut. Lector, scripsit lingua Patria, & carmine Opus prænotatum *Uranion.* Et lingua Gallica soluta tamen oratione. *Boquet Spirituel.* Scripsit item Latino idiomate librum, quem inscripsit
Chorismus in mysticam Rosam. Impres. Taurini 1608. De Passione Domini secundùm Matth. Latino carmine. Inscripsit *Spinetum.* Ibid. 1609. *Odda, & Epigram. in foelicissimo reditu Serenis. Victor. Amadei ex Hispania.* Ibid. 1614. Item eodem Latino carmine Opus prænotatum *Choreuma.* Item *Palmetum Heroina à Sabaudia. Puteana Suis.* Taurini. In hoc libro laudes dicit Illustrium Virorum domus Puteanæ.

Ludouicus Reuellus Niciens. summę eruditionis vir. Scripsit. *De Rerum Inuentoribus. Historia Varia.* Prodierunt sub alio nomine. Vide quæ adnotauit Petrus Ioffredus in libro *Nicea Ciuitas Sacris Monumentis illustrata.*

Ludouicus Ribotti Villarensis Comitatus Nicię Medicinę Professor, & Poësis amator, multa lusit Gallico metro; inter quæ edita sunt Taurini 1642.
Epitalam Serenis. Principum Mauritij, & Ludouicæ Mariæ à Sabaudia. Panegyric. pro Regia Taurinensi.

Ludouicus Sanmartinus de Alladio Eques Sanctorum Mauritij, & Lazari, & Sanctissimæ Annunciatæ, apud Vrba-

Vrbanum VIII. Pontific. Max. pro Sabaudo Oratorj ob multas virtutes, & maximam eruditionem Pontifici, & Vrbi carus, edidit Etrusco carmine
L'Autunno. Rime. Impressunt Taurini 1610.
Item *Dramma di San Eustachio* notis musicis sæpè Taurini, & Romę actum maximo applausu. Huius Familiæ laudes, & nobilitatem, vtpotè ex vero Regis Italię Arduini sanguine ortę, eruditioris ingenij, & politioris calami stylum postulant.

Ludouicus Tana Cheriens. Ordinis Minorum, Beati Ludouici, seù Aloysij Gonzagę affinis sui ęmulator. Beatus enim Aloysius ex Ferdinando Gonzaga Castelioni Marchione, Sacri Romani Imperij Principe, & pro Mantuano Duce Montisferrati Vicario, ac ex Martha Tana Cheriensi nobilissima Fœmina procreatus fuit, vt me docuit Franciscus Zazzera par. 2. c. de Gonzagæ Familia. Noster igitur Ludouicus Beati Auunculi imitatus pietatem, sicut ille in Sanctissima Iesuitarum Societate virtutibus sedulo operam dedit ita & ipse in Seraphica Sancti Francisci Religione refulsit, & pietatis suę signa Posteris transmisit edendo librum, quem prænotauit
Speculum Vitæ Religiosæ. Meminit Britius.

Ludouicus Thaonus Lantuscensis I. V. D. & in Parlamento Burdigalensi Aduocatus, edidit Gallica lingua
Tractat. De Terræ motu, eius causis, & Simptomatibus.

Philo-

Philosophicè, & Historicè. Impreſ. Burdigalę apud Gilbertum Vernoij 1616 in 8.

Ludouicus Theſaurus Patritius Taurinenſis ex Dominis Salmoris, Filius Alexandri (de quo ſuo loco) I.V.D. & Primus in Taurinenſi Vniuerſitate Iuris Lector, ſcripſit vir eloquens multas Orationes, inter quas habetur vna

In laudem Litterarum. Impreſ. Taurini 1603.

In Funere Henrici IV. Galliarum Regis.

Edidit etiam Italico tamen ſermone ad Rabbiam.

Ragioni in difeſa d'vn Sonetto del Caual. Marino. Impr. Venet. apud Io. Baptiſtam Ciottum 1614 in 12.

His rationibus contradixit Ferrantes de Carolis libro edito Bononiæ apud Victoriū Benaccium 1614 in 4. ſub hoc titulo *Eſſamina del Conte Andrea dell'Arca intorno alle ragioni del Conte Ludouico Teſauro in difeſa d'vn Sonetto del Caual. Marino.*

Theſaurus iterùm reſpondit libro Taur. impreſ. 1614 in 12. ſub hoc titulo. *Annotationi intorno all'eſſamina di Ferrante Carlo, publicata ſotto nome del Conte Andrea dell'Arca.*

Sed & alij calamum tractarunt pro Theſauro, vt Franciſcus Dulcius, libro, quem inſcripſit *Giuditio di Franceſco Dolce da Spoleto intorno alle ragioni del Conte Ludouico Teſauro in difeſa d'vn Sonetto del Caual. Marino, & intorno all'eſſamina del Conte Andrea dell'Arca in riſpoſta di quelle.*

Bonon-

Bonon. apud Victorium Bennaccium 1614 in 4.
Sed & *Ioannes Capponus* Medicinę Professor, Astrologus, & Poeta illustris sub nomine Hieronymi Clauigeri, edidit. *Lettera del Sig. Girolamo Clauigero scritta ad vn suo Amico in Bologna in materia dell' essamina del Conte Andrea dell' Arca intorno alle Ragioni del Conte Lud. Tesauro in difesa d'vn Sonetto del Caual. Marino.* Ibid. apud eundem eodem anno in 12.
Ioannes etiam *Aloysius Valesius* Bononiens. Pictor excellentiss. sub nomine Instabilis, edidit. *Parere dell' Instabile Academico Incaminato intorno ad vna Postilla del Conte Andrea dell' Arca contro vna particella, che tratta della pittura nelle ragioni del Conte Ludouico Tesauro in difesa d'vn Sonetto del Caual. Marino.*
Ibid. apud eundem eodem anno.
Et denique *Sebastianus Forteguerrius* Pistoiensis sub nomine Sulpitij Tanalię, edidit *Lettera del Signore Sulpitio Tanaglia in materia dell' essamina del Conte Andrea dell' Arca intorno alle ragioni del C. L. Tesauro in diffesa d'vn Sonetto, & c.* Ibid. apud eundem in 12. Cęterùm inter Obseruationes Forenses Io. Ant. Ab Ecclesia adest Thesauri. *Consilium pro Duce Sabaudiæ in quædam Oppida.* ††

Ludouicus Titio Vercellens. Historicus non contemnendus. scripsit
Historias sui temporis.


Ludouicus Valperga ex eiusdem Castri, & Riuaræ Comi-

†† extat pag. 11. secundæ partis edit. Taurin. an. 1664

Comitibus, vir grauis, moderatissimique ingenij. scripsit Italico idiomate Tractatum
Della Tranquilità dell'Animo. Impr. Taurini 1605.

Ludouicus Vitalis à Monteregali I. V. D. & in Vniuersitate Taurinensi, & Papię illustris Lector. Scripsit *Variarum Juris Ciuilis tum lectionum, tum in Circulis agitatarũ quaest. lib. 2.* in quibus, vt plurimum receptę interpraetum opiniones confutantur. Impr. Taur. 1573. in 8, Lipsię 1597 in 8. impensis Andrae Hoffmanni Bibliop. Vuittemberg.
De Reis, & Testibus monendis. Impres. in Monteregali 1584. Scribunt de eo Draudius in sua Bibl. Iames, & alij.

M


Agdalena Pallauicina Filia Caesaris Pallauicini ex nobilissima, & antiquissima Familia, magni ingenij Foemina, litterarum amatrix, & poesis reliquit sui ingenij signa, pulcherrimos Etrusco carmine
Sonetti. Impr. Lucae 1559 cum alijs aliarum illustrium Foeminarum.

Manfredus Goueanus Antonij Filius (de quo suo loco) Patritius Taurinen. Status Consiliarius, & in Supremo Pedemontano Senatu Senator, scripsit Latina lingua

Orationem in morte Philippi II. Hispan. Regis. Impr. Taurini 1599.
Consilia Legalia. Sparsim impressa.
Not. & aduersiones in practicam Ciuilem, & Criminalem Julij Clari Alexandrini. Venet. apud Baretium 1640.
Varia Carmina. Viuere desijt ann. Dom. 1613, sepultusque est in Ecclesia B. Mariæ Consolatricis Taurinens. Monacorum S. Bernardi huius meę Congreg. in qua Sacellum construxit pro se, suisque, & lapidem apposuit cum sequenti Inscriptione.

Manfredus Goueanus Ant. Filius
Dum in vita mortem, & in morte vitã reponit
Hoc Sacellum Manibus, & Sepulchrum ossibus suis,
& Suorum,
Quibus neq; deesse, neque superesse debebat, viuens posuit.
Ut quorum vita interiecta sæcula disiungent,
Eorum Cineres intra suos amplexus eadem vrna coniungat.
Anno salutis 1605.
Vita, mors morti, gloria gloriæ diuinitas nostra superuiuit.

De eo preter alios scribit Iacobus Gaddius part. p.

Manfredus Vercellens. vir in Sacris Scripturis versatissimus, Sacrę Theologiæ doctor, cuius cognomen non inuenio, edidit Tractatum
De Aduentu Antichristi.

Mar-

Marcellinus de Ponte Beauuoisino Sabaudus, Relig. Capucinorum in Theologica sapientia insignis, Diuini Verbi annunciator eximius, & zelo Catholicę Religionis venerabilis, quique Hæreticos vbique acerrimè impugnabat, & expugnabat, edidit Gallica lingua, tacito in Frontispicio nomine, quod tamē apposuit post præfationem *Fallacias Ministrorum, & falsitatem Religionis Caluinisticæ simul veritatem Catholicam à Domino de Pasthee nobili Delphinate cognitā.* Impr. Lugd. apud Ludouicum Muguet 1620 in 8. Titulus Gallicè sic se habet. *La piperie des Ministres, &c.* Edidit etiam doctissimam responsionem

Aduersùs narrationem quandam Ministri Grationopolitani Caluinistæ circa Collationem inter eos habitam 19. Nouembr. 1614. De Sacramento Eucharistiæ, & alijs Fidei Controuersijs. Impr. Grationopoli apud Guillelmum Verdier 1615 in 4.

Sermones Octo ab eo Lugduni habitos De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. Lugduni apud Io. Lautret 1620 in 8. De eo scribit Vuadingus.

Marcellus Eprius antiquus Orator, de quo meminit Cornelius Tacitus in Dialogo De Oratoribus, ponitur à Scriptore Pedemontano inter Vercellenses, nullo tamen fundameno, aut ratione: nām si non dico cōsiderasset, sed dormiendo Taciti (vel cuiuscunque sit) Dialogum legisset, obseruasset hæc ipsissima in illo

verba. *Ausim contendere, Marcellum hunc Eprium, de quò modo locutus sum, & Crispum Vibbium non minus esse in extremis partibus terrarũ, quam Capuæ, aut Vercellis, vbi nati dicuntur.* Ex quibus verbis non Eprium, sed Vibbium Vercell. esse constat, & tamen præfatus Scriptor vtrũque Vercellensem facit. Certè Carolus Amadeus Bellinus vir diligentissimus in Vercellarum publicandis laudibus, & Viris Illustribus, in libro cui titulus. *Serie de' gl'Huomini e, e Donne Illustri di Vercelli.* impr. 1659. Eprium non adnumerat, benè quidem Vibbium.

Marcus Gattinara Vercellens. Philosophus, & Medicus vir doctus, & magnæ æstimationis, scripsit expositionem

In Nonum Rhazæ ad Almanzorem, De Curandis Morbis à capite vsque ad pedes. Impres. Lugduni 1532. apud Vincentium de Portonarijs cum Blasij Cæsaris Landulphi, & Sebastiani Aquilani libellis *De Febribus*, ac eiusdem Aquilani *De Morbo Gallico.* Impr. iterùm Basileæ apud Héric. Petri 1537, & tandẽ Frãcofurti 1604. *Comment. in Opera Galeni. Quæstio De Febre Sanguinis.* Impr. Lugd. apud Beuelaquę 1506 in 4. aud Io. Moulin 1525 in 8. apud Vincẽt. de Portonarijs 1532 in 8. Basileæ apud Héric. Petri 1537 in 8, Paris. apud Guil. Richard. 1540 in 8, Venet. apud Io. Bapt. Somasch. 1569 in 8, Frãcofurt. apud Io. Bernerũ 1575 in 12, & 1604 in 8, & tandẽ Lugd. apud Faiolettũ 1649

Anno-

Annotatio una, & altera de Taraxaco, Cichoreo, Iua, Esula, & Soldanella. Extat Tom. 2. Herbarij Ottonis Brunsfelsij in fol. Vixit ad ann. Dom. 1440 vt placet Renato Moreau in lib. de Venæ Sect. in Pleuritide; at secundùm Vuolfangum Iustum in Chronol. Medicor. 1506. Meminit Draudius. Gattinara Familia nobilissima Originem suam ex Burgundia agnoscit. Huius Familię fuit Mercurinus Gattinara apud Carolum V. Imperatorem multę ęstimationis, ipsiusque Magnus Cancellarius, & tandem S. R. E. Cardinalis.

Marcus à Nitia Ordinis Minorum vir animarum salutis zelantissimus, qui vt Catholicam Fidem disseminare posset, in Peruuiam Americę Prouinciam nauigauit 1531, vbi Commissarius Generalis creatus post multos pro Deo exantlatos labores in Mexicana Prouincia Spiritum altissimo reddidit. Scripsit Italico sermone

Relatione del viaggio fatto per terra à Cerola Regno delle Sette Città habetur Volum. 3. nauigationum Ramusij. De eo scribunt Ab Ecclesia, Paulus Britius, Petrus Ioffredus, & Thomas Iames in sua Biblioth. Bodleiana

Marcus Reclusus à Buttigliera Ord. Carmelitarum Sacrę Theologię D. quam Theologiam, & Parisijs, & alibi docuit, vir tum morum integritate, tum prudentia, tum obseruantię Regularis zelo illustris, quippè qui Vicarius Generalis Apostolicus totius Ordin. cō-

stitutus,

ſtitutus, munus illud ſumma cum laude geſſit. Optima, & Sacra ſcripſit. Aſſeruantur M.S. in Conuentu Papię.

Marcus de Summaripa Ordinis Minorum insignis Theologus, & eximius concionator, Albę, & Taurini Philoſophiam, & Sacram ſumma cum laude docuit Theologiam, edidit Quadrageſimale quod prænotatū eſt. *Bonum Quaternarium Summaripæ.* Floruit ad ann. Dom. 1419, non 1440, vt malè quidam, de tali enim tempore iam Fatis Ceſſerat. Scribūt de eo Ab Eccleſia, & Britius, item Vuadingus, & Poſſeu. appar. Sacr. tom. 2.

MARCVS ANTONIVS Boba Caſalenſis S. R. E. Cardinalis, inter ſui æui viros nobilitate, eruditione, moribus, & virtute inſignes nemini ſecundus, ſcripſit *Orationes* quas habuit in Sacro Oecumenico Tridentino Concilio. Extant in Volumine Orationum Tridētinarū edito Louanij 1567, vt & adnotauit Miræus c. 80, qui c. 102 de eiuſdem dotibus loquens, ait Abundè loquuntur libri, & Verſus Typis editi. Hic primùm à Paulo IV. Pontif. Max. creatus Epiſcopus Auguſtæ Prætorię, ab Emanuele Philiberto Sab. Duce ad Prefatum Tridentinum Concilium Oaaror miſſus, eiuſd. Ducis rogatu à Pio IV. (vt me docet Ciacconius in Pium IV.) Presbiter Cardin. tituli S. Siluestri electus fuit. De eo meminit Honorius Dominicus Caramella

in

in suo Museo, & Michael Foscarinus in notis ad Caramellam, vnica ait legitur
Oda Boba in delitijs Poetarum ad Carolum Sab. Principem in matris obitu, bona quidem, atque elegans. Obijt Romæ ann. 1575., sepultusque est in Templo Sanctæ Mariæ Angelorum ad Thermas Diocletianas. Acutũ est, quod de Boba refert Claud. Clemens in suo Museo lib. 1. sect. 2. c. 7. sic: Bononiæ Canonici Regulares Sancti Saluatoris habēt Bibliothecam eximiorum librorum multitudine, loci amplitudine, pulchritudine, ac venustate insignem. Est autem hęc ædificij descriptio: pars inferior est Cella vinaria, media Triclinium, suprema vero Bibliotheca; quam cum aliquando Cardin. Boba per otium inuiseret, ac trina illa loca vino, mensis, ac libris attributa aduertisset, ex tempore vsurpauit illud Salomonis prou. 9. Sapientia ędificauit domum, miscuit vinum, & proposuit mensā.

Marcus Antonius Butetus Camberiensis nobilis Sabaudus, scripsit Gallico idiomate
Le Celebre Cheuallier.
Item *Discours de l'Extraction des Princes de Sauoye.* Dicauit Carolo Emanueli I. Extat in Regia Sabaud. Bibliotheca M.S. & alibi.

Marcus Antonius Gara Benensis Medicus, & Poeta; vt suam erga Deiparam Virginem ostenderet deuotionem, edidit 4. Cantus Italico carmine.

Le

Le Lodi della gloriosissima Vergine di Mondoui. Impr. ibid. 1598. Emendauit.
Antonium Minturnium, vbi agit de Aduentu Caroli V. Imper. in Italia ibidem 1570. Edidit itē Etrusco carmine Historiam Beatę Mariæ de Loreto, prænotauit. *Il Loreto.* Ibid. 1616. Transtulit eadem lingua *Virgil. lib. 6. Aneid.*

Marcus Antonius Gambarana Ciuis, & Decurio Taurinensis I. V. D. Consiliarius, Senator, & Generalis Aduocatus Regiæ Celsitudinis Ducis Sab. Dominus Gambaranæ, & Chami, & inter Taurinenses Aduocatos notissimę æstimationis. Edidit
Consilia Legalia. Impr. Taurini. In his adsunt. *Consi. pro Fratribus de Gambarana. Pro Jo. Fran. Maletto. Pro Sororibus de Gastaldis. Pro Comitissa Anna Bergera. Pro Dominico Zanone. Pro RR. Monacis S. Bern. Ordin. Cisterciensis B. Mariæ Consolat. Taurinen. Pro Gaspare Francisco Cauegno ex D D. Cauorretti. Pro D. Patrimoniali Ducis Sabaud. contra D. Marchionem Aloysium Gonzagam. Pro se contra Fratres de Ponte, & D. Jsabellam de Judicibus. Pro D Francisco Bernetio,* & pro multis alijs. Edidit item *Orationē Congratulatoriam nomine Realis Comeræ, In Assumptione ad Officium Primi Præsidis Excellentiss. Mauritij Philippæ.* Ibid. 1652. apud Sinibaldum. Aliam in eodem genere. *In Assumptione ad idem Officium Excellentiss. Io. Iacobi Truchij.* Ibid. apud eundem 1663.

Habet

Habet præ manibus mox imprimendum opus doctissimum, quod inscripsit. *De Regio Dominio, & Defensione Iurium, & redditauum Regalium.* Liber hic à viris doctis summoperè desideratur. Gambaranæ Familiæ antiquam nobilitatem, laudes, merita, & gloriam expressit eloquentissimus Emanuel Philibertus Panealbus (de quo suo loco iam scripsimus) in Laurea Cæsaris Octauij Gambaranę Marci Antonij Filij, quam Orationem hìc de verbo ad verbum inserere non sum grauatus, ea autem est

Letos, siuè Oratio in Laureã Illustriss. D. Cæsaris Octauij Gambaranæ SS. Mauritij, & Lazari Equitis.

Patrijs in laribus doctissimi Candidati Cæsaris Octauij Gãbaranæ SS. Mauritij, & Lazari Equitis nobilissimi Ingeniosissimũ vidi Emblema parietibus appictum (Illustrissimi, Reuerendissimi, atq. Excellentissimi Patres) quo mirabilis ille Flosculus, quem Loton Græci vocant, nos Paradisiũ Florẽ in Paradisi fluuio Euphrate pullulantem vocare iure possumus, ad insigne aliquod Familiæ omẽ ac documẽtũ exhibetur. Mirabilis planè flos: cuius natalibus nõ Lucina Phoebi Soror, sed Phoebus ipse geniali sua luce obstetricatur: imò Solis cõgeminus, eodẽ naturæ partu cum Sole procreatur: Hinc tanta illi cum Sole cognatio, tantus amor est vt oculis carẽs, Solem perlustret; ratione carens, eius ortum obseruet, pedibus

 carens,

carens Solem ipsum veluti pedisequus quocumque pergat comitetur. Quinetiam nullis eruditus disciplinis, sine horario horas numerat : sine quadrante sydera cognoscit: Solis ortum, & occasum tam exactè metitur, vt cum Sole ortus, tum Sole occidat : eo fulgente ; aut delitescente : fulgeat, ac delitescat : vt miraculo sit, inter fluuium ac Coelum tanta propinquitas, inter Plantam, & Planetam tanta consensio. Hoc igitur diuino, non hortensis Floræ, sed florentis Fluminis Partu, Virtutũ ille Mæcenas Marcus Antonius Gambarana Candidati Pater synceram animi sui integritatem significare voluit (quã Zoili quidã peruicaces obruere, atroque liuore denigrare conabantur) aliquando tandem emersuram in apertum diem, suisque fulgoribus fallaces obtrectatorum tenebras dissipaturam. Quam sanè generosam innocentis animi sententiam non minus eleganti, quam fatidico Epigrammate hunc in modum declarauit.

CÆrula nocturno latitans sub gurgite Lothos
Surget ab arcanis, Sol vbi surgat, aquis,
Obruat ingenuam tenebrosa calumnia laudem:
Hanc tamen è tenebris extrahet vna dies.

Veridicum sanè Vaticinium. Ecquis enim vestrum non videt insignem eundem Virum, post varios Fortunæ fluctus ad præclarum virtutis atque gloriæ fastigium euectum: Legalibus in studijs egregium Iuris elucidatorem: Politicis in negotijs ferè Principem: in supremis denique Magistratibus tam inti-

intimum, sollicitumque Principis Ministrum; vt Emblematis sui præsagium expleuisse; & inuidiæ oculis nimio splendore offudisse tenebras, videatur. At mihi quidem hodiernum Cæsaris Octauij eius Filij triumphum intuenti, nescio quo Fatorum consentientium præsagio contigisse visum est, vt in arguto Patris symbolo, filij fortuna exprimeretur. Nam in ipsa Loto, quam Homerus primam Deorum voluptati natam florum stirpem nominauit; tria tempora mirantur Physiologi; nocturnum, cum tota latitat sub aquis, atque in arenali thoro cubat; matutinum cum Oriente Sole experrecta, in lucem incipit prodire, meridianum deniquè cum tota erecta gliscit; omnemque foliorum venustatem expandit: triplicem quoque Candidati statum considero: Primæuum, quo rudioris iu ætatis initijs, nullo adhuc doctrinarum Sole illustratum ingenium veluti noctescebat: Præsentem; quo clarissimarum mentium vestrarum se Solibus primùm ostendit; nouisque Apollineæ laureæ frondibus coruscat: Futurum denique, quo ad dignitatum, atque honorum fastigium prouectus, meridiani Solis claritatem miris gloriæ fulgoribus exæquabit.

Ac primò quidem maximè mirandum est, quid sibi voluerit prouidissima rerum Natura, cùm noctiuago sub terras meante Sole, solaris ille flos ab mortalium sese oculis eripit, frondes contrahit, verticem demittit, genicula inflectit, totusque sub alto fluminis gurgite ita prosternitur, vt planè cum Sole perijsse, parique Fato Sol sub Oceano, Lotos sub flumine naufragi, & aqueo veluti sarcophago contumulari videantur.

Diceres florem illum, citrà fabulam, Narcissi fabulam expleuisse, suo in speculo submersum, suis obrutum lacrymis, vndarum ludibrium, Florem denique sine Flore. Diceres nobilissimum Florum Solem in Aquario demersum. Diceres superbum stirpium Phaetontem, iterato lapsu, non iam in Eridanum, sed in Euphratem corruisse.

Neque sanè diuersa est ingeniorum conditio, in obscura primeuæ ruditatis nocte caligantium, Amplissimi Patres: Quid enim est aliud humana mens nullis adhuc doctrinarũ, sapiẽtiæque radijs imbuta, quã vegeta quidẽ, ac diuina quædã propago, nocturnis tamen adhuc circumfusa tenebris, humiq; iacens: Intelligentia sine intellectione: sine ingenio ingenium, flos sine flore? nox inquam humano generi noxia, planeque illumina, cuius Vmbram vocare poßumus infantilem veritatis ignorationem: nebulas, difficultatum inuolucra: nocturnos terrores, à studiis auocamenta: elementariorum formidines, laruas: Sophistarum cauillationes, somnia: conticinium, ignorationis fratrem stuporem, atque inelegantem locutionem. Ac tametsi noctem hanc Coelestia quædam exornent Astra, primores nempè atque ingenitæ rerum notiones; adeò tamen imbecilla sunt ea lumina delitescente adhuc Sapientiæ Sole; vt perplexa mens, allucinari potiùs & hæsitare quam recta intelligere, aut iudicare videatur.

Venio nunc ad alteram mirandæ illius Plantæ fortunam, cum Sole ab Oceani fluctibus exoriente; suum ipsa quoque ab Euphrate caput exerit; atque maiore adhuc parte latens;

attonitis mortalium oculis offert conspiciendum Florem, cæruleum illum quidem, sed nitentibus circumquaque radijs comantem; vt coelesti satum semine, Solisq; prolem esse nemo dubitet: dubitare verò liceat, num magnetica quapiam Solis vi correptus ascendat; an potiùs innato Phoebi amore gelidis sub vndis imflammatus, quod de Clytia fabulantur, sese prodat, vt suauissimo amici Syderis aspectu perfruatur.

Non dissimile spectaculum vobis exhibet Candidatus hodierna die, quam Eoum eius Horizontem, almam lucem, claramque diem appellare iure possumus. Hic enim antelucanis laboribus, atque vigilijs sensim euicta ignorationis nocte, humaniorum litterarum, atque Aristoteleæ disciplinæ (quæ Sapientiæ matutina crepuscula sunt, atque Aurora) eruditione afflatus: nunc tandem affulgente Iurisprudentiæ Sole, palàm sese profert, atque coruscat. Et quid enim aliud est Iurisprudentia, quam matutina Lux Soli simillima? Vt enim Sol inter Astra, ità Iurisprudentia rationales inter facultates Principem locum tenet. Ille totius Orbis, hæc totius Vrbis est splendor, Ille naturalis, hæc ciuilis vitæ auspex: ille inter extrema Zodiaci, hic inter ignoscentiam, atque rigorem mediam tenet æquitatis Eclipticam: ille locorum, hæc litium tenebras clarat. ille inspector ac vigil est mundi oculus; hæc rerum publicarum, Regnorumque custos: ac si tandem solliciti Solis fulgor inertes excutit somnos: Ius etiam ciuile, vti Sceuola dicebat, vigilantibus scriptũ est, non dormientibus. Vt igitur surgente Sole fulgida consurgit Lotos, suosque Coelo flores osten-

ostentat: nonnè visus est vobis persimili miraculo Candidatus noster, perspicuo facundiæ flumine, aureo velut ex Euphrate, tot flores quot verba effudisse: Diuini, Humaniq; Iuris obscuritates depulisse: difficultatum nodos explicuisse: viuacis ingenij, profundæque sapientiæ arcana protulisse: ac florẽte in iuuenta maturum caput, doctaque laurea frondibus dignissimum ostendisse?

Sed quamquã tã eximia candidatũ gloria in præsens adeò illustrat, vt primò velut exortu, emeritis multorum ingenijs antecellat: conijcite quo tandem laudum, atque honorum euẽtura sit ea mens, cum in summo Meridiani cardinis splendore constiterit, omnemque pompam Lotos expandet. Heliotropij miraculum commemorare sæpè audistis, cum Sole se circumagentis etiam nubilo die, omnem tamen admirationem exsuperat Lotos. Nam Heliotropium hærente semper vestigio, & immoto, solidoque Caule, summum tantum cacumen, flauamque faciem conuertit, Solemque contemplatur: Lotos verò, cũ procera, & gracillima sit inter stirpes, geniculis internodijsque plicatilis, ferulacea tenuique caudice, foliatis brachiolis, atque capillamentis numerosa, quibus multifidi, Coeloque concolores insident Flosculi; tam demque imbecilla eneruis, atque fluxa, vt erigi per se neque consistere videatur posse: nescio tamen qua cõlesti virtute animata, vel radiorum nixa fulcimentis, Meridianum mirata Solem sese attollit, vacuoq; librata in æthere fragili ex stirpe iam robusta arbos florulentum verticem, atque frondentia in Coelum brachia molitur, vt vel Solem ad se

raptura, vel à Sole rapienda videatur.

Qualem igitur candidati gloriam, quale Familiæ decus futurum tunc auguremur, cum ad supremũ ætatis Meridiem, ad excelsum laborum, virtutumque axem mens ista vegeta, & erecta faustè, foeliciterpue peruenerit?

Libet hos progreßus præsagire ex antiqua, & generosa Gãbaraneæ stirpis origine, ex Zazio Jureconsulto, Palatinis ab Heroibus in Italiam propagatæ: quorum primus Auspex Caroli Magni Imperatoris assecla; expulso Desiderio Rege in Leumellina ditione, non procul Papiensi Vrbe Italici Regni capite, radices egit: & ex eo stipite decisus ille surculus (quo Candidatus noster effloruit) in Subalpino Solo foelicissimè pullulauit. Nam si suos in ortus exurgunt semina, nihilque ab Heroica indole adolescere potest ignaui quisnam miretur ex Gambarana illa Loto tam foecunda germina ad Eridani ripas, velut ab Euphratis fertilissimo fluctu surrexisse, ac triumphales vtriusque Palladis lauros superasse? Quid enim memorẽ generosos illos Proceres, Guiffredũ, Guidonẽ, Gãdulphũ, Oppicinũ, Federicũ, Ruinum, Manfredinũ, & Albertũ Gambarana Comites; quorum in negotijs solertia, in periculis constantia, ingenij acies in agendo, velocitas in conficiendo, prudentia denique in prouidendo tanta fuit, vt Federicus I. Federicus II. Henricus, Carolus IV. Maximilianus, Carolus & Philippus IV. cum virtutes quæ sunt dispersæ per omnes, hisce in proceribus collectas perindè vt in vna Loto omnium florum miracula, mirarentur: eos vectigalibus immunes

nes, dignitatibus idoneos, sibique domesticos publicis edictis declararunt. Quid memorem Gasparem Gambaranam, qui sicuti Lotos ad Solem, ità ad Principum fulgorem erigens sese, varijsque virtutum floribus decoratus, Serenissimi Mantuæ Ducis Tutelare ministerium gessit; tantaque cum prudentia Pupillarem eius ætatem rexit, vt Equitum Dux, Albæ Gubernator, summos ad honores peruenerit? Neque minori gloria in Ticinensium Iudicum Collegio Gabriel, Thomasinus, Jacobus, Ioãnes, Joannes-Dominicus, Joannes-Andreas, Iacobus-Franciscus, Balthasar, Torquatus, ac Petrus-Frãciscus ingenio, ac doctrina floruere, quã Aquatica Lotos suprà communem florum multitudinem erigatur. Quid de clarissimis Juris-interpretibus Thoma, Joanne-Jacobo, Ioanne-Andrea primo, Iacobo Francisco, ac Ioanne-Andrea Gambaranæ (omitto bus; qui tot Iurisperitorum ingenia ab imis tenebris ad apertam doctrinæ claritatẽ extulerunt, quot migdonia Lotos ad exorientem Solem flores aperit, atque subleuat. Viget adhuc in Hominum memoria Marcoaldus Comes Gambarana, cuius consilio, atque virtute Federicus I. Jmperator in pacandis impacatis Brixiensium, atque Bergomensium animis, grauissimisque ad exteros Principes in legationibus foelicissimè vsus, in Suprema Senatus Mediolanensis Sede Protopræsidem collocauit. Viget Ioannes-Andreas Gambarana, qui Summi Prætoris fasces tanto decore Brixiæ justinuit, vt Romanæ Rotæ Auditor, mox Sacri Tribunalis Antistes, tandem ad Derthonensis Ecclesiæ Insulas

sulas

sulas euectus sit. Viget Ioannes-Iacobus in Romana Curia Supremus Iuris Administer, tum Perusiæ Prolegatus, denique Albinganensis Ecclesiæ Præses, & Præsul. Vigent Iacobus in Mediolanensi Augustali Augustissimus Senator, Gabriel, atque Alexander Mediolanensis Dioecesis Generales Vicarij, omnes ipsa Loto foeliciores: nam si flos ille cum Sole ortus, cum Sole occidit: horum tamen gloria Solis instar emersit, Occasum verò post multos Soles non vidit. Audistis quanta in hac Familia floruerit strenuitas, ac sapientia: non minore tamen Fama pietas floruit, atque Religio. Astruũt tot orbati Pueri sine duce vagantes, à Vincentio Gambarana in Monasterium Colombinæ à se erectum, vt tutó seruarentur collecti; veræ Coeli Columbæ. Astruit Sancti Maioli Religio, cuius semina ab Angelo-Marco Gambarana Sanctissimo Viro sunt iacta, cuius Ordinis primus ipse conspirantibus omniũ votis Generalis est renunciatus, eamque præter Sancti Maioli Monasterium, Diui Geroldi Monasterio Cremonæ, Sancti Bartholomæi in Pago Somaschensi, Deiparæ Lauretanæ Neapoli, Sancti Blasij Romæ, Diuæ Magdalenæ in Januensi Vrbe, Sancti Syri Alexandriæ locupletauit: Itaque vt Vlyssis Comites pelago iactati, cum Loton Tyrrheno in litore inuenissent, eius suauitate capti, Vlyssem, vndasque sequi neglexerunt: mirandum non est, si tanta huius viri sanctimonia tam multi Homines Mundi sequaces delectati, & mundum, & periculosos eius fluctus, atque scopulos effugerunt? Hac igitur foelicissima, atque

 incly-

inclyta è stirpe decisus fuit foecundus ille ramus, qui Ticinēsi è Coelo, Pedemontanum in Solum radices egit, ab eo iam sæculo, tum Guelphi, & Gibellini totam ferè Italiam impijs armis perturbarunt. Sicut enim Phoebo Sacra Lotos, non Martem, non Saturnum, aliumuè aberrantium colit, aut sequitur, sed solum Solem suum, hoc vno fruitur, vnius eius adspectu, & contemplatione delectatur: ita ferreo illo Sæculo, cum dirum, & crudele Martis Astrum, toto Longobardiæ Coelo bacchare tur, Benedictus Gambarana, qui vni sese Phoebo Musarum Principi totum deuouerat; vt tranquilliore in regione serena eius luce perfrueretur, Cychneas ad Eridani ripas ocyssimè perfugiens, amoenissimum elegit ad Alpium radices Buschæ Oppidum vetustate nobile, venustate pulcherrimum; vbi nemorum opacitas vmbriferum nymphis parat theatrum: redolentes flores odoratos pandunt Flore campos, segetum lætitia mæstos recreat animos, aerisque temperies indigenas inuitat ad habitandum: ibique marmora elegantissimis inscriptionibus insculpta: parietes nobilissimis effigiati picturis, excelsa domus eiusdem Prioratus à Constantio Gambarana I.V.D. Yolandæ Ducissæ Theologo celeberrimo à fundamentis erecta: Templa, & Sacella à Ioanne-Antonio Theologiæ Magistro restaurata, ornata, atque opulentissimè dotata; Marmorei denique Sarcophagi, docta Epitaphia, ac pia infirmorum Xenodochia instituta, satis superque Gambaraneæ Familiæ prædicant magnificentiam. Resonant etiamnùm Academiæ huius exedræ gloriosa nomina Illustrium Iurisconsultorum

tatum Iacobi, ac Sebastiani Gambaranæ, quorum facundiam Loto dulciorem experta est hæc Augusta. Resonat Ioannis, Melchioris, Sebastiani, Francisci, ac Ioffredi Gambaranorum virtus: e quibus in almo Iurisperitorum Collegio Priores, & Decani, alij Augustotaurinẽsis, ac Vercellẽsis Urbis Iudices integerrimi perfulgere. Atque vti Lotos ad meridiem semper conuertitur; ita illi perpetuam recti normam respicientes a iusto nunquam declinarunt. Celebrantur Franciscus Candidati Abauus, ac Ioffredus Proauus, ille Caroli Ducis cui nomen Bonitas fecit, hic Emanuelis Philiberti Excellentissimus Archiatrus; à Clemente VIII. Pontifice Maximo familiaribus Epistolis ad suscipiendam suæ valetudinis tutelam accitus. Ut non mireris Apollineas artes excoluisse maxima illa ingenia, cum Apollinis amantissima sit Lotos. Neque tamen Apollini sic addicta fuit hæc propago, vt Martem, Patriæ huius Planetam genialem contemneret. Non vacat ex Candidati nostri Progenitoribus, strenuorum militum album recensere; tot Signiferos, Decuriones, Chiliarcas, Equitum Magistros, atque Tribunos. Non silebo tamen generosa Francisci eius Abaui, atque Aui Leonardi nomina: quorum ille anno 1535. obsesso Busche Oppido à Cæsare Fregusio Gallicæ Classis Præfecto, cum obsidentes obsessorum numerum longissime excederent, cumque ipse obsessæ militiæ Dux esset, cor pro lorica, ingenium pro galea gestans, Francorum exercitum sustinuit, fudit; Oppidum solus Patriæ, ac Principi conseruauit. Leonardus verò magnanimo prorsus dignus nomine, Iuris vtrius-

que Consultissimus, vt Patriæ quoque securitati bellica in tempestate consuleret, Jurisprudentiæ lauream Martiali laureæ connectens, Salutiensis Acropolis Gubernator, à Magno Carolo Emanuele constitutus, Arcem illam à tribus Gallicæ Gentis insignioribus, Memorantio, Schombergo, atque Fortia circumobsessam, ad extremum vsque sustinuit. Huius igitur non degener Filius Marcus Antonius Candidati Pater, vtpotè omniscium Jurisprudentiæ Oraculum, Supremus Regij Patrimonij Aduocatus, prudentissimo Principis iudicio selectus, Regiorum Iurium columen, atque tutela, suæ prorsùs Lotos vaticinium, tam in tenebricosa bellorum tempestate, quàm in serena pacatæ Patriæ tranquillitate foelicissimè comprobauit. Quid igitur tandem de Candidati nostri incrementis vaticinari non liceat, qui tantis ortus natalibus virtutes omnes, omniumque progenitorum laudes in se collegit, atque aceruat. Tempus erit nobilissime Candidate, cum tua tibi virtus immensa decora, fascesque comparabit: nunc futurorum quædam tibi pignora, atque simulacra proferimus: hanc sedem, quæ te suprà honorum Emisphęrium transferat. Laurigerum hoccè diadema ad Stellatam Astreæ coronam prolùdens; hoscè Juris libros, qui Coelestis Libræ Sydereum decus tibi promittunt: Annulum denique qui veluti Gygis annulus, constantem tibi Gygis fortunam polliceatur. Hæc omnia decora, atque inclytæ stirpis ornamenta tua tibi Lotos in Meridiana gloriæ, atque honorum fœlicitate, veraci Symbolo præsagit: quãquam te Loto ipsa foeliciorem meritò iactare possis:

possis: nam arbuscula illa quidem à Meridie ad Vesperam declinãte Sole, suas sese rursum in Euphratis vndas demergit: at tua gloria cum primo Sole orta, cum Summo Sole exaltata; occidente licèt Sole nullum ad occasum deuerget.

Marcus Antonius Natta Astensis I.V.D. omni scientiarum genere ornatus, nec minus pietate, quam doctrina venerabilis, multa scripsit, ea sunt

De Deo lib. XV. Impr. Venet. apud Manutium 1560. in fol.

De Animæ immortalitate lib. 5. Ibid.

De Doctrina Principum lib. IX. Ibidem, & Francofurti 1603. In ijs libris plurima de Veterum Heroum, Regum, Imperatorum gestis, & regimine continentur.

De Passione Domini Dialog. lib. 7. Impr. in Monteregali 1570 in fol.

De Eloquentia Christianorũ. Francofurti 1562, & Venet.

De Pulchro, & de Uniuersi fabrica Mundi lib. 6. Venet. 1567 in fol.

De Festo Paschatis lib. 1. De Fuga Sæculi lib. 1. De Studio Religionis ad Nouitium Monachum. De Poetis, & metris Poeticis lib. 1. 1564.

Dialogus De Oratione ad Deum. Ibid. 1557.

De Locutione Dei. Ibid. 1560 malè scripsit quidam *De Eloqutione. Consiliorum seù Responsorum Tom. 4.* Venet. 1572 in fol. & Lugduni ad Salamandr. in Vico mercatorio 1566.

Ora-

Orationes Academicæ. Ibid. 1560. in 4. In hoc libro continentur. *Oratio in Funere Jo. Francisci Nattæ Patruelis. In obitu Illustr. Hieronymi Hedurnij laudatio; seu Consolatio pro se, & Fratribus; seu pro Familiarum dignitate.* Item; *Cum suscepit Mantuæ Magistratum Rotæ Oratio. Post absolutionem gesti Magistratus alia Oratio. Comment. in 2. Codic. De Vita perfecta. De Poenitentia. De Ieiunio Quadragesimali. De Natiuitate Domini.* Ibid. 1554.
De Bello in Turcas. Impr. Papiæ apud Franciscum Moschenium 1552.
Pro ingreßu Ordinis. Ibid. apud eundem.
De Cooptatione in Collegium de se facta, & pro Iurisconsulti præstantia, & dignitate. Ibid. apud eundem.
In Iasonem supremo eius die. Ibid. apud eundem.
In Ius Ciuile, & Pontificium, & ad Discipulos vt studijs incumbere vellint. Ibid.
Pro Illustri, & generoso Viro Joanne Rotario Vitiæ Domino in eius Funere. Ibid. apud eundem.
Sermo cõtra Iudæos. Liber singularis De Humilitate. Venet.
Additiones ad Consilia Alexandri Tartagnæ. Taurini 1575.
De Libris suis quibusdam, & Argumentis eorum.
De eo scribunt Gesnerus in suplem. Miræus c. 77. Nota Scriptorum Astensium, Posseu. Appar. Sacr. tom. 2. Draudius, & Alij.
Marcus Antonius Nucettus I. V. D. præter sanguinis Nobi-

Nobilitatem, magni ingenij vir ex Dominis Caualerlionis, edidit explicationem
L. Gallus 29. ff. de lib. & Posthum. Impr. Bononię 1547. librum hunc edidit dum adhuc sub Magistri disciplina studijs vacans, discipuli locū teneret, quarè iurè optimo maxima de ipso conceperant homines, sed morte præuentus alia, quæ meditabatur perficere non potuit.

Marcus Antonius Spinula Niciensis Serenissimi Principis Mauritij à Sabaudia Architriclinus, scripsit Italica lingua
Epulario, ò sia, Dialogo dell'apparecchio de' Cibi. Extat M.S. nam morte præuentus edere non potuit.

MARCVS ANTONIVS Thomatis ex Oppido Carrauonicæ, vt ipse in sui libri Frontispicio apposuit, in Principatu Oneliæ, Albiganensis Diœcesis, vir & natalibus, & doctrina illustris, postquam per multos annos Maceratensi Rotæ prę fuisset, ob virtutis, sapientię, prudentiæ, & integritatis famam ad Episcopatum Bitetti in Neapolitano Regno assumptus, Ecclesiam illam summa cum laude administrauit. Tandem ingrauescente ętate Episcopatui renunciauit, & ab Eminentissimo Principe Hieronymo Columna S. Ioannis Lateranensis Archipresbitero eiusdē Sacrosanctæ Ecclesiæ Vicarius, & Iudex Ordinarius constitutus fuit. Et ab Alexandro VII. Summo Pontifice Visitatoris Apostolici Officio decoratus in Ciuitatibus Portuen.

Ho-

Hostien. Velitren. & Albanen. Obijt Romæ ætatis suę ann. 79. Salutis verò nostrę 1665. Edidit
Decisiones Rotæ Maceratensis Tom. 2. in fol.
Ex hac Familia prodierunt viri doctrina, sapientia, & virtutibus eximij. Talis fuit Ægidius, de quo suo loco, talis Franciscus Thomatis Præses Geneuensis tépore Ludouici Ducis Sabaudiæ anno Domini 1455. Talis est Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Marcus Antonius Thomatis Iunior supradicti Marci Antonij Nepos, qui ex Abbreuiatore maioris Pręsidétiæ Litterarum Apostolicarum, & Vtriusque Signaturæ Gratiæ scilicet, & Iustitię Referendario, Astensis dignissimus Episcopus, Ecclesiam illam summo Zelo, & prudentia regit, & gubernat. Talis & Ioannes Dominicus Marci Antonij Frater, cui in Romana Curia successit in Officijs Abbreuiatoris maioris Præsidentię Litterarum Apostolicarum, & Vtriusque Signaturę Referendarij.

Marcus Antonius Vicus à Casali Sancti Euasij I. V. D. & multę æstimationis vir, edidit
Consiliorum Volum. 1. Impr. in Patria 1600.

Marcus Claudius Butetus Sabaudus Camberiensis multę litteraturæ vir, illustris Poeta, scripsit Gallica lingua, & Metro *Ode lib.* 2. Paris. 1560.
Item. *Amaltea.* Continet perplures Sonectos. Lugd.
Poema Heroicum dictum Job.

Edidit

Edidit item *Apolog. pro Sabaudia contra Barthol. Anneau.* Impr. Lugduni apud Angelinum Benoist 1554. in 8. Scripsit etiam multa Carmina Gallicè, & Latinè sparsim impressa.

Marcus Aurelius Barberius à Sancto Germano I.V.D. Aduocatus Fiscalis, & Iuris Ciuilis Lector, scripsit *Orationes varias.* Taurini 1607.

Marcus Aurelius Cusanus Vercellensis, Cathedralis Ecclesię Canonicus, & Monialium Vicarius, vir & pietate, & eruditione, & ingenij nobilitate insignis, scripsit

Historias Ciuitatis Vercellarum, & locorum ipsius Jurisditioni subiectorum.

Marcus Aurelius Rorengus ex Comitibus Lucernæ vir animarum zelo summè laudandus, scientia insignis, & morum pietate venerabilis. Hęreticos sępè disputando confudit, à quibus multas passus est insidias, scripsit Italica lingua librum, quem pręnotauit *Memorie Historiche dell'Introduttione delle Heresie nelle Valli di Lucerna, Marchesato di Saluzzo, & altre parti del Piemonte, con il breue Compendio d'esse, e modo facile di confutarle.* Impres. Taurini 1649. in 4. apud HH Io. Dom. Tarini. *Eßame intorno alla nuoua Confessione di Fede delle Chiese Riformate di Piemonte.* Ibid. 1658 in 4. Viuit vir ab omnibus celebrandus, & continuò in Hęreticos cōuertendo laborat.

Marianus de Raconisio Ordinis Seruorum Beatę Marię, scripsit

Exactam expositionem super Euāgelia Quadragesimalia. Impres. Ferrariæ 1470. De eo scribit Archangelus Gianius Florent. Annal. Sacri Ordin. Seruorum Cent. 4. lib. 2. c. 2.

MARIVS Lausanensis Episcopus; (apud alios habetur, Episcopus Auenticensis,) & verè in subscriptione Concilij Matisconēsis secundi sic legitur. Marius Episcopus Ecclesiæ Auenticæ. Subscripsit igitur anno 588. Concilio Matisconensi Secundo (non 585, vt malè quidam) nam Matisconense Primum celebratum fuit anno 582. Secundum verò 588. Vide Baronium Tom. 7. ad ann. 582, & 588. Vixit in Episcopatu ann. 20, mens. 8, & ex hac vita Sanctissimè discessit ętatis suę ann. 64. pridiè Calend. Ianuarij, sepultus Lausanæ. Scripsit

Chronic. à tempore, quo Prosper Aquitanus desinit, siuè à Consulibus Valentiniano Octauo, & Anthemio, hoc est à Christo 455, vsque ad ann. 581. Petrus Franciscus Chifflettius Societatis Iesu primus publicauit, & Andreas Quercetanus Tom. 1. Scriptorum Hist. Francicę inseruit. De eo scribit Miręus c. 158.

Martinus de Bellay, seu Bellicensis Sebusianus Dominus de Langey, scripsit

Les Memoires contenans les discours de plusieurs choses aduenuës.

nues au Royaume de France despuis l'an 1512. iusque au trespas du Roy Francois I. Impres. Rochelę apud Petrũ Dauantes 1573, Parisijs 1569. in fol. & Geneuę 1594. in 8. Liber hic latinitate donatus impr. fuit in Germania in fol.

Martinus de Clauasio. Claudius Clemens in suo Museo lib. 1. sect. 8. cap. 4. Citat quendam Martinum de Clauasio, sed quid scripserit, non adnotat. ego adhibui quam potui maiorem diligentiam, vt dignoscerem quid scripserit; sed huc vsque adinuenire non potui, quarè solum nudum nomen apposui.

Martinus Francus Sabaudus vir doctrina, prudentia, & in pertractandis negotijs sapientia illustris. Fuit primò Secretarius Amadei Sabaudiæ Ducis, qui in Basileensi olim Concilio, postmodùm Conciliabulo, Summus Pontifex creatus, Felix V. in sua obedientia dictus est: cum autem Martini virtus Orbi nota esset, Nicolaus huius nominis V. Summ. Pontifex in eodem Secretarij Officio illum habuit. Scripsit carmine, & lingua Gallica librum, quem prænotauit

Les Campion des Dames. Impr. Paris 1530.

Martinus de Ruuere Taurinensis ex Dominis Vinoui, seù Viennoui I. V. D. scripsit quędam *Commentaria*, quę citantur à Pingonio in sua Augusta Taurinorum. Vixit ad annos Domini 1470. Ruuereã Familiam antiqua nobilitate clarissimam Pedemonta-

nam esse certissimum est, & ex Pedemontio Sauonam transmigrasse, docet Follietta, cum alijs.

Martinus Salius Vercellensis, vt & nominis sui memoriam posteris relinqueret, & quanti poesim faceret, demonstraret, scripsit

De Poetis. Viuebat anno Domini 1500.

Matthæus Gribaldus Mossa Cheriensis I.V.D. & Poeta, Papię Ius Ciuile magna cum laude docuit, scripsit

De Iure Fisci. Subtiles, atque perutiles Interpretationes in l. rerum mistura, & l. si is qui pro Emptore De Vsucapio. Impr. Venet. 1552. in 8. apud Gualterium Scotum.

De Methodo ac ratione studendi lib. 3. Impres. Lugd. 1566. In his libris multa intermixta sunt latina Carmina, & præcipuè Distich.

Cathalogus Celebriorum Iurisc. sui temporis, & antiquiorum. Impr. Lugd.

Comment. in §. vulgo ad legem Falcidiam. Papiæ 1548.

De omni genere Homicidij. Spirę 1582. & alia.

Matthæus ex Comitibus Sanmartini nobilis Poeta, Sanazzarum imitatus, scripsit Etrusco Carmine librum, quem inscripsit.

La Piscatoria. Egloghe. Impr. sunt Venet.

Matthæus Georgius ex Marchionibus De Carretto Ordinis Minorum vir pręter sanguinis nobilitatem, virtute, scientia, morum suauitate apud omnes magni nominis. A Ioanne XXIII. Pontif. Max. qui & 22 dictus

est

est multis Priuilegijs honoratum, & à sua Religione inter Antesignanos recensitum adnotāt Britius, & Vuadingus, quique illum multa scripsisse inquiūt, sed illa non enumerant.

Matthias Ferrerius à Cabalariomaiore Ordin. Sancti Francisci Capucinorum Philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ Magister, pluries in sua Religione Deffinitor, & Custos, vir pietate, doctrina, & prudentia celebris, scripsit librum, quem prænotauit

Jus regnandi Apostolicum per missiones Ecclesiasticas Religiosorum. Siuè Rationarium Chronographicū Missionis Euangelicæ à Capucinis exercitæ in Gallia Subalpina. In duas part. distribut. Impr. Taurini 1659 in fol. apud Carolum Ianellum. Opus hoc maximè curiosum, & vtile, dignum est, quod legatur, tum vt Capucinorum zelum, erga Catholicā Fidē, quis dignoscat, tum vt confundantur illi maligni, qui putant Sacram de propaganda Fide Congregationem minùs diligenter se habere in procuranda Hæreticorum conuersione.

Matthias Matalea à Lagnasco Monachus Benedictinus vir in Sacris, & Humanis litteris eximius, linguæ Græcæ studiosissimus, Abbas celeberrimi Cænobij Sancti Benedicti de Mantua, deindè totius Cassinensis Congregationis Præses Generalis post duos Officij annos moriens magnum sui desiderium reliquit. Papiæ vbi obijt in Ecclesia Sancti Saluatoris tumulatur.

Scri-

Scripsit doctissimas
Lucubrationes Theologicas.

Matthias Moronus à Ponzono, quod est nobile Opidum Montisferrati Marchionatus titulo Clarum, Medicinæ Professor Casali, Prothophysicus Status Montisferrati, vir doctus, & maximæ experientię, quique ob scientiæ, & virtutis famam electus fuit Ludouici XIII. Galliarum Regis Medicus, edidit Italico sermone vt ab omnibus intelligi posset tractatum inscriptum *Modo di preseruarsi dalla Peste.* Impr. Casali ann. 1630. Vitam cum morte commutauit Casali, sepultusque fuit in Ecclesia D. Pauli addito Epitaphio.

Mauritius Gambarinus ex Morra Astensi Ordinis Capucinorũ Theologus Verbi Dei concionator, Hæreticorum acerrimus expugnator, postquam per multos annos magna Animarum vtilitate in Vallibus propè Pinarolium Hæreses impugnasset, de mandato expresso Summi Pontificis Clementis VIII Tononensi Missioni in Sabaudia destinatus, ibidem ardentissimi zeli insignia monstrauit exempla, edidit librum, quem prænotauit
Catechismo, ò vero Dottrina Christiana e Catholica, con il modo di fruttuosamente occuparsi nelli ordinarij esercitij di Religione Christiana, quale sola tiene la Santa Chiesa Romana, per essere essa veramente Catholica, & Apostolica. Opera, che meritamente si può chiamare, Antidoto contro li Pestiferi Cathechismi

techismi di Geneua, e Caluinisti. In quinque part. distribut. Impr. Taurini 1601. apud Io. Dominicum.

Mauritius à Matre Dei Sabaudus Cãberiensis Ordinis Sancti Augustini Discalceatorum, edidit librum inscriptum

Sacra Eremus Augustiniana. In qua duobus libris breuiter, & compendiosè de Vera Institutione, ac Foelici Progressu Fratrum Eremitarum Discalceatorum S. Augustini differitur, eosque veros esse S. Augustini Filios, & Reformatos demonstratur. Impres. Camberij 1658. in 4. apud Fratres Du-Four. Viuit.

Mauritius Sarralia à Monteregali Ordinis Minorum, edidit *Compendium Summæ Angelicæ*. Impr. Cunei apud Christophorum Strabellam 1628.

MAXIMVS Taurinensis, de quo mentio habetur apud omnes, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis tractarunt. Vir fuit Sanctitate illustris, & doctrina insignis. Gennadius Massiliensis, quem sequuntur Bellarminus, Sixtus Senensis, & alij, scripserunt mortuum esse sub Honorio, & Theodosio Iuniore anno 420, quos sequitur Posseu. in Appar. Sacr. tom. 2. Alij ponunt ad ann. 440. vt Pingonius. Sed profectò hi omnes allucinantur, nam, vt scitè adnotauit Miræus ex Cassiodoro in Chronic. Theodosius mortus est anno Christi 450, & Sanctus Maximus interfuit Romanæ Synodo celebratæ sub Hilario Papa anno Domini

465,

465, vt optimè more suo adnotauit Baronius Annal. tom. 6. ad annum 451, & ad annum 465. Multa scripsit, eaque optima. Videndus est autem Bellarminus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, qui in Sancto Ambrosio adnotauit, quod serm. 69 qui est de S. Eusebio Vercellens. Episcop. & 73. qui est de S. Cypriano, qui inueniuntur inter serm. S. Ambros. sunt S. Maximi, sicut etiam 3, 14, 30, 31, 32, 44, 47, 50, 51, 52, 53, 54, 56. 57, 58, 60, 61, 62, 66, 71, 77, 78, & 82. Extant S. Maximi Tract. seù Homil.

In laudem Apostol. hom. 5. In Natiu. S. Io. Baptistæ hom. 3. De Capitulis Euangeliorum. De Actib. Apostol. De S. Eusebij Vercellen. Episc. Vita hom. 2. De SS. Cypriani, & Laurentij Martirio. De Gratia Baptismi. De Auaritia hom. 2. De Hospitalitate. De Defectu Lunæ. De Elemosinis hom. 2. De eo quod scriptum est in Isaia, Caupones tui miscent aquam vino. De Passione Domini. De Ieiunio Seruorum Dei generali. De Ieiunio speciali Quadragesimæ hom. 3. De Iuda traditore. De Cruce Domini. De Sepulchro Domini. De Officio Missæ. De S. Laurentio hom. 3. De S. Stephano hom. 1. De Resurrectione Christi hom. 4. De Acusato, & Iudicato apud Pilatum Domino hom. 2. De Calendis Ianuarij hom. 1. De Natali Domini hom. 6. De Epiphania hom. 8. De Paschate hom. 5. De Pentecoste hom. 3. De Hostibus Carnalibus non timendis, & Gratijs post Cibum agendis hom. 2. De Poenitentia Niniuitarum. Adsũt.

&

& alia plura eius scripta, vt videre est in impressionibus. Libri autem huius Sancti editi sunt Venet. Basileæ, Lugduni, Coloniç apud Io. Gymnium 1535. Romæ 1564, & alibi, Marraccius notauit optimè quod citatur à multis, nempè à Bandelo in lib. de singul. prærogatiua Concept. Christi c.15, & à Suarez tom.2. in 3. part. disp.3 sect.5. à Valentia tom.4. d.2. Generali q.1. punct. 1. & 2, & alijs, vt videre est apud præfatum, *Sermo De Assumpt. B. Mariæ*, qui tamen inter scripta S. Maximi non habetur. Didacus Maurillus etiam tom. 1. tract.5. disc.3. De Vita, & excellentijs Maris Dei citat serm. S. Maximi *De Annunciat. B. Mariæ*, qui nec habetur. Item Bernardinus Bustensis in suo Mariali. serm.6. De Concept. & Petrus de Moral. in c.1. Matth. lib.3. tract. 1. n. 26. ad probandam puram, & immaculatam Conceptionem afferunt verba ex serm. quodam S. Maximi *De B. Virgine*, qui nec habetur inter ipsius scripta. In nouissima editione Lugdunen. 1632. Theoph. Raynaudi non habentur omnes suprascript. Tract. Cęterum S. Max. fuit Frater S. Leonis Papę, & S. Iusti Monachi, & Martyris, cuius corpus Secusię colitur. Quod apparet ex verbis S. Petri Damiani in honorem S. Max. quæ sunt. *Quid mirum si B. Pontifex Maximus miraculis emicat? Signorum, atque prodigiorum splendore coruscat? dum in illa cœlesti Beatitudine regnat? qui etiam dum in corpore vixit, mirabilis, & insignis apparuit,*

ruit, Beati quippè Leonis Summi Pontificis, & Doctoris vberrimi Germanus extitit Frater.

Melchior Lotterius à S. Damiano I. V. D. in Romana Vrbe Aduocatus celeberrimus, scripsit. *De Re Beneficiaria lib.* 3 Romę apud Corbelletum 1629. in fol. *De Re Beneficiaria lib. Posthumus.* Ibidem apud eund. 1633. Tres primos libr. ipsemet Vrb. VIII. inscripsit, librum autem Posthumum eidem Summo Pontifici à Francisco, Carolo, & Luca Antonio Lotterijs dicatum est. Lotterij scripta in Rebus Beneficiarijs maximi fiunt, & passim tum in Tribunalibus, tùm etiam à scriptoribus citantur.

Melchior Scarauellus Taurinensis Io. Francisci Filius (de quo suo loco) I. V. D. pręclarissimus in Suprema Pedemontana Curia Senator, scripsit.

Aphorismi in materia Jmperij, Jurisdictionum, & Magistratuum antiquorum à Francisco ipsius Nepote collecti, & in lucem editi. Taurin. apud Martinum Crauotum 1566. *In Causa Montis-Cuchi* tam coram Pedemontanis, quam Mantuanis Senatoribus.

Mercurinus Ransus Vercellensis, scripsit Orationem. *Auctoritatum, & Sententiarum, quas eruit à Comœdia falsi Hippocrita, & Melanconici.* Extat impres. in Margarita Poetica 1503.

Michael Barlettus à Ripa propè Cherium I. V. D. Sereniss. Principum Mauritij, & Thomę à Sabaudia Consi-

Consiliarius, vir pius, edidit Tractatum.
Della Santa Messa. Rauedimenti del Peccatore. Taurini 1634. in 8. apud Tismam.

Michael Columbus à Centallo Medicus, & Poeta, dum Latino carmine canit. *De Peste*, Pestifero tactus morbo, vitam peste amisit. Latinum fecit Librum Io. Valuerdi inscriptum *Anatome Corporis Humani*. Addiditq; nouas aliquas tabulas. Venet. apud Iuntas 1589.

Michael Dominicus Pedemontanus, cuius Patriam non inuenio, Ord. Min. S.T.D. & Diuini Verbi zelantissimus Annunciator. Cum totam Italiam ob insanissimas Guelphorum, & Gibellinorum diabolicas factiones exardescere Summa Omnipotentis iniuria conspiceret, latino, sed pungenti stylo in illas inuexit; scripsit enim *Contra Guelphorum, & Gibellinorum Factiones.* Taurini 1522. De eo scribunt Britius, & Vuadingus.

Michael Parpaglianus Sabaudus à Seysello Medicinæ Professor, edidit metricè lingua Gallica *Paraphrasim in Moralia Catonis.* Lugd. 1546.

Michael Angelus Goltius Ciuis Taurinen. Sabau. Ducis Consiliarius, & Status, ac Finantiarum Secretarius, vir summę eruditionis, integritatis, & morum suauitatis; Poeta nobilissimus, cuius laudes nobiliorem postulant calamum; vertit carmine Italico notissimum librum Thomæ à Kempis, seù verius Io. Gersen, vt suo loco adnotauimus, & probauimus.

L'Imitatione di Christo di Th. da Kempis spiegata in Versi, stylo tam nobili, vt iure merito immortalitatis nomē adeptus sit. Taurini apud Zapattam 1658, & Romæ 1659. *Il Quaresimale Poetico*. Ibid. 1655. & 1660. apud Zapattam. *Il Nettuno*. Epitalamium in Nuptijs Ferdinandi Mariæ à Bauaria, & Adelaidis à Sabaudia Ibid. 1650 apud Ferrosinum. *Poetici componimenti per l'Anno Secolare del Famoso Miracolo del S. Sacramento, che segui nella Città di Torino l'ann. 1453.* Ibid. apud Zapattam 1663 in 4. *Le Trasformationi d'Amore.* Epitalami in Nuptijs Caroli Emanuelis II. Ibid. apud eundem 1663 in 4. *Epitalamio nelle Nozze de Sereniss. Ranuccio Duca di Parma, e Principessa Violanta Margarita di Sauoia.* Ibid. 1660. *Oda Epitalamica, e varij Sonetti, e Madrigali soura le Nozze, e gl'amori de' Sig. Filippo d'Este, e D. Margarita di Sauoia.* Ibid. 1645. *Il Giornale dell'Aninia.* Continet Sententias 366. in tot Madrigalibus. Ibid. apud Ianellum 1657. Habet iam prælo paratum Poema *La Legione Thebea. Rime amorose, Heroiche, e Morali.* Volumen hoc dicauit, & misit M. S. Sereniss. Imperatori Leopoldo Ignatio, de ipsius Sacræ Maiestatis ordine: cum enim ad dictam Cęsaream Maiestatem peruenisset libell. de Imit. Christi à Goltio Italico carmine conscripto, intellexissetque Volumen variorum carminum præ manibus habere, per litteras postulare fecit præfatū Volumen. Habet & aliud Volumen. *Rime Sacre.* Librum

hũc missit M.S. ad ipsiusmet petitionem Sereniss. Leopoldo Guilelmo Austriæ, qui vt ostenderet, quanti tale munus faceret, Goltiũ Aureo monili cum Toreumate donauit. Hic Scriptor licet inscribatur Ciuis Taurinensis, tamen est Andurnensis, quod est nobile Oppidum in Prouincia Bugelensi, & Marchionatus titulo illustre, qui tamen postulantibus Ciuitatibus Taurinen. & Hipporegien. quędã scripsit, ideò vtraque Ciuitas ipsum Ciuis priuilegio donauit. Habet prę manibus *La Scorta al Cielo del P. Gio. Bona ridotta in Rima Sciolta.* Viuit virtutum, & Musarum amantissimus, & in dies ingenij sui fœlicissimos partus edit.

Michael Angelus à Ponte Vercellen. vt suam in D. Carolum ostenderet deuotionem, edidit

La Borromeide. Taurini 1630.

Michael Angelus à S. Romulo Sabaudus Ordinis Sancti Francisci, vir omnium linguarum peritia eximius, edidit librum, quem inscripsit

Index, seù Dictionarium vocũ latinarum, quibus exponuntur Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, & Arabicæ. In Concordantijs Hebraicis Marij de Calasio. Romæ 1622 per biennium magno labore, & summa vigilantia præfuit impressioni prædictarum Concordantiarum 4. voluminibus distinctarum. Meminit Vuadingus.

Michael Antonius Salutius ex Salutiarum Marchionibus, & Dominus de Montemalle I.V.D. vt sanguinis nobi-

nobilitatem litteris exornaret, edidit *Consilia Feudalia.* Sparsim impressa. *Volumen Consiliorum* Extat M. S.

Michael Niger dictus à Saluatore Taurinen. Ord Excalceatorum S. Augustini, S. T. Lector, vir non minus scientia, quam pietate illustris; edidit librum, quem prænotauit *S. Nicolaus de Tolentino Elogia XV.* Impres. Taurini apud Io. Sinibaldum 1658.

N



Apolion Iacob à Villafranca Diœcesis Nicien. Medicinæ Professor Vintimilij, vir multæ eruditionis, scripsit librum, quē prænotauit *Napolionis Iacobi Doctoris Iatrophysici, Horarū Subsecivarum, siue Lusuum Poeticorum promulsis Ad R. & Cl. Virum P. F. Angelicum Aprosium ex Ordine Eremitarum D. Augustini Congreg. Consol. Genuæ Exuicarium Generalem, & Aprosiani Athenei Fundatorem.* Asseruatur in præfata Aprosiana Bibliotheca. Angelicus hic Aprosius, cui inscriptus est liber, & quem alibi citaui in hac mea Biblioth. vir est eruditissimus, & omnium scientiarum ornatus cognitione, qui in suę Patriæ Cōuentu nobilissimam, & multiplici plenam librorum numero construxit Biblioth. quique multa eruditissima edidit Opuscula sub ficto nomine, proprio humilitatis

litatis ergo suppresso, & licet ad nos non spectet, tamen vt futuri ipsius cognoscant libros, & ne tum virtuti, tum amicitię deesse videar, hic inserere non sum grauatus. Edidit igitur Italica lingua *Vaglio Critico di Ma otto Galistrai sopra il Mondo nuouo del Stigliani. Buratto di Carlo Gallistrai sopra lo stesso. Sferza Poetica di Sapricio Saprici contro la prima Censura dell'Occhiale dello Stigliani. Veratro del Medesimo sopra la seconda Censura. Occhiale Aristotelico di Scipio Glareano contro lo stesso. Lo Scudo di Rinaldo, ò vero specchio del disinganno di Scipio Glareano. Auuento dell'Osorio Agostiniano portato alla nostra lingua da Oldauro Scioppio. Bellezze della Belisa, Tragedia di D. Antonio Muscetola, di Oldauro Scioppio.* Habet nondùm impress. *Dello Scudo di Rinaldo par. 2. La Grillaia del Glareano. Gl'Otij Estiui sopra il Giudicio Poema di Toldo Constantini. Li diporti Villeschi sopra la Fauola Boscareccia di Pietro Michiele. Le Tauole della Penitenza di Monsignore Antonio Godò Vescouo di Venza portate dal Francese nell'Italiana Fauella.* Latinè verò. *Athenæ Italicæ De Viris Illustribus, qui scriptis Italiam exornarunt.*

Nicolaus Agatia Vercellen. I.V.D. Taurini Senator, vir prodigiosę memoriæ; nam (vt scribit Augustinus Molignatus, qui fuit ipsius contemporaneus, in proemio libri, quem inscripsit, *Quisquiliæ*) totum Codicem memoriæ mandauerat. Edidit *Consilia*. Venet. 1560.

Nicolaus Balbus Auilianensis Dominus Vernonij,

Condo-

Condominus Ceruiere; & ex Ceuæ Marchionibus I.V.D. Regię Cameræ Pręses, doctrina, & integritate illustris, scripsit. *Consilia.* passim impr. alia asseruantur M.S. in Biblioth. Ducis Sabaudiæ.

Nicolaus Basterius à Carmaniola Ordin. S. Augustini Sacram Theologiam in Papiensi Vniuersitate magna cum laude docuit, edidit

Breuis ac vtilis Tractatus de Sylogismo Cathegorico. Carmaniolę apud Bellonum 1590 in 4.

Lucubratissima in Primum Summulæ Pauli Veneti tractatum expositio. Ibid. & Papiæ 1610.

Nicolaus Bellonus Casalensis I.V.D. sapientiæ suę signa posteris reliquit multis editis Tractatibus. In Vniuersitatibus Dolana in Burgundia, & Placentina publicè, & laudabiliter docuit. Scripsit

Consilia 69. in quibus diuersæ materiæ tum in Scholis, tum in Iudicijs vtilissime discutiuntur. Basileę 1544. Lugd. 1550, & Francofurti 1573.

Repetitionum lib. 1. Basil. apud Io. Oporinum 1544.

Tract. in Rubric. Codic. qui admitt. ad bon. posses. De Bonorum posses. Ord. & extraordinarijs. In Rubr. ff. De Officio eius cui est mandata Iurisdictio. Ad quem sit appellandum à Subconseruatore. Supputatorium Iuris lib. 4. In quibus, & nouæ Legum declarationes, & Articulorum Iuris resolutiones habentur. Basil. 1542. & 1544 apud Isingrinium ex Authoris recognitione.

Lucu-

Lucubrationes super vtraq; parte Institutionum. Ibid. apud eundem. *Additiones ad Comment. in Institut. Christophori Portij.* Venet. 1572.

Nicolaus Bellostus dictus à S. Bernardo à Caballario maiore, Congreg. S. Bernardi Ordin. Cistercien. Musis carus, edidit Carmine

Panegyris in Sanctiss. P. Benedictum Abb. Monachorum Occidentalium Patriarcham celeberrimum. Neapoli apud Franciscum de Thomase 1645.

Nicolaus Bersettus Vercellensis ex Comitibus Burōtij Soc. Iesu, vir spectantissimæ prudentiæ, in regendi arte pręstantissimus. Romę instruendorum Nouitiorum curam egit, Neapolis, & Romæ Rector extitit. Romanam deindè Siculam, tandem Neapolitanam Prouincias Præpositi Prouincialis Officio gubernauit, Generalis desideratus, non minus humilis, quā doctus, & sapiēs, edidit Italicè sub nomine Albertini Burontij *Prattica di ben meditare.* Romæ apud Bartholom. Zannettum 1609 in 16. Latinè vero tacito suo nomine. *Breuis Instructio ad rectè meditandum.* Ibid. apud eundem, & Italicè apud Corbellettum 1628 in 16. Item sub nomine Cleontis Torbisi, *La Vita di S. Patritia Vergine.* Apud eundē 1633 Transtulit ex Latino *Ducem Spiritualem Lud. de Ponte.* De eo scribunt Alegambe, & Leo Alatius.

Nicolaus Fallettus à Tridino Poeta non ignobilis,

scripsit Latinè,& Italicè multa *Carmina.* Impr. Casali,& Vener. De eo mẽtio habetur apud Ziliolũ in vitis Poetarum Italię, cuius Originale extat in Aprosiana Bibl.

Nicolaus Farnesius Tononẽsis in Sabaudia vir pius, edidit lingua Gallica

La Vie du Bienheureux Bernard de Menton. Tononi in 12

Nicolaus Garzottus Vercellensis Eremit. S. Augustini Congreg. Lombardiæ Theologus, & Concionator, edidit Italica lingua *Sermoni.*

Nicolaus Gazzelius ab Onelia, & Ciuis Taurinensis I.V.D. eloquentiæ, & Musarum amator, edidit

De Sapientia. Taurini apud Zepattam 1657.

De Lapsu Luciferi. Ibid. Carmen est Epicum.

Nicolaus Loseus Taurinen. Alexandri Filius, I. V. D. Referendarius, & Senator, edidit

De Iure Vniuersitatum. Taurini 1610 apud Pantaleonem de Goffis, & Laurentium Vallinum, Francofurti,& Mediolani. *De Iure Parentum in Bonis Liberorũ. De Rigore, & Equitate Iuris.* Hos duos, etsi absolutos morte præuentus edere non potuit libros.

Nicolaus à Nicia Ord. Min. non Gallus vt malè Posseu. Theologus insignis, primò fuit Conuentus Rothomagensis in Gallia Guardianus, deindè Prouincialis, scripsit multa, ea sunt

Comment. in 4. libros Sentent., pręnotauit *Resolutiones Theologorum.* Rothomagi, deindè Vener. apud HH.

Melchio-

Melchioris Seffæ 1568, & apud Dominicum Ferrum 1574. *Summa siuè Gemma Prædicantium.* Continet plures Sermones. Basil. 1580, & Brixiæ apud Thomam Bozzolam 1585 in 8.
Speculum mortalium De 4. Nouissimis. Parif. 1509. in 8. & 1518. *Æstiuales, & Hyemales Sermones. Sermones De Aduentu duplices, & Quadragesima.* Rothomagi apud Martinum Morinum 1580.
Sermones de Tempore à Dominica 2 post Pascha vsque ad Aduentum. Parif. apud Franc. Regnault. Scribunt de eo Draudius, Posseu. Vuadingus, Iames, & alij.

Nicolaus Romagnanus à Carignano Ord. S. Augustini Congreg. Lombardię S. T. Magister, & in annunciando Diuino Verbo magnæ famæ; nã habebat elocutionẽ copiosam, eloquentem, & dulcem: quinquies fuit suæ Congreg. Vicarius Generalis. *Alberti Patauini Sermones*, qui in Bibliothecis puluerulenti extabant, Typis mandauit, nec non pulcherrima Prętatione, doctisque Obseruationibus illustrauit. Extat in Biblioth. S. Marię de Populo Romæ eiusdem Romagnani latinum M. S. *Quadragesimale*, perdoctum, & morale. Obijt Prior in eodem Conuentu ann. 1450. De eo scribunt Ioseph Pamphilus, & Thomas Herrera.

Nicolaus Stratta Taurinen. Ord. Prędicat. qui fuit à Confessionibus Emanueli Philiberto, vir doctus, pius, & eximiæ prudentiæ, edidit

De Sanctissimo Rosario. Impr. Taurini. Meminit Fernandez.

Nicolaus Totacaballus à S. Germano S. T. Professor, Ord. S. Augustini Congreg. Lombardię, ingenij nobilitate eximius, scripsit

Summam Casuum Conscientiæ, sed morte pręuentus, nec præfatam Summam, nec alia, quę iam mente conceperat, publicare potuit. Habetur M.S.

NICOLAVS II. Pontifex Maximus Sabaudus, vocatus ante Pontificatũ Gerardus ex nobilissima, & antiquissima Familia de Miolano, olim Episcopus Florentinus. In Summum Pontificem assumptus fuit ann. 1058. Senis in Tuscia, vbi conuenerant Cardinales, occupante Benedicto IX. alijs X. Antipapa Sede, & Vrbe Roma. Pontificatum optimè, & summa laude rexit per duos annos, & menses sex; Concilium Generale in Laterano celebrauit, in quo publicauit illud Decretum, quod habetur apud Gratianum dist. 23. super electione Summi Pontificis. In eodem Concilio Berengarium secundò damnatum Palinodiam canere obligauit. Scripsit *Epistolas* habentur apud Historicos.

Nicolinus Ab Ecclesia Salutien. Augustini Filius, qui scripsit Latinè Tractatum.

De Priuilegijs veri Militis. Hunc Tractatum in Italicã linguam transtulit Nicolinus. Impr. 1549, scripsit item Dialogum. *Se l'Huomo, che vuole pigliare Moglie, deue più*

presto

presto pigliare vna Vedoua, ò Vergine. Extat M. S. apud Heredes.

O


OCTAVIVS Asinarus Astensis ex Clerico Regulari S. Pauli ob virtutum, sapientiæ, prudentię, & pietatis famam ad Episcopatum Eporediæ assumptus, edidit.
Oratione Funebre nella morte d'Emanuele Filiberto di Sauoia Figlio di Carlo Emanuele. Panegirici de' Principi della Casa di Sauoia. Impr. Neapoli.

OCTAVIVS Brolia Cheriensis, ex Pręposito Taurinen. Ecclesię, Episcopus Asten. 1623, edidit.
Decreta Synodalia.

Octauius Sagazzonus Benensis I.V.D. Archipresbiter S.Marię de Scala Cheriensis Ciuitatis, Prior SS.Marię Georgij, & Valentini, & Vicarius Foraneus in dicta Ciuitate, vir eruditus, scripsit Italico idiomate.
Discorso Domestico delli Successi di Bene, & de stupendi prodigi, che fra le mura di Bene oprò la Madre di Dio dispensatrice de Beni Celestiali. Extat M. S. apud Canonicos Benenses mox imprimend.

Octauius Ozaschus, seù Cacheranus Asten. Comes Arcis Aratij, & Magnus Cancellarius, vir qua doctrina, qua prudentia, qua nobilitate Summus, cuius scripta maximi fiunt à I.C., sapientiæ suæ signa reliquit

edendo

edendo. *Consilia.* Taur. 1588. *Decisiones Sacri Senatus Pedemontani.* Ibid. 1569, & Francofur. 1599. *An Principi Christiano fas sit pro sui, suorumque bonorum tutela foedus inire, ac amicitia infidelibus iungi ab eisque auxilium aduersus alios Principes Christianos petere.* Ibid. in Volum. Decis. *Addit. ad Communes Doctorum opiniones.* Taurini 1545. Meminit Draudius.

Odoardus Caualleris Nicienſ. Philoſophus, & Medicus edidit Romæ 1661 Frontiſpicium ſanè ſpecioſum libri in folio. *De Medicina Hippocratica Astrologica*, ſed hactenùs ſine libro, qui nuſquam prodijt.

Odericus Carrettus ex Dominis de Malle I. V. D. & Muſarum amantiſſimus. Scripſit Italico carmine *Rime Volum.* 1. Impr. Papię.

Oddonellus Marchandillus Aſtenſ. I. V. D. Patauij ſumma cum laude Ius Ciuile docuit, edidit Tractat. *In l. non puto de Iure Fiſci. In tit. ſoluto matrim. In 2. Codic. qui poſt impig. hab.* Impr. Venet. 1551.

Ogerius Alpherius Aſten. vt ſuæ Patrię monumenta ab obliuione defenderet, ſcripſit *Hiſtoriam Aſtenſem.* Extat M.S. in membrana in Bibl. Ducis Sab. In pręfata Hiſtoria omnia, quæ ad dictam ſpectant Ciuitatem Priuilegiorum, Conuentionum, Fœderum, Pacis, Induciarum, &c Exponuntur.

Ogerius à Tridino Abbas Lucedij, quod eſt Cęnobiũ Ord. Ciſtercien. Diœceſis Vercellen. vir doctrina, pie-

tate,

tate, & prudentia venerabilis, scripsit
De Coena Domini Serm. XV. Extat inter Opera D. Bernardi, cui fuit contemporaneus, vt apparet ex veteri Codice M.S. Illustrissimę Abbatię Staffardæ, qui nunc asseruatur in Regia Sab. Ducis Bibliotheca. De Ogerio mentio habetur in Menologio Cisterciensi ad diē 10. Septembr. & in Monastico Martyrologio Hugonis Menardi, qui eum Oglerum appellat, sicut, & alij Ocelesium. De eodem scribunt etiam Io. Abbas in Catalogo SS. Ord. Cistercien. Angelus Manrique in Laurea Euangelica lib. 3. disc. 7. §. 15. Miręus in Chronic. Cisterciē. & alij. Philippus verò Seguinus lib. 3. SS. Cistercien. c. 20. notat ad Christum conuersum D. Bernardi fama, eumque describit his verbis. *Erat aspectu decorus, vultu hilaris, incessu grauis, in pauperes liberalis, in amicos iucundus, in delinquentes clemens, & in seipsum rigidus.* Hæc ille. In pręfato Codice M.S. habetur etiā eiusdem Tractatus. *De Laudibus Deiparæ Virginis.* Pręter citatos, scribunt etiam de eodem Carolus de Visch in sua Biblioth. in Appendice, Theophilus Raynaudus in suis Erotematibus de Bonis, & Malis libris pag. mihi 151.

OTHO Candidus, alijs est Blancus de Aleramo Casalensis ex Montisferrati Marchionibus à Gregor. IX. ann. 1227. Pontificatus I. in quatuor Tempora mensis Septembr. Anagniæ Diaconus Cardinal. titul. S. Nicolai

lai in Carcere Tulliano creatus, ab Innoc. IV. Episcopus Portuen. & S. Ruffinæ fuit electus. Hic cum Greg. IX ab impio Federico Imperatore iniquè premeretur, Legatus missus est in Angliam, & Scotiam, vt Episcopos ad Concilium, quod Summus Pontifex in Laterano contra Imperatorem indixerat, congregaret: at cum è Legatione reuersus, Genuam perpetuò Catholichissimam Ciuitatem applicuisset, & simul cum Iacobo Episcopo Prenestino, qui etiam ex Gallica, & Hispanica Legationibus reuertebatur, Romam petere paratus esset, vt quæ ab impijssimo Imperatore paratas sciebat terrestres euitaret insidias, nauigia ascēdit Ductore Gulielmo Vbriacco Genuensi viro tum sanguinis nobilitate, tum virtute egregio: at à Classe quadraginta Triremium à Pisanis captus vnà cũ præfato Iacobo in Imperatoris deuenit manus, & per biennium in carcerem vna cum alijs detentus, tandē instante Balduino Constantinopolitano Imperatore, qui tunc temporis Parmæ commorabatur, liberatus, Anagniç Comitijs, in quibus denuntiatus fuit Summus Pontifex Innoc. IV., olim Sinibaldus Fliscus Genuēsis, interfuit. Scripsit. *De Astrologica Scientia.* Obijt Lugduni 1251, sepultusq; est in Ecclesia Predicatorũ.

Otho Lupanus Monferratensis, Græcę, & Latinæ linguæ in Ciuitate Mediolanensi Professor, Orator illustris, Poeta non contemnendus, scripsit *Comment.*

in

in Opus Luciani De Dea Syria, quod ex Græco Latinum fecit. *De Arte Oratoria. Carmina Varia.* Impr. Mediolani.

Ouidius De Amicis Pedemontanus I.V.D., Pronotarius Apostolicus, vir magnæ doctrinę, edidit *De Jure Emphyteutico ex c. potuit Emphyteuta. De locat. & conduct. Cum c. disceptationibus frequentissimis.* Ad Cardinalem Ludouisium. Impres. Romæ apud Facciottum 1622. in fol. Laudatur à Sacra Rota, & alijs recentioribus. *De Primatu Ecclesiæ tam in Spiritualibus, quam temporalibus Tract.* 2. Ad Vrb. VIII. *Addit. in Opus de Jure Emphyteutico.* Ibid. De eo scribunt Allatius in suis Apibus Vrbanis, Sanctorius Vrbinas, qui in suis Annalibus recenset Ouidium de Amicis inter Primarios Iureconsultos, Ludouicus Iacob in Bibl. Pontificia lib. 2.

P

Pantaleo à Carmaniola ex Patria sui cognominis Sacerdos Secularis vir pius, & erga Sanctissimam Virginem singularis deuotionis, edidit Italicè *Del Rosario della B. Vergine lib.* 1 Mediol. apud Bordonũ 1612. Meminit Marraccius.

Pantaleo de Vercellis, seu de Confluẽtia Vercellen. Medicinæ Professor, & in sua arte magni nominis, edidit *Pillularium. De Lacticinijs lib.* 1. Impr. sunt Lugd. 1525. in 4. apud Antonium Blanchardũ, & Papiæ 1568 in

fol. meminit Vanderlinden.

Pasqualis Codrettus Cespitellensis Ord.Min S.T.Professor, Orator facundus, & omnigena ornatus eruditione, edidit *La Vita di Carlo Emanuele primo di questo nome Duca di Sauoia. Compendio della Vita, e miracoli di S. Antonio di Padoua.* Taur. 1645, & Carmaniolæ 1651. *Panagirici Della B. Poala Gambarana Contessa di Bene.* Taurini 1649. *La Serafica Amãte* pro D. Clara Ibid. 1646. *Fragmenti della Vita, e Miracoli di S. Bernardino con vn Discorso.* In Monteregali 1651. *Regola, & Instituto del terzo Ordine, con le Vite d'alcuni SS. di detto Ordine.* Ibid. 1652. *Scorcio della Vita, e Miracoli di S. Chiara; con la Vita di S. Agnese sua Sorella.* Taurini 1647. *Vita della B. Giouanna della Croce.* Cunei 1650. *Vita, e Miracoli di S. Luiggi Vescouo di Tolosa de Minori Osseruanti.* In Monteregali 1551. *Scorcio della Vita, e Miracoli di San Diego.* Ibid. *Ghirlanda d'alcuni Principi Beati della Reale Casa di Sauoia, cioè Del B. Vmberto, Della B. Margarita Del B. Amedeo, e Della B. Ludouica, insieme vn'abbreuiata Serie d'alcuni Huomini, e Donne di questa generosa Stirpe segnalata nell'attioni Spirituali.* Ibid. 1654. *Discorso della Corona Regia.* Taurini. *Schola di Salute, cioè modo di ben confessarsi, e communicarsi.* Ibid. 1654. *Spreggio del Mondo, ò Vita, e Morte della Seren. Infanta Caterina di Sauoia.* Ibid. 1655. *Annotationi della Vita, e Morte della Sereniss. D. Isabella di Sauoia Duchessa di Modena, e Regio.* Ibid.

apud

apud Io. Gislandum, & Io. Franc. de Rubeis 1654.

PAVLVS Britius Braydensis Ord. S. Francisci, postquam egregiè in sua Religione Officijs, & Dignitatibus occupatus, laborauerat, ad Albensem Episcopatum ann. 1642. assumptus, illum summa prudentia, integritate, & affabilitate gubernauit. Scripsit librum, quem prẹnotauit. *Seraphica Subalpinæ D. Thomæ Prouinciæ monumenta, Regio subalpinorum Principi Sacra. In quibus Vrbium, Oppidorum, ac Conuentuum initia describuntur. Procerum ac Familiarum pietas, & nobilitas commendatur, insigniumque doctrina, honoribus, Sanctitate Virorum gesta recensentur.* Taurini apud Io. Dom. Tarini 1647. in fol. *Progressi della Chiesa Occidentale in Sedeci Secoli distinti.* Carmaniolẹ apud Columnã 1648. in fol. Habebat prẹlo paratum 2, & 3. libr. Vita Caroli Emanuelis huius nominis I. Sabau. Ducis. Inscripsit, *Rediuiua Sabaudia.*

Paulus Carraccia Casalensis Ord. Prædicat. S.T. Magister, & in Studio Generali Bononiensi Regens, vir verè doctus, librorumque amator, quod testatum reliquit, construendo nobilem Bibliothecam in Conuẽtu S. Dominici Casalis, varijs, & copiosissimis Voluminibus eximiam. Edidit præclarum Opus Theologis, Iurisc. Confessarijs, & Verbi Dei Concionatoribus vtilissimũ. *De Litterali, & Mystica Iuris Canonici interpretatione, & veritate.* Bononiæ 1617.

Paulus Cerratus Albensis nobilis Poeta, cuius laudes celebrantur à Scaligero, scripsit latino carmine *De Sacra Virginitate lib.* 3. Paris.

Epitalamion Basileæ apud Robertum Vuinter. Preter Scaligerum, de eo scribunt Gesnerus, & Caramella.

Paulus Gilettus à Nicia Sacerdos, subtilissimi ingenij homo, scripsit lingua Gallica

Declarationem Fidei. Tonomi in Sabaudia 1608.

Paulus Gonterius Taurinens. I. V. D. eximius, Ioãnis Filius (de quo suo loco) Vir fuit maximi, & acutissimi ingenij, scripsit *Consilia Legalia* sparsim impressa, quæ subtilitate excellunt. Gonteria Familia, quæ inter Patritias fulget Taurinenses, viros doctos se habuisse gloriatur, vt ex hoc Syllabo colligi potest; Verùm Ioannes Gonterius in Taurinesi Senatu Causarum Aduocatus, ijs est ornatus doctrinę, & sapiẽtiæ caracteribus, vt solus posset illustrare Familiam. Viuat, & ad altiora à proprijs euehatur virtutibus.

Paulus Maiolus Astens. Medicus, qui viuebat 1530 scripsit *Comment. in Hippocr. Opera*. Impres. Venetijs.

Paulus Nitardus Niciensis I. V. D. in patrocinandis causis subtilis, solicitus, & multi nominis, edidit.

Quæstiones in Decreta Gratiani.

Paulus de Philippis à Briga, Sab. Principum Secretarius, humanarũ litterarum amator, non infimę cõditionis Poeta, scripsit. *Cõplimenti misti*. Taurini 1609

Rime

Rime varie Ibid. *La Vita di Filippo Marchese d'Este*. Ibid.

Paulus à Puteo Nicien. in Supremo Taurinen. Parlamento Senator, edidit. *Additiones ad Decisiones Cardinalis Iacobi à Puteo*.

PAVLVS Vincentius Rotarius Aſten. ex Comitibus Montiſgroſſi, Clericorum Regularium S. Pauli, S. T. Lector, & ſuę Congregationis Prouincialis, deinde Epiſcopus Aſten. vir & ſanguinis nobilitate, & ſcientia, & animi candore eximius edidit

Constitutiones Synodales. Aſtę apud Zangrandũ 1660 in 4. E viuis exceſſit 1665.

Perinettus à Pino Sabaudus antiquus ſcriptor, qui viuebat anno 1330; ſcripſit quędam patria lingua, à quibus permulta accepit Pingonius. Extat Pini in Bibliotheca Ducis Sab. M. S. *Chronic. antiquiß. rerum Sabaudicarum vſque ad tempora Comitis Viridis*.

Petrinus Bellus Albenſis I. V. D., Emanuelis Philiberti Sab. Ducis Conſiliarius, ſcripſit. *De Re Militari, & de Bello*. Venetijs 1563. in 4. apud Gaſpar. de Portonarijs. Optimè Poſſeuinus Bibl. Select. lib. 5 c. 8. efformauit de hoc ſcripto iudicium, dicens. In vniuerſo opere præter illa, quæ de re militari tractātur, obitèr multa, quę ad Ciuilem adminiſtrationem attinent, attingũtur, quo nomine omnibus Iudicibus valdè vtilis exiſtimatur. Quin etiam cum breuiſſimè, ſed plenè pleraque contineat, quę de hac materia

mili-

militari Theologi, ac Iurec. ſcripſerunt, exiſtimauerim magnum operę pretium, vt ab ijs, qui ſeſe his negotijs immiſcent attentè legantur. Hæc Poſſeuinus; quę apponenda duxi, vt tanti viri iudicio huius ſcripti dignitatem, & vtilitatem oſtenderem. Extant, & ipſius quędam *Conſilia* in 4. parte Conſiliorum Mandeli. De Bello pręter alios meminit Io. Oporinus in ſua Bibl. pag. mihi 143.

Petronilla Baua Foſſanenſis Monialis in Conuentu S. Margaritę Vercellen. Ord. S. Dominici; optimi iudicij, & pietatis Virgo, edidit

La Vita della Beata Emilia Bicchieri Vercellese, e Monaca dello stesso Conuento.

Petrus Angelius Bargeus, ſeù à Barge (alijs eſt, ſed malè, Petrus Angelus) eximius Poeta, & in Heroico carmine celebrioribus comparandus, ſcripſit eleganti Heroico carmine Poema, quod inſcripſit *Syrias*. Hoc eſt expeditio illa celeberrima Chriſtianorum Principum, qua ductu Goffredi Lotharingię Ducis Terra Sancta à Barbarorum tyrannide liberata eſt. Impreſ. Pariſ. apud Mamertum Pattiſorium 1582., & Florentiæ apud Iunctam 1591. in 4. De hoc Opere ita loquitur Poſſeu. in ſua Biblioth. Selecta lib. 17. c. 17. In Petri Angelij Syriade caſtitas, numerus, amplitudo rerum, ac pleraq; alia ſunt admiranda. Ità, ità, ſed omnia admiranda. Edidit item. *Votiuum Carmen in D. Catherinam.*

therinam. Ibid. apud eundem. *Cynegeticon lib. 6.* Ideſt *De Venatione.* Lugd. apud Gryphium 1561, & Florẽtie apud Iunctas 1568, & tertiò Romæ. Hoc Poema idem Poſſeu. tanti fecit, vt aſſerat, vix eſſe, qui poſſit imitari. *Romana Hiſtoria.* Extant & alia eius ſcripta in nouiſſima editione operum ipſius, vt *De Aucupio lib. 1. Carminum lib. 2. Eglog. 3. Epitalamium.* De eo ſcribunt Draudius, Gaddius, qui adnotauit fuiſſe in Piſano Gymnaſio profeſſorẽ Grœcæ, & Latinę Linguæ, ipſiuſq; obitũ funebri Oratione Io. Baptiſtæ Strozzij ornatum. Ipſe etiam Gaddius Oda, & Elogio virum hunc celebrauit.

Petrus Antebolus fruſtrà à Pedemontano Scriptore inter Sabaudos ponitur: nam idẽmet in ſuo *Tract. De muneribus §.2.n. 35. & §.4.n.107.* loquens de Comite Prouincię vocat illum Dominum ſuum. Fuit enim Delphinenſis loci de Canneto, vixitq; ad annos 1493.

Petrus Badat Nicieuſis vir & rerum peritia, & sãguinis nobilitate illuſtriſſimus. Badata Familia nobilitatem ſe gloriatur habere antiquam ſexcentorum, & amplius annorum. Omiſſis enim Bartholomæo Badat, qui vixit ad annos 1177. Milone Badat ad ann. 1210, Hieronymo Anderotto Badat ad ann. 1381 Dominis Sancti Saluatoris, & Robionis: Anderotto Badat Regni Siciliæ Cambelano ad ann. 1385. alijsq; eiuſdem Familiæ eximijs, & prudentiſſimis viris, habuit

buit Ioannem Badat Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis Familiarem, Ioannem Baptiſtam Ioannis Filiũ pro Carolo Emanuele primo Triremium Pręfectum, mille peditum Tribunum, Vallis Oneliæ, & deinde Villæfranchæ Gubernatorem: Annibalem Badat eiuſdem Caroli Emanuelis Status Conſiliarium, Magnę Crucis SS. Mauritij, & Lazari Equitem, mille peditũ Tribunum, & trium Feudorum Dominum, quæ Feuda nunc vſque in pręfata permanent Familia. Floruerũt & multi alij huius Familiæ præclariſſimi viri, Epiſcopi, Abbates, Equites Melitenſes pietate, ſcientia, prudentia, bellica virtute illuſtres, & celebres, vt de viuentibus taceam.

Petrus autem de quo ſupra, ſcripſit

Hiſtoriam ſuæ Patriæ. Aſſeruatur M. S. in Regia Sabaudię Ducis Bibliotheca.

Petrus Bayrus Taurinen. Prothomedicus, & celebris Lector, multa ſcripſit, quæ à Medicinę profeſſoribus plurimi fiunt, ea ſunt

De Peſtilentia eiuſq; curatione per præſeruationum, & curationum regimen Taurini apud Franc. de Sylua 1507. in 4. & Pariſ apud Rouſſel 1613 *Secreta* Venet. 1507. *De medendis humani corporis malis Enchiridion, ſeu practica, quod vulgò Veni mecum vocant*. Baſil. apud Theodorũ Zuinggerum 1563 in 8. apud Petrum Pernam 1578. Lugd. apud Sebaſtianum Honoratum 1561. in 16.

Fran-

Francof. apud Io. Saurium 1612 in 12. & alibi. *Lexipyretæ perpetuæ Quæstiones & annexorum solutio. De Nobilitate Facultatis Medicæ. Utrum Medicina, & Philosophia sint nobiliores, & digniores vtroque Iure, scilicet Ciuili, & Canonico, quomodouè incedere, & inuicem præcedere debeant.* Taurini apud De Sylua 1512 in fol. Reliquit Volumen. *Orationum inauguralium* quas collegit Thomas Arpinus (de quo suo loco) Aduerte autem, quod vbi apud Gesnerum legitur Petri de Bayro Medici Taurinen. Theologiæ Lectoris ordinarij, &c. est error impressoris, legi enim debet Theoricæ. Vitam cum morte commutauit in Patria, sepultusque fuit in Ecclesia Cathedrali apposita Inscriptione.

D. O. M.

PEtro Bayro, & suæ ætatis Prothophysico, & Patriæ huius Ciui splendidissimo, Pauperumq; Patri liberaliss. Cui ob fidem illibatam, & singularem medendi peritiam Summi Reipub. Christianæ Principes curam sui Corporis demandarunt

Patri optimo, & B. M. Jo. Bartholom. Montis Cinisij Præpositus,

Ut sibi, mestæque Patriæ satis desiderio faceret,

Jd quod vides honoris Hospes F. C.

Obijt Nonagenarius ann. 1558. Kal. Aprilis.

Scribunt de eo Vanderlinden, Darudius, Vuolfangus Iustus, & alij.

Petrus Bocellinus Sabaudus, Chirurgicæ artis Professor, edidit lingua Patria. *Praxim super Contagiosa Lepræ infirmitate.* Lugd. 1540.

Petrus de Bollo Sabaudus Diœcesis Geneuensis Ord. Prædicat. S.T. Magister, vir multæ doctrinę, & eruditionis, edidit *Oeconomia Canonica Officij Ministrorum Ecclesiasticorum, & conseruandi vbique maiorum disciplina. In 3. lib. distribut.* Lugd. 1588 apud Petrũ Landry. Viuebat ann. 1580. Liber hic prodijt exornatus annotationibus per Petrum Matthæum, & edita est ad Calcem Operis *Sacrosanctæ Missæ authentica probatio ex solius Sacræ Scripturæ testimonijs.* De eo scribit Draudius.

Petrus Camanes à Villafranca Nicien. Medicinę, & Chirurgię professor expertissimus, scripsit.

Comment. in 2. libros Artis Curatiuæ Galeni ad Glauconem In his Comment. omnes ferè materiæ, quæ ad Praxim Medicam, & Chirurgicam occurrunt, dilucidè explanantur. Impr. Valentiæ apud Michaelem Soralla 1625 in 4. Meminit Vanderlinden.

Petrus Capellus Nicien. ex Dominis Castel. Musarũ amator, & in Carmine conficiendo non contemnendus, scripsit metricè *De Peste.* Impr. Ibid. 1580.

Petrus Cara à S. Germano I.V.D. vir morum grauitate

tate venerabilis, & in pertractandis negotijs magnæ prudentiæ. A Carolo I. Sabaudiæ Duce V. Taurini Senatoria dignitate donatus, & à Blanca Io. Caroli Amadei Ducis Matre, & Tutrice plurimi habitus est. Legationem ad varios Principes suscepit, & summa cum laude gessit, ad quos latinas sapientia repletas recitauit *Orationes*, quę cum alijs eiusdem, itemque *Epistolis, & Carminibus.* Impres. sunt Taurini apud Petrum Porrum 1520. De eo scribunt Draudius; & Lud. Iacob in Biblioth. Pontificia lib. 2.

Petrus Cheurerius Sabaudus apud Summum Pontificem pro suo Principe Orator, edidit pulchram, quam habuit ad Innoc. VIII. *Orationem.* De eo scribit idem Lud. Iacob.

Petrus Coruesius Cespitellensis I. V. D. scripsit *Super 1. ff. veteris in tit. Finium regend. Probationum testium, & Fidei instrumentorum formæ. De Ratione Artis Tractatus, in quo discernitur, An Ciuilis Scientia methodo tractari possit.* De eo scribit Zilettus in suo Indice.

Petrus Deprè Sabaudus Tononensis Clericorum S. Pauli vir pius, & eruditus; scripsit *Panegyric. in Laudem S. Francisci de Sales.*

Petrus Faber Sabaudus ex Oppido Villareti Geneuensis Diœcesis, Societatis Iesu, notæ Sanctimoniæ, probatę virtutis, & doctrinę vir. Primus fuit ex Decē Socijs, qui Magno, Sanctissimoque Ignatio in funda-

tione celeberrimę illius Societatis adhęſerũt, primuſq; Sacerdos, primus Concionator, & primus S.T.Lector, vt adnotauit Epiſcoporum gloria S. Frãciſcus de Sales in Introduct. ad Vitam Deuotam par. 2. c.16. vbi Magni titulo Fabrum decorat, & verè magnus extitit, vt videre eſt in ipſius Vita ab Orlandino eiuſdem Inſtituti homine deſcripta. Scripſit *Comment. De Rebus ſuis quotidianis.* Quod effecit, ne quid (ita Orlandinus) receptorum à Deo munerum elaberetur, ſed eis retractandis, ac relegendis ad gratiarũ excitaretur actionem, ardentemque amorem tam benefici Patris. Orland. in eius vita lib. 2. c. 2. Mortalem hanc cum immortali vitam commutauit 1. Auguſti 1542.

PETRVS Fenoiettus Sabaub. Anneſſienſis Verbi Dei eximius annunciator, qui ob rarę eloquentiæ, & eruditionis famam Henrico IV. Magno Galliarũm Regi fuit à Concionibus, & ab eodem ob ſcientiam, & virtutes ad Montiſ-Peſulani Epiſcopatum promotus, illum ſumma diligentia, & integritate gubernauit, recitauit *Orationem Funebrem in exequijs eiuſdem Regis*; quam cum alijs ſuis Orationibus edidit.

Petrus Fulconius Nicien. Matematicarum Profeſſor illuſtris, edidit *Siſtema Fulconicum.*

Petrus Joffredus Niciẽ. Ducis Sabaud. Hiſtoriographus, ac Conſiliarius; Patrię antiquitatum indagator, edidit librum, quem inſcripſit. *Nicæa Ciuitas Sacris Monu-*

Monumentis illustrata. Taur.in fol. Typis Io.Iacobi Rustis 1658.In hoc libro præter antiquitatum notitiam, Niciensis Vrbis, Diœcesis,Comitatus, Sanctorum Virorum, & pietate illustrium multa historicè disserit. Addidit *Gesta Præsulum Cemenelēsium, & Niciensium,* nec non *Series Chronologica Abbatum S. Pontij.* Omnia impr. vt suprà. Item. *Ecclesia inter Hæreses.* In hoc libro integram affert Historiam Hæresum omnium, quę ad hęc vsque tempora Sanctam Dei vexarunt Ecclesiam Nondùm quod sciam,est impr.Parat nunc prælo supponere. *Histor. Alpium Maritimarum Dominij Sabaudici tam Sacra, quam prophana. Cursus Quadragesimalis. Panegyric. Funebria. Academica. Sermones de Aduentu. Sermones.* Viuit Patrię ornamentũ, & virtutis amator.

Petrus Lambertus Sabaudus I.V.D. in Suprema Camera ab Emanuele Philiberto Pręses constitutus, vir magnæ prudentię, & summæ integritatis, edidit *Comment.* Citantur à Pingonio. Item. *Memoires sur la Vie de Charles le Bon.* ab ann. 1501 vsque ad 1539.Extat M.S. in Sabaudi Ducis Bibl. Viuebat ann. 1550.

Petrus Leo Vercellen. Humanarum litterarum Professor, & Poesis. Scripsit *Orationes. Epistolas. Epigrammata.* Impr. Mediol. De eo scribit Draudius.

Petrus Martyr cognomento *Morellus*, non *Morallus* (vt malè apud Antoniũ Senensem) de Garexio Ord. Prædic. S. T. Magister, Diuini Verbi Annunciator illu-

illustris, & facundus, scripsit librum in forma Dialogi, quem in nouem partes distribuit, & prenotauit. *Collyrium mentis*. Hunc eundem librum iam latinè impressum, ipsemet italicum reddidit, & Genuæ Typis mandauit 1555. Item. *Compendium frequentiæ diuiniss. Sacramenti*. Impr. in Monteregali 1570, & iterùm italicè Taur. apud Fratres de Caualeris. *De Modo vero præparandi se ad deuotè communicandum. De Virtute Humilitatis.* Librum hunc dicauit Ducissæ Sabaudiæ. *Modus resolutus ac breuis recitandi, & contemplandi Sanctissimum Rosarium*. Impr. 1573. Triginta Contemplationes De Inferno, De Passione Domini; De Gloria Cœlesti pro 30. mensis diebus, prænotauit. *Stimulus æternæ salutis*. Vercel. 1563. Viuebat hic pius, & doctus homo ann. 1570. De eo scribunt Antonius Senensis, Posseu. Alphonsus Fernandez, Io. Michael Pio, & alij.

Petrus Monodus Sabaudus Cambeniensis Soc. Iesu, vir doctrina insignis, morum comitate amabilis, prudentia autem, rerum experientia, & erga suum Principem fidelitate summis cõparandus. A Victore Amadeo Sab. Duce inter Secretos, & confidentiores Consiliarios habitus, & in arduis ocupatus negotijs, in quibus semper laudabiliter se gessit. Ad Regem Christianissimum Ludouic. XIII. pro neutralitate Sabaudi inter Gallum, & Hispanum obtinenda missus, tot rationibus

tionibus Richelium Cardinalem Primum, & Summũ Regis Miniſtrum conuicit, vt ille, qui nullo modo neutralitati aſſentiri decreuerat, in Monodum animum conceperit vindictæ, quam poſt Ducis mortem executioni mandauit. Multa ſcripſit partim edita, partim M.S. aſſeruantur in Archiuio Ducis. Edidit Gallico ſermone *Diſquiſitionẽ Hiſtoricã De Regijs coniunctionibus Sabaud. & Galliæ.* Huius Libri præcipuus eſt ſcopus, vt oſtendat Francorum Reges à Capeto ortos nullis Regum, Principumuè Familijs ſæpiùs, quam Sabaudienſi ſanguini fuiſſe coniunctos. Addidit ſingularum affinitatum Elogium. Impreſ. Lugd. apud Petrum Regaud 1621. Scripſit etiam latina lingua ſub nomine Sabaudici Hiſtoriographi librum, quem prænotauit. *Amadeus Pacificus, ſeu De Eugenij IV. & Amadei Sabau. Ducis in ſua obedientia nuncupati Felicis V. Controuerſijs Comment. in quo continetur acurata Baſileenſis Concilij Hiſtoria.* Taur. apud Hered Dominici Tarini 1624. in 4. & Pariſ. apud Sebaſtianũ Cramoiſy 1626. Abrahamus Bzouius, qui in aliquibus parum acuratè ſcripſit, appoſuit hunc Comment. de verbo ad verbũ ad calcem ſuorum Annalium Volum. XVII, vt quæ de Felice minùs rectè deſcripſerat, caſtigaret,

Eodem nomine Sabaudici Hiſtoriographi, edidit Gallicè

Apologiam pro Sereniſſimis Sabaudiæ Principibus, contra fa-

moſum

mosum incerti Auctoris libellum. Camberij apud Furniũ 1631. In hac Apologia disquirit de ijs omnibus Controuersijs, quę inter Gallos, & Sabaudos vnquam extiteruut.
Item è Gallico latinum fecit librum tacito suo nomine Bartholom. Iacquinotij inscriptum. Ars vitę ex Dei nutu in Sæculo instituendę, pręnotauit *Hermes Christianus.* Impr. Lugd. apud Horatium Cardon 1619.
Elogium Caroli Emanuelis I. Sabaudiæ Ducis.
Vitam B. Margaritæ Sabaudæ Marchionissæ Montisferrati.
Annales Sabaudiæ Ecclesiastic. & Ciuil. De Fauore Principum. Histor. Geneuens. & nascentis in ea Ciuitate hæresis primordia.
Il Capricorno, ò sià Oroscopo d'Augusto Cesare. Taurini 1633. Hunc librum scripsit in Emanuelem Thesaurum, tunc eiusdem Instituti hominem, qui respondit alio libro prænotauit, (vt suo loco diximus) *La Vergine Trionfante, & il Capricorno Scornato, &c.*
Sub eodem nomine Historiograhpi Domus Sabaudiæ italica lingua, edidit
Trattato del Titolo Regio douuto alla Serenifs. Casa di Sauoia, con vn ristretto delle Riuolutioni del Reame di Cipri appartenente alla Corona dell'Altezza Reale di Vittorio Amedeo Duca di Sauoia, Principe di Piemonte, Rè di Cipri, &c. Paratum habebat alium eruditissimum librum, quem pręnotauerat.

Hiero-

Hierologium Alphabeticum verborum, rituum, ac morum Ecclesiasticorum, in quo Sacrorum Ministeriorum apparatus omnis à prima origine explicatur, & cum exteris Religionibus comparatur. Extat ſimul cum alijs ipſius ſcriptis M.S. in Archiuio Sabaudię Ducis, in quadam Arca Sigillo munita: nam cum (vt innuimus ſupra) perplura, eaque grauia tractaſſet Victoris Amadei Status negotiã, poſt illius Prudentiſſimi Principis mortem, licet innocens, nec alterius delicti reus, tamen vt exteris ipſius ſapientiam, ſagacitatem, & fidelitatem abhorrentibus, ſatis fieret, coactus eſt priuatam vitã in Sabaudia ducere, qua occaſione omnia ipſius ſcripta in Archiuio repoſita fuerunt.

Petrus de Orbaßano Ordin. Capucinorum Aſtronomus, & Geometra, duo reliquit Opuſcula, quæ M. S. aſſeruantur apud doctiſſimum, & clariſſimum virum Iulium Torrinum, ſcilicet

Altipolario con dimoſtrationi dell'Immobilità della Terra.

Nuouo Baſtone Geometrico, e ſue diletteuoli operationi.

PETRVS Paludanus ſeù de Palude ex Dominis de Varambon Sebuſianus Ordin. S. Dominici, nobilis natalibus, ſed nobilior virtutibus S. T. D. in Sorbona, Patriarcha Hieroſolimitanus, quem perperam Simphorianus Champier Lugdunenſem, Poſſeuinus in Appar. Sacr. & Bellarminus Burgundum fecerunt. Anno 1316. Vicarius Generalis totius Ordinis electus

 fuit.

fuit. In Testamento Ioannæ à Burgūdia Reginæ Franciæ, & Philippi Regis vxoris facto 20 Augusti 1319. declaratur executor testamentarius. A Philippo Valesio Rege Galliæ nuncius missus fuit apud Soldanum Ægypti, vt obtineret cessationē persecutionis crudelis in Christianos sibi subditos: cū autem reuersus retulisset obstinationē illius Tyranni, & quod nihili fecisset Regis Legationem, cæterorumq; Christianorū Principum, Summus Pontifex ipsi commisit Prædicationem Sanctæ Cruciatæ in Barbarum, quod eloquentissimis orationibus executioni summo zelo mādauit. Multa scripsit, eaque optima, & sunt

Comment. in 4 lib. Sententiarum. Tract. De Confessione. Quodlibeta. De Causa immediata potestatis Ecclesiasticæ. Tractatum hunc Bellarminus egregium vocat.

Postillæ in totam Sacram Scripturam cum sensu litterali, morali & Allegorico. Has Postillas notat Posseuinus, se vidisse M.S. in Biblioth. S. Dominici Paris. & Lugduni.

Sermones in Euangelia, & de Quadragesima sub titulo *Thesaurus nouus.* Impr. Antuerpię 1572.

Cocnordantiæ Sancti Thomæ. Sermones de Resurrectione. Apologia pro Summo Pontifice Romano contra Magistrum Joannem De Pogliac. Asseruantur M.S. in Bibl. Imperatoris Viennæ, vt me docet Posseuinus.

Tractatus De Statu Religiosorum. Diuersæ Quæstiones. Chronic. Regum Hierosolymitarum.

Liber

Liber Bellorum Domini. Hic liber agit de exepditionibus vltra mare, in quo adnotauit perplura, quę reticuęrũt Gulielmus Archiepiscopus Tyri, & alij Scriptores, quod & adnotarũt Stephanus Lusignanus in sua Cypri Historia, & Petrus de Nouimagio in sua Præfatio ne super Comment. eiusdem Paludani in 3 sentẽt. Scripsit etiam septem Volumina. *In Psalterium.* Primum incipit *Implemini Spiritu Sancto.* Opus est doctũ, & optimum. Extat M.S.

De eo scripserunt omnes ferè Bibliothecarum coaceruatores. Meminerunt Diuus Antoninus, Trithemius, Sixtus Senensis, Posseuinus, Bellarminus, Coccinus, Frison in sua Gallia Purpurata, & alij. Gerson vocat eum virum in diuinis, humanisque, ac Canonicis disciplinis profundissimum. Aduerte autem errasse Stephanum Lusignanum, qui in sua Cypri Historia, vbi de Patriarchis Hierosolymitanis tractat, ait, mortuum in Ciuitate Nicosiæ in Regno Cypri in Conuentu Sancti Dominici: nam certum est cadauer humatum esse Parisijs in Ecclesia Prędicatorum, vbi ante Altare Beatæ Marię Pietatis aderat sequens Epitaphium.

Hic iacet Petrus de Palude Ordinis Prædicatorum
Doctor in Theologia
Quondam Patriarcha Hierusalem,
Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace.

Obijt autem ann. MCCCXLI. vltima die Ianuarij.

Quarè errarunt & Albertus Venetus, & Einsingrenius, quorũ primus ponit ipsius obitum ad ann. 1262; alter verò ad ann. 1296.

Nouissimè Ioãnes de Palude Eques, & Comes, ne tanti viri memoria amitteretur, quia iam supra apposita inscriptio corrosa apparebat, Tabulam marmoream nigri coloris in eadem Patrum Prędicatorum Ecclesia erexit cum sequenti inscriptione, quam cõposuit Samuel Guichenonus vir notę virtutis, & eruditionis.

PEtro à Palude,
Patria Sebusiano, Gente Varambonia,
Religione Dominicano,
Patriarchæ Hierosolymitano,
Insigni Philosopho, & Theologo,
Viro supra omnes sui Sæculi, & Ordinis
Siuè pietatem, siuè ortum, siuè doctrinam spectes,
verè Illustri:
Varijs pro Fide ad Soldanum Ægypti Legationibus
Philippi Galliarum Regis iussu,
Honorificè functo:
Peregrinationis Hierosolymitanæ contra Christiani
nominis hostes
Sub Joanne XXIII. Pontifice
Authori,

Authori, & Ductori:
Multis, rei litterariæ bono, & in Theologia, & Historia libris editis clarissimo.
Joannes à Palude Eques, Buligniaci apud Sebusianos Comes, Gentili suo, vt eius memoriam sepulchri antiquitate, & deformitate laborantem, renouaret, grati animi Monumentum posuit.
Anno reparatæ Salutis MDCXXXXIV.

Hic autem aduertendum est, quod Catalogus Ecclesianus dicit nostrum Petrum prædicasse Sanctã Cruciatam sub Ioanne III. Summo Pontifice, Guichenonus in allato Epitaphio sub Ioanne 23. Quod non sit sub Ioanne III. certissimum est, nam hic Summus Pontifex obijt anno 571. vt adnotauit Gabriel Bucelinus in Romanorum Pontificum Successione, noster autem Paludanus viuebat ad ann. Domini 1340, quarè putabam impressoris vitio irrepisse 3. pro 23, sed cum in erratis corrigendis non inuenerim, cui tribuendus sit error, nescio. Nec video quomodo possit dici sub Ioanne 23. qui alijs est 22, hic enim vitam cum morte commutauit anno 1415, vt habetur apud eundem Bucelinum, quarè dicendum puto sub Ioanne 22, qui alijs est 21, qui Ecclesiam Dei rexit ab ann. 1315. vsque ad annum 1334.

Petrus Rache de Raconisio I. V. D. Causarum Aduocatus

uocatus eximius, & magnæ experientiæ, edidit librum; quem prænotauit
Praxis Causarũ Ciuilium. Opus Prætoribus, Proprætoribus, Consulibus, Proconsulibus, Magistratibus, reliquisque iustitiarijs non modo vtile, sed necessarium. Impres. Taurini apud Hęredes Beuilaquæ 1581.

Petrus Raua Caburrensis I. V. D. vt quam studio, & experientia didicerat Causarum praxim, aliorum vsui communicaret, edidit
Practicam Causarum Ciuilium. Impr. Taurini 1581.
Aduerte Lector me hunc apposuisse Scriptorem, ne videar nihil deferre auctoritati cuiusdam Pedemontani Scriptoris, nam hæc practica, ipsissima est Petri Rache de Raconisio.

Petrus Roitius I.V.D. Taurinen. & studiorum amãtissimus, edidit *Additiones ad Decisiones Vincentij de Franchis.* Impr. Taurini apud Hęredes Tarini 1628.

Petrus a Ruuere nobilis Taurinen. Poeta illustris. Cũ in Comitatu Prouinciæ degeret, scripsit Prouinciali idiomate multa. *Carmina.* De eo multa habentur in Vitis Poetarum Prouinciæ, & in Bibliotheca Gallica Antonij Verdier. De eo scribit Ioannes Nostradamus in Vitis Poetarum Prouincię n.mihi 56.pag.mihi 183. Viuebat ann. 1340.

PETRVS de Tarantasia, Posteà electus Summus Pontifex, dictus Innocentius V. Ordinis Prædi-
catorum,

catorum, qui cum inter sui temporis Theologos Princeps haberetur, per multos annos Sacram illam Scientiam in Parisiensi studio summa cum laude docuit. Fuit primo Archiepiscopus Lugdunensis, deindè à Gregorio X. S.R.E. Cardinalis, & Magnus Pœnitentiarius, Hostiensisq; Episcopus electus, interfuit Lugdunensi Concilio celebrato anno Domini 1274. sub eodem Gregorio, in quo præter Missam, Orationem etiam habuit in obitu Diui Bonauenturę Cardinalis; vt constat ex antiquis Diarijs Magistrorum Cæremoniarum, & refertur in præfati Sancti Bonauenturæ Canonizatione art. 4. Mortuo Gregorio Aretij in Etruria vbi tunc congregati erant Cardinales Pontifex Maximus creatus, Innocentij V. nomẽ assumpsit, & postquam Pontificatum menses sex, dies verò 2. gubernasset, vir optimus (ait Platina,) & de quo bona omnia sperari poterant, viuere desijt Romę anno 1276, non Viterbij, (vt malè scribit Ioannes Villani lib. 7. c. 50.) sepultusque fuit in Laterano. Antonius Ciccarelus, Bellarminus De Scriptor. Eccles., & in Chronologia, & Ciaconius quinq; tantũ mẽses Pontificatus illi tribuerunt, sicut & Ioannes Trithemius. Multa scripsit tum in Philosophia, tum in Theologia, & Scriptura Sacra. *De Æternitate Mundi. De Intellectu, & Voluntate. De Veritate Formarum. De Materia Coeli.* Hęc in Philosophicis. In Theologicis verò,
&

& Sacra Scriptura. *In Pentateuchum. In Psalterium. In S. Lucæ Euang. In omnes Epist. D. Pauli lib.* 14. *In* 4. *libr. Sententiarum. Compendium Theologiæ.* Incipit Veritatis Theologicę. *In Cantica Canticorum.*
Eidē adscribunt, quod vniuersam S.Thomæ Aquinatis doctrinā in Compendium redegerit, sed de hac re valdè ob multas rationes dubitò.
Asseruatur *In* 1. *&* 2. *Sententiarum* Petri de Tarantasia M. S. Venetijs in Bibliotheca Conuentus Sancti Antonij Canonicorum Regularium S.Saluatoris, Pluteis XV. XIX, vt colligo ex Tomasino in suis Bibliothec. Venetis M.S. pag. 8. col. 1. M.& pag. 9. col. 2. post P, & in Bibliotheca SS. Ioannis, & Pauli Ordinis Prædicatorum in 1, 2, 3, & 4. Pluteis 2 alterius partis, parte sinistra. Ex eodē ibid pag. 25. col. 2. in F. & Pluteo 2. alterius partis in 1, ibid. pag 2. ante M. Et in Bibliotheca S. Francisci à Vinea Fratrum Minorum de Obseruantia in 3. ex eodem pag. 106. col. 2. P. Et in Bibliotheca Fratrum Conuentualiū Sanctæ Vrsulæ Ordinis S.Francisci extra muros Patauij extat M. S. in 2. Sententiarum, ex eodem Thomasino vt suprà in Bibliothecis Patauinis M.S. pag. 70. col. 2. P. Extat etiam M.S. Petri de Tarantasia in Bibliotheca Cremonensi, quod prænotatur
Postillæ in Epistolas Diui Pauli. Incipit. *Illuxerunt corruscationes tuæ.* Hæ Postillę 14. libris distinctæ extant etiam

etiam M.S. Tiguri in Bibliotheca publica, & Bononiæ in Bibliotheca Prædicatorum, & Toleti in Cænobio eiusdem Ordinis S.Petri Martyris, vt me docet Georgius Draudius in sua Bibliotheca Classica, & in Bibliotheca S. Antonij Venetiarum Pluteo XIIX. Thomasinus qui supra pag. 9. col. 1. M.

De Petro Tarantasiensi quædam mihi adnotanda sunt, & primò ex Bellarmino, qui scribit in libro De Script. Eccles. non defuisse, qui in eius libris plusquam centum propositiones reprehenderent; sed iussu Ioannis Vercellensis Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum sexti in serie, à Diuo Thoma defensas esse, vt nos in Io. Vercell. adnotauimus.

Secundò obseruandum est, Platinam, Ciacconium, & alios scribere Petrum nostrum fuisse Burgundum; sed hic error (vt iam diximus in S. Anselmo) fuit illorum temporum, in quibus Burgundia dicebatur, non solum vera Burgundia, sed & Sabaudia, & maior pars Alpium maritimarum, at Tarantasia propriè in Sabaudia est, & ditionis Sab. Ducis. Iacobus Seuertius in sua Chronolog. Histor. n. 95. §. 1. fecit, (sed malè) Lombardum.

Tertiò aduertendus est error Salutiensis Episcopi, qui fecit Petrum hunc primò Archiepiscopum Tarantasiensem, quod nusquam legitur; sed ex Galliæ Prouinciali ob doctrinæ famam fuit Archiepiscopus

Lugdunensis,& deindè Cardinalis electus. In quo (vt puto) confundit iste bonus Scriptor, Petrum hunc cum Petro Archiepiscopo Tarantasiensi ex Ordine Cisterciensi, qui vt Sanctus colitur, & habetur in Romano Martyrologio,& in Menologio Ordinis Cisterciensis sub die 8. mensis Maij ad ann. 1171, cuius vitam scripsit Gaufridus Abbas (vt suo loco adnotauimus) iubente Lucio Summo Pontifice, quæ extat apud Surium Tom. 3. sub die 8. Maij, seditque tribus annis,eiusque Sacrum Corpus requiescit in Bella Valle, quę est Abbatia Ordin. Cisterciensis in Comitatu Burgundiæ non procul à Vesontione, vt Adnotauit Aubertus Miręus in suis Fastis Belgicis. Ille autem dicitur Tarantasiensis ex Patria, hic verò non quia Tarantasiæ natus, sed quia illius Ciuitatis Archiepiscopus.

Quartò aduerte supinissimum errorem eiusdem Salutiensis Episcopi, qui dicit, interfuisse Concilio Lateranensi ann. 1274, cum tali anno non Lateranense Concilium celebratum sit, sed Lugdunense, in quo adfuit Græcorum Imperator Palelogus cum Patriarchis Hierosolymitano, & Constantinopolitano, factaq; fuit decima quarta (alijs est decima tertia) vnio Ecclesię Græcæ cũ Latina: sed vt Episcopatus dignitati aliquid demus, dici posset impressoris vitio Lateranense loco Lugdunense positum; licet non multis placere

placere possit hæc excusatio, cum in Nota errorum corrigendorum, hic error non adnotetur. De Petro scribunt Platina, Antonius Ciccarellus, Mirçus c.404 Gesnerus, Bellarminus, Ciacconius, Io. Michael Pio part. prima lib. 4, Ab Ecclesia, Sixtus Senens. lib. 4, Posseu. Appar. Sacr. tom. 2. & 3. verbo Innoc. V. & Petrus de Tarantasia, Ludouicus Iocob à S. Carolo in sua Bibliotheca Pontificia lib. p. Claudius Robertus in sua Gallia Christiana, & alij.

Iacobus Seuertius Gallus Doctor Parisiensis, Canonicus, & Concionator Lugdunensis edidit Petri Tarantasiensis, & posteà Innoc. V. Papę Elogium, habetur in Chronologia Archiepiscoporum Lugdunensium.

Petrus Tossarellus Benensis Ciuitatis Aquæ Stratelonum, (vulgò Aqui) Canonicus, musicæ amantissimus, edidit

Madrigali. Sex vocibus cantan. Impr. Mediol. 1570. Tossarella Familia nobilis Pedemontana floret, & nunc Genuę. Viuit Felix Tossarellus Serenissimæ illius Reipublicæ Status Secretarius, vir non minus doctrina, quam prudentia, eruditione, rerum experientia, alijsque insignioribus virtutibus illustris. Filium habet vnicum Andream I.V.D. maximæ spei adolescentem, modestia, morum suauitate, ingenij nobilitate, & præcipuè pietate admirabilem, in quo nihil est re-

perire iuuenile præter ætatem.

Petrus de Vege Sabaudus, Philosophus, & Medicus, vt discordiæ, & dissensiones inter Methodicos, seu Galenistas, & Spagiricos tandem componerētur, edidit librum, quem inscripsit

Pax fidissima, & probatissima Methodicorum, seu Galenicorum cum Spagiricis De Medicinæ pura veritate. Item *Pestis præcauendæ, & curandæ Methodus certissima.* Edidit prætereà pręclarissimū Opus, quod pręnotauit *Gemmula De Epilepsiæ, Podagræ, Hydropis, & Lepræ curatione cum medicamentorum descriptione.* Impr. sunt Lugduni apud Bartho. Vincētij 1619 in 8. Ibid. 1620 in 12. & Genuæ 1628 in 12. De eo mentionem fecit Vanderlinden.

Petrus Andreas Trincherius Niciensis I. V. D. Musarum amator, scripsit

Epigrāmatū lib. 1 Impr. Niciæ 1645. Habebat præ manibus.

De Bello Turcarum, & Gallorum contra Niciam, & alia.

Petrus Antonius Arnaldus à Villafranca Comitatus Niciæ summę spei, & expectationis adolescens, ętatis suæ ann. 17. Edidit Carmen.

Pro Faustissima toti Orbi terrarum Sanctissimi D. Nostri Alexandri VII. Pontif. Max. inauguratione ad Solium Vaticanum. Impres. Mediol. apud Dionysium Gariboldum. 1656.

Scripsit

Scripsit item ętatis suæ anno 16. nondùm completo librum, quem pręnotauit
Il Trigiglio celeste in lode de' nomi Sāti di Giesù, di Maria e di Giuseppe. Ibid. apud Iulium Cæsarem Malatestam 1653. *Elogia in laudem Episcopi Niciensis.* Ibid.
Faustum optatæ pacis Augurium ex Emblemate Alciati, cuius est inscriptio: Ex bello pax. Dissertatio Parænetica. Ibid. 1658.
Poeticæ gratulationes Serenifs. Principi Monecæo Honorato II. Valentino Duci Franciæ Pari, Magno Equiti Sancti Spiritus, &c. Ibid. apud Philippum Ghisulphum in 4.

Petrus Antonius Fundasucca à Tridino Ordinis Prędicatorum, edidit
Vitam Beatæ Magdalenæ Pannatieri, eiusdem loci, & Patriæ Ord. S. Dominici. Impr. Mediol. 1644.

Petrus Antonius Parutia Braydēsis I.V. & S.T.D. vir eruditus, virtutum omnium amator. Hic sparsim multa edidit tam latina, quam italica lingua, quæ in vnum collecta integrum formarent librum, ea sunt *Elogia. Epigrāmata. Sonetti. Madrigali, &c.* Viuit, & plura ab eo sperantur.

Petrus Antonius Plana Bugellensis Medicinæ Professor, edidit librum, quem inscripsit
Methodus, qua curata fuit Febris maligna, quæ anno 1650 graßabatur. Impr. Taurini apud Zapattam 1656.

Petrus Franciscus Arellanus Alianensis Medicinæ Pro-

Professor, omnigena tamen ornatus scientia, & eruditione, optimus Theologus, eximius Philosophus, & Summus Medicus, multa scripsit, sed morte preuentus, omnia quæ scripserat impressioni mandare non potuit. Mirum est, quomodò homo adeo ocupatus in infirmorum curis in Ciuitate Astensi, in qua maiori nobilium parte tum Secularium, tum Ecclesiasticorũ, tum Regularium, tum Monialium inseruiebat, tot libros, non dico componere, sed tantùm transcribere potuerit, & tamen hanc vitam quinquagenarius mortalem exuit. Edidit librum, quem inscripsit

Praxis Arellana super tribus Instrumentis totius Medicinæ, victus inquam ratione, sanguinis missione, & Pharmacorũ administratione. Item super principalibus affectibus tam particularibus, quam vniuersalibus, vna cum quæstionibus Medicis illustrata, &c. Impr. Taur. apud Tarinũ 1610.

Praxis Arellana Theoremata, Præcepta, & Remedia Vniuersalis Medicinæ.

Trattato di Peste. Impr Astę apud Virgilium Zangrandum 1598. in 4.

Latino autem Carmine

Ad Sanctissimum, ac Beatiss. Patrem Paulum V. In Turcarum aduentu contra Cæsaream Maiestatem, omnesq. Principes Christianos. Ibid. apud eundem 1605. in 4.

Ad Serenissimum, & Inuictissimum Carolum Emanuelem Sabau. Ducem Carmen pro Imperatoris auxilio ob Turcæ infesta-

festationem, &c. Ibid. apud eundem 1605.

Auuertimẽti sopra la cura della Contagione. Ibid. apud eundem 1599.

Theses variæ De Trinitate cum argmentorum instant. & responsionum propositarum methodo obseruata. Ibid. apud eundem 1604.

Christianæ Fidei veritatis demonstratio. In qua iactis primo necessarijs quibusdam fundamentis diluuntur opiniones erroneæ, & Christianæ Fidei veritas iustis cõprobatur demonstrationibus. Asseruatur M. S.

Liber Vniuersam Philosophiam naturalem complectens, ab expositoribus quam plurimis excerptus. M S.

Adsunt & alia multa M. S. quæ, sicut & prenotata, asseruantur apud Generosum, & perillustrẽ virum Carolum Antonium Arellanum Præfati Petri Francisci pronepotem, quæ vtinam impressioni mandarentur.

PETRVS FRANCISCVS Ferrerius Bugelensis, & Vercellensis Episcopus à Paulo IV. Prolegatus Bononię creatus, à Pio IV. Nuntius apud Venetã Rempublicam., & ab eodem Presbiter Cardinalis. Vir fuit scientia litterarum, rerum peritia, animi magnitudine, morum affabilitate excellentioribus comparandus. Sacro Oecumenico Tridentino Concilio magna sui laude interfuit, ex quo loco edidit in vtilitatem suæ Ecclesię.

Decreta quę transmissit, & Vercellis imprimi fecit. In-

terfuit

terfuit Conclaui in electione Pij V. Obijt Romę, sepultusque est in Basilica Sanctæ Mariæ Maioris cum sequenti Inscriptione, quam simul cum Statua apposuit ipsius Nepos Guido Cardinalis Vercellensis.

D. O. M.

PEtro Francisco Ferrerio
Tituli Sanctæ Anastasiæ S. Romanæ Ecclesiæ
Presbit. Cardinali
Joannis Stephani Bononien. & Bonifacij Portuen.
Cardinal. ex Fratre Nepoti
Philiberti Eporediens. Cardinalis Frater,
Guido Cardinalis Vercellens. Patruo optimo
Atque optimè de se meritò, posuit.
Vixit ann. 54. Obijt ann. Salut. 1566.
Pridiè Jdus Nouembris.

De eo scribunt Ciaconius in Pium IV, Vghellus in Addition. Petramellarius, & Io. Stephanus Ferrerius in Catal. Vercell. Pręsulum.

PETRVS FRANCISCVS Maletus Vercellensis Canonicus Regularis Lateranensis, primò S. Andreæ Vercellarum Abbas, deindè suę Congregationis Visitator, posteà 1615 Generalis electus, & tandem Episcopus Niciensis. Vir fuit maximę litteraturę, pruden-

tia, &

tia, & pietate insignis, edidit Italica lingua
Historia del B. Amedeo III. Duca di Sauoia. Addita narratione Miraculorum, quæ Deus ipsius meritis, & intercessione operari dignatus est, & Auctorum, qui de eo mentionem fecerunt. Impres. Taurini 1613. apud Ioannem Antonium Seghinum.
Romam à Serenissimis Carolo Emanuele huius nominis I. Sabaudiæ Duce, & Mauritio Cardinali à Sabaudia pro eiusdem Beati Canonizatione missus, ab ijsdem datis ad Sanctiss. Paul. V. Pontif. Max. Epistolis, quibus sociatus Epistolis Romam petijt, & in tractando sibi demandato negotio non minus prudentiæ, quam pietatis optimum specimen dedit. Obijt anno salutis 1631. 4. Decembris. Meminit Pannottus part. 3. Histor. Canonic. Regul. c. 55.

Petrus Franciscus Occlerius à Trino, seù à Tridino Medicus, vt addiscentium commoditati, & facilitati, consuleret, edidit
Delectum Aphorismorum Hippocratis. Impres. Taurini 1592, & Vicentię apud Franciscum Lenium 1610. In qua secunda impressione, sicut & apud Vanderlinden vocatur tantùm Franciscus.

Petrus Franciscus de Tondutis Nicienfis I. V. D. Dominus, & Toparcha loci S. Leodegarij, vulgò, De S. Legier Comitatus Venussini, & S. Officij Auenioni Consultor, vir & antiqua nobilitate, & virtutibus illustris, edidit

Tractatus De Prauentione Judiciali. Tom.2.in 4. Impr. Aueñioni apud Ioannem Piot 1651.
In 2. Thomo adiectę sunt in fine
Decisiones aliquot Rotæ Romanæ, quibus dicta per Authorem corroborantur.

Opus est vtilissimum; nam in ipso continentur omnes cōtrouersiæ, quæ circa præuētiones causarum excitari solent inter Iudices Ecclesiasticos, Seculares, S. Fidei Inquisitores, Episcopos, & alios Superiores, vel Inferiores Iudices tam Ordinarios, quam Delegatos, Criminales, Fiscales, Ciuiles, Militares, Conseruatores Doctorum, Scholarium, Monetariorum, aliorumq; Priuilegiatorum, eorumque Familiarium in Causis tam ordinarijs, quam executiuis, etiam ex scriptura priuata recognita, vel in vim Instrumentorum in aliena Monarchia confectorum intentatis, Euocationibus, Inuentarijs, Discussionibus, Cessionibus bonorum, Iactationibus, Rescisionibus Contractuum, alijsque similibus, breuiter, & resolutiuè deciduntur.

Petrus Franciscus Vercellensis Ordinis Minorum in Sacrorum Canonum scientia versatissimus, multis annis Pœnitentiarij munere in Archiepiscopali Mediolanensi Ecclesia functus, ingenij sui monumenta reliquit, scribendo:

Lecturam in Summam Francisci Cardinalis Toleti.

Lecturam in quosdam Tractatus, siuè Titulos Summæ Angelicæ.

Angelica. Extat M.S. in Bibliot. Cænobij Viridarij, vulgò (Del Giardino) Mediolanenſ.
Comment. in Tertiam Regulam Sancti Franciſci. De eo mentionem fecit Pater Vuadingus.

Petrus Georgius Ricardi Bugellenſis, Regis Chriſtianiſſimi, & Sereniſſimi Principis Mauritij olim Cardinalis à Sabau. Medicus honorarius, Medicinę Lector, & Nicienſium Archiator; edidit Diſſertatiunculã. *De Abuſu Phlebotomiæ in Febribus Epidemicis.* Taur. 1650.

Petrus Iacobus Zouellus à Carmaniola Medicus, cũ attrocia, quæ ex Peſte eueniunt damna proprijs ſpectaſſet oculis, & obſeruaſſet periculis, ſcripſit
Comment. De Peſtilenti Statu. In his Commẽtarijs quicquid ad prçfatum peſtis morbum curandum ſpectat, clariſſimè continetur. Impr. Venetijs apud Franciſcũ Portonarium 1557 in 8. De eo ſcribit Vanderlinden.

Petrus Paulus Niger Vercellenſis Cathedralis Eccleſię Canonicus vir ſingularium virtutum ſplendore ornatus, & in humanioribus litteris apprimè eruditus, ſcripſit eleganti ſtylo *Epigrammata. Anagrammata,* quæ humilis homo imprimi nolebat: amicorum tamẽ obſtrictus precibus tandem excudi permiſſit Vercellis anno 1613.

Petrus Paulus Orengianus ex Dominis Romani, olim Societatis Ieſu, Theologus eximius, Orator illuſtris, ſcripſit, & edidit Italico idiomate Panegyric. prę-notauit

Cuore Naturale, siuè. *La Patria*. Impr. Taurini 1641. *Il Panegirico del Seren. Carolo Emanuele di Gloriosa memoria, Duca di Sauoia.* Ibid. 1654. *Il Cuore Amico, ò sia Gionata.* Lugd. 1640. *La Susanna. Il Cuore Diuino di Maria. La Regina Martyrum. L'Idea di Città ben regolata. L'Instruttione del viuere Christiano secondo lo stato di ciascuno.* Omnia Impressa sunt Taurini.

Philibertus de Bonauilla Sabaudus Ordinis Capucinorum, vir prudens, & pius, Sabaudiæ Minister Prouincialis, scripsit

Vitam Sancti Francisci de Sales. Impr Lugduni 1623. anno autem 1625 eandem vitam iterùm recudi curauit sub hoc titulo

Le Soleil des parfaicts, & vertueux Prelats de ce Siecle le Bien heureux Francois de Sales Euesque, & Prince de Geneue. De eo mentionem fecit Pater Vuadingus.

PHILIBERTVS Millietus Sabaudus vir doctus, & in Pontificij, Cęsareique Iuris scientia versatissimus. Episcopus S. Ioannis de Mauriana postmodū Archiepiscopus Taurinensis, edidit

Concionem in Laudem Sancti Ignatij Loyolę Societatis Iesu Patriarchæ, cuius tamen laudes vix Seraphinorum possent describi calamo. Impr. Taurini 1610. Item Aliam Orationem *In morte Henrici IV. Galliarum Regis.*

Philibertus Monetus Sabaudus à Bonauilla Societatis Iesu vir omni scientiarum genere ornatus, multa edidit, ea sunt *Annuæ*

Annuæ Litteræ Indiarum Societatis Iesu annorũ MDCXII XIII, & XIV. Lugd. apud Claudiũ Cayné 1618 in 8.
Delectus latinitatis rudiore exemplo propositus, acuratius posteà edendus. Impr. Duaci 1625.
Abacus Romanarum rationum, seù De re numeraria Romana, & Græca.
Rupecula capta; Cracina seruata à Ludouico XIII Rege Christianissimo. Lugd. Typis Pilehotte 1630 in 12.
Origo, & Praxis Gentilitiæ Teßaræ Galliæ. Latinè, & Gallicè Lugd. apud Claudium Landry 1631 in 4.
Geographia Galliæ veteris, & recentis. Ibid. per Antonium Pilehotte 1634 in 12.
Paralellus vtriusque linguæ Gallicæ, & Latinæ. Ibid. 1632.
Copulæ partium Orationis vtriusquè linguæ. Ibidem apud Abrahamum Cloquemin 1629.
Inuentarium earundem duarum linguarum. Ibidem apud Rigaud 1655. in fol.
Item sub nomine tamen Vilbonij. *Grãmatica Latina.*
Formularium Artium conflatum ex Scutarijs Symbolis. Hic liber apposito proprio nomine impr. est Lugd. 1631. apud Claudium Landry in 4. De eo scribit Alegãbe.

Philibertus Pingonius Camberiensis Baro Cusiacensis, Dominus Primisellæ, Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis Referendarius, & Consiliarius, & Magni Cancellarij vicegerens, clari nominis Poeta, & Historicus Illustrissimus, cuius summa cum laude mentio-

mentionem fecerunt Gesnerus in suplemento, Ab Ecclesia in Catalogo, Posseuinus tom 3, Iacobus Gaddius tom. 2, Abbas Ghilinus 2. part. Theatri, & alij, multa scripsit, ea sunt

Arbor Gentilitia Saxoniæ, Sabaudiæque Principum. Impr. Taurini 1581.

Apologia in Alphonsū Delbene pro Arbore Tomus Sabaudiæ De Sindone Euangelica, qua inuolutus Dominus Jesus in Sepulchro fuit, quæ asseruatur Taurini. Additi sunt *Hymni. Diploma Pontificium. Epistola Francisci Adurni Soc. Iesu De Peregrinatione Beati Caroli Borromæi ad eam Sindonem.* Impr. Taurini apud HH. Nicolai Beuilaquę.

Tractatus in 12. Tabulas. Index Præsulum Taurinensium. Augusta Taurinorum. Taurini 1577.

Historia Sabaudiæ in 30. partita libros. Extat M. S. in Regia Sabaudię Bibliothec. Viuere desijt Taurini anno 1582, Tumulum habuit in Ecclesia S. Dominici cum sequenti Inscriptione

D. O. M.

PHiliberto Pingonio Cusiacensium Baroni,
Primisellæ Domino
Præsidi integerrimo.
Emanuel. Philib. Patris, & Caroli Emanuel. Filij Sabaudiæ Ducum

Libello-

Libellorum ſuplicum in Supremo Conſilio
Magiſtro.
Magni Cancellarij Vicesgerenti,
Poetæ facundiſſimo,
Hiſtoriographo grauiſſimo.
Et Philibertæ de Breul Vxori
Margaritæ Valeſiæ Sab. & Bitur. Duc.
Aſſeclarum nobilium cuſtodi.
Vixit ille annos LVII. menſ. III.
Obijt Taurini MDLXXXII. XVIII. Aprilis.
Iſta verò ann. LIV. menſ. IV.
Obijt Taurini MDLXXXXI. XVI. Nouembr.
Beroldus Baro, Lud. Ang. Miles, & Carol. Eman. Eques
Filij moeſtiſs. PP.

Aduerte autem, quod vbi apud Gaddium legitur, Arbor Gentilitia Sauoniæ, pro Saxoniæ, impreſſoris vitio tribuendum eſt, ſicut & quod mortuus ſit ann. 1502, legendum enim eſt 1582.

Philippus Buccius à Carmaniola I. V. D. Eques SS. Mauritij, & Lazari, Poeta non ignobilis, ſcripſit Etruſca lingua *Sonetti. Canzoni.*

Philippus Malabayla, aliàs à S. Ioan. Baptiſta Aſtenſis, ex Comitibus Canalis, Congregationis S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis, vir in Hiſtorijs non mediocriter verſatus, qui ætate grandeuus poſtquam in

Congre-

Congregatione Abbatis, Prouincialis, Visitatoris, & Generalis officia laudabiliter exercuisset, animā Deo in Patria anno 1656 reddidit, scripsit italicè, & latinè *Historiam Beatæ Mariæ Virginis propè Montemregalem miraculis corruscātis.* Impres. Paris. apud Io. Heuqueuille 1622. in 4. Italicè verò in Monteregali apud Ioannem Thomam Rubeum 1627.

La Vita di S. Bernardo Abbate di Chiarau alle. Impr. secunda vice Neapoli apud Io. Dominicum Montanarum, & Iacobum Gaffarum 1634.

Exhortationem ad Ciues Astenses ad renouandam maiorum deuotionem erga Sanctos speciales Protectores. Impr. Astæ 1644.

Astam Sacram, in duas partes distinct. quarum prima continet, Vitas, seù Acta Sanctorum, & Beatorum, Secunda verò, Catalog. Episcoporum, & alia spectantia ad res Sanctas eiusdem Ciuitatis.

Scripsit etiam, & recitauit Lugduni

Orationem Funebrem in Obitu Sancti Francisci de Sales.

Scripsit etiam, sed non edidit, quod sciam.

Apolog. in Baronium. Quod Diuus Gregorius Magnus fuit Verè Monacus Benedictinus. Hanc Apologiam M. S. ipsemet præsentauit Baronio.

Disquisitionem De Sancti Brunonis Astensis Episcopi Signiensis ortu, Canonicatu, & recessu à Cassinensibus. Impr. est cum libris Sancti Brunonis.

Edidit

Edidit etiam alium librum, quem prænotauit
Clypeus Ciuitatis Astensis. Liber Apologeticus, varia eruditione de institutione, & iuribus Regni Italiæ exornatus. Impref. Lugd. Sumptibus Michaelis Liberal 1656. in 4. Librum hunc scripsit in Episcopum Salutiensem in suis scriptis minùs dignè sentientē de Ciuitate Astensi. De Malabayla scribunt Marrac. in sua Bibliotheca Mariana, & D. Carolus de Visch in Bibliotheca Cisterciensi.

Philippus à Montecalerio, qui (vel impressorum vitio, vel Scriptorum in curia) alijs est à Monte-Galerio, Ordinis Minorum, vir doctus, S.T. scientissimus, & in concionibus eximius. Scripsit
Comment. in Genesim; & quasdam alias Diuinæ Scripturæ partes.
Sermones De Tempore, seù, per totius anni Dominicos dies. Isti Sermones in Epitome redacti à Ianselmo Canoua Custode Cumano Philippi Consodale impressi fuerūt Lugduni apud Balthasaremè Galliano 1510, & apud Iacobum Myt 1513, & demum 1541. Extant etiam M.S. in 4. Membr. in Biblioth. S. Antonij Patauij Plut XXI, vt habetur ex Thomasino pag. 60. col. 1. ante F. Item in Biblioth. SS. Io. & Pauli in Pluteo VI. ad dextaram extat *Philippi de Montecalerio Postillæ Abbreuiaturæ maioris Incip. Erunt signa in Sole, &c.* Thomasinus qui supra pag. 28. col. 2. P.

Conciones Quadragesimales. Lugd. Istę Conciones M.S. habētur in Magno Volumine in Bibliotheca Aracęlitana Romę incipiunt *Ruth sequens Messorum vestigia.*

Conciones De Sanctissima Eucharistia, & de Sanctis.

Extat etiam quoddam M.S. in Bibliotheca Varmiensi in Borussia Polonię. Viuebat ann. Domini 1340. Ab Ecclesia in Catalogo notat Philippum supranotatos libros scripsisse dū in carcere custodiretur, quod nusquam apud alios lego. De eo mentionem fecerunt Gesnerus, Britius, Vuadingus, Posseu. tom. 3. Marraccius, Henricus Vuilloth. & alij.

Philippus Pasqualis Cuniensis I.V.D. multæ æstimationis, & sapientiæ vir, edidit

Tractat. De Viribus Patriæ Potestatis in 4. lib. distinct. Impr. Taurini 1619. De eo mentio habetur apud Drau diū, & in Catalog. Bibliothecæ Lugduno-Batauæ.

Philippus Ribottus à Pancalerio Ordinis Capucinorum Theologus, Verbi Dei annunciator illustris, in Vallibus Pedemontij Missionum Præfectus, vir zelo Catholicę Religionis, pro qua multa passus est, venerabilis, scripsit Italica lingua Expositionem in Orationem Dominicam, quam inscripsit

Esspositione dell' Oratione del Signore diuisa in quattro parti secondo i quattro Sensi della Scrittura Diuina. Impr. Taurini apud Pizzamilium 1614.

Dichiaratione della Salutatione Angelica. Ibid. apud. eundē.

Ragio-

Ragionamento à modo di disputa fatto tra lui, & un Ministro Heretico delle Valli, Ibid. 1598.

PHILIPPVS Sāmartinus Ab Alladio Eques Sāctissime Annunciatæ, vir in omnibus maximus, eruditione eximius, & in quo quicquid facundiæ, prudentiæ, affabilitatis, doctrinæ desiderari potest, reperitur. Moribus suauis, eloquentia sublimis, sermone eruditus; itaut omnes in ipso elaborando Gratias diceres consumpsisse conatus. Hic cum post Victoris Amadei Gloriosissimi Sabaudiæ Ducis immaturam mortem Primus assisteret Status Minister, & captis à Thoma Sabaudię Principe Regia Taurini Ciuitate, A Mauritio tunc Sabaudiæ Cardinali fortissima Niciæ Arce, Camberij cum Serenissima Chistina Ducissa Vidua Caroli Emanuelis II. tunc Pupilli Ducis Tutrice, cōmoraretur; ab Armando Cardinali Richelio, qui vna cum Gallorum Rege Ludouico XIII expresè Gratianopolim aduenerat, tentatus fuit omnibus in vsum adhibitis artis, & minarum viribus, vt Mommiliani insigne, & inexpugnabile Sabaudiæ propugnaculum Gallo concederetur: at noster Sanmartinus petitionis atrocitate commotus, nec donorum magnitudine, nec minarum terroribus moueri potuit, vt tam iniustæ, & suo Principi damnosæ assensum pręberet petitioni, quarè summè iratus Cardinalis, quod re tanti momenti infecta discedere cogeretur, quia virum fi-

delitate summum nullo modo expugnari posse sperabat, dissimulata tamen ira, aliquo elapso tempore, Taurino recuperato, inter Heroum Conuiuia retineri fecit, & ad Syluam Vicennę in Gallia perduci, vbi per duos annos detentus, scripsit librum, quem prænotauit

La Prigionia di Filindo il Costante.

Et quia ex illo carcere plurimum sibi honoris, & gloriæ, & præcipuè summæ fidelitatis nomen acquisitum sciebat, ideò Libri Frontispicium fasciculo catenarũ ornauit, addito ex vna parte dicto *TORQVENT, ET DECORANT*, & ex alia *ILLVSTRANT DVM VEXANT*. Extat M.S. apud eundem. E viuis autem Richelio sublato Pręfatus Galliarum Rex Ludouicus XIII. Philippum è Sylua eductum, & libertate donatum Parisijs in Aula habere voluit; & quia viri virtutes quadam naturali Sympatia admirabatur, apud se retinere decreuerat, ipsiusque vti in multis ministerio negotijs, & multis gratijs, & honoribus decorauit. Verum paulò pòst ipso Rege defũcto Anna Austriaca Regina Vidua ad propria redire permisit, & tum præfata prudentissima Regina, tum Dux Aurelianensis Regis Frater, & Princeps Condęus Epistolis per ipsos datis innocentiam Philippi talibus declararunt verborum terminis, vt inter præclara Sanmartinę Familiæ Ab Alladio monumenta nihil illustrius, nihil

nobi-

nobilius, aut dignius desiderari possit, Serenissima autem Chistina à Francia Sabaudiæ Ducissa, vt tam eximia irremunerata non remaneret fidelitas, & constantia, Torquatum Equitem creauit, addita Suprema Regiæ Domus Pręfectura; quarè ipsemet optimè, & symbolicè scribere solebat EX TORQVE TORQVEM

Vt autem, quę diximus manifesta constent probatione, grauati non sumus hìc de verbo ad verbum apponere Epistolas Gallica lingua conscriptas, quas Augustissima Anna Austriaca Franciæ Regina, & Dux Aurelianensis Christinę Sabaudæ dederunt.

Epistola Reginæ Galliarum.

Ma Soeur,

IE ne doibs point, ce me semble, entrer à iustifier ce, qui à estè fait du passè, ny à blasmer les actions, qui ont estè autorisees du nom du Roy Monseigneur. Ie en ay veu qui m'ont percè le Coeur, & luy auant que de mourir à bien fait connoistre par sa conduite, qu'il en auoit tollerees quelques-vnes, qu'il n'auoit pas approuuez. De reietter maintenant la faute sur ceux, ausquels il auoit sa confiance, i'en fait difficultè, pour ne blesser en quelque sorte la memoire d'vn si gran Roy. Il fut persuadè, que le bien de son Seruice, & le repos de la Maison de Sauoye, dont il desiroit la reunion, l'obligeoient

obligecient à se saisir de la personne du Conte Philippes, il y consentit, & l'ayant en ses mains, le fit traitter auec tant de douceur, qu'il en estoit aysè à connoistre, qu'il n'auoit point de suiet de luy faire aucun mal, & qu'il en sentoit d'auoir blessè la Souuerainetè d'vne Soeur, qui luy estoit si chere, que vous: il fut esclaircy des raisons, qu'on auoit alleguees, & ne les ayant pas approuuees, il luy rendit la libertè. voulut pourtant qu'il demeurat en sa Cour; ou n'ayant sceu quitter le desir de vous aller rendre ses Seruices, i'ay consenty à son dessein, que i'ay trouuè d'autant plus raisonnable, que sa conduite en prison, & en libertè ont donnè à connoistre, qu'il n'auoit iamais manquè de respect, ny de fidelitè; si celle qu'il à eue pour vous, ne vous le rendit recommandable, ie vous prierois de l'auoir en consideration; mais c'est, ce me semble, bleßer, ou vostre iugement, ou sa conduite que d'entrer en ces termes. Pourtant sur l'asseurance, qu'il m'a donnè de perseuerer en son deuoir enuers vous, & mõ Neueu, & de demeurer liè au Seruice de la France, comme vn Suiet d'vn Prince, qui m'est si cher, que vostre Fils le peut, & le doit estre; ie ne craindray point de vous dire, que ie seray bien ayse, qu'il recoiue de vostre bontè la protection dont vous honnorez vous fidels Subiets, & Seruiteurs, & qu'il reßentira tousiours les effects de la mienne Royale. Ie suis

A Paris, ce 3. d'Aoust 1643.

Vostre bien bonne Soeur
Anne.

Et plus bas *Delomenie.*

Sequitur

Sequitur Epistola Ducis Aurelianensis pro eodem Comite Philippo.

Madame ma Soeur,

IE n'ay pas eu moins de ioye de l'entiere libertè, que leurs Maiestez ont donneè au Comte Philippes, que ie ay eu de douleur, & deplaisir, lors que ie sceus, que sans aucune meure deliberation, mais par l'animositè, & passion particuliere du Cardinal de Richelieu, il auoit estè arrrestè prisonnier. Ceste procedure si extraordinaire contre vne personne innocente, & ou vostre auctoritè auoit estè si fort bleßee, fut trouueè tellement estrange, que incontinent apres la mort du dit Cardinal, le feu Roy Monseigneur, & Frere ayant estè mieux informè de la sincerité de ses intentions, le tira du Bois de Vicennes: mais comme ce n'estoit pas assez pour la iustification d'vn Gentil-Homme de son merite, ie vous asseure, que ce m'à estè vn suiet de satisfaction tres sensible, de ce que leurs Maiestez luy ont permis de s'en retourner, & luy ont donnè moyen de faire paroistre à tout le Monde, qu'elle à tousiours estè la fidelitè de ses Seruices, apres luy auoir donnè ceste marque de leur estime, J'en ay vne si particuliere pour luy, que i'ay desirè vous en rendre ce tesmoignage, vous asseurant tousiours, que ie suis de tout mon Coeur.

Madame ma Sœur
A Paris ce 14. Iuillet 1643.

Vostre humble Frere
Gaston.

Haben-

Habentur & plures alię perpulchræ, & doctę poeticæ compositiones Sanmartini, quę sparsim impressunt, licet sine auctoris nomine.

Philippus a Rouiliasco Eques Ierosolymitanus vir multiplici litteratura, & ense strenuus, qui tamen falacissimæ Arti Chimicæ deditus, more huius farinæ hominum, damnatissimę Negromantię aliquo tempore operam dedit, vt sic ad imaginarium Philisophorũ lapidem tandem aliquando perueniret, verum Dei ineffabili misericordia, pœnitentia ductus in Finibus Calebriæ Heræmiticam vitam ignotus amplexus in magna pręceptorum vixit obseruantia, & cum Sanctitatis fama vitam finiuit. Scripsit librum, quem prępnotauit

Practica Operis Magni. Impr. Lugduni apud Io. Serteur 1584. cum Philippi Aureoli Theophrasti centum curationibus. Habetur etiam in Theatris Chimicis.

Philippus Vagnonus à Montecalerio. Huius nobilissimi viri notitiam habui ex quodã Dictionario Geographico M. S. quod asseruatur in Vaticana Bibliotheca, vbi dum agit de Montecalerio, hæc habet verba. Hæc fuit Patria Philippi Vagnoni Poetę suauissimi, qui scripsit

Elegantissimas Satyras metro Elegiaco, & alia multa Poëmata. Dictionarium illud scriptum fuit tempore Sixti IV, qui ad Pontificatum assumptus fuit anno Domini

mini 1471. Librum ſuum prenotauit *Liber Deliciarũ*. In Eccleſia Sancti Franciſci Montiſcalerij, vbi ipſius Cadauer conditum iacet, extat, & ipſius Statua Marmorea Lauro coronata, ex qua quidam Scriptor parùm prudentèr adnotauit fuiſſe Poetam coronatum, quòd nuſquàm adinuenitur, nec ſi verum eſſet, reticuiſſet Dictionarij Scriptor.

Philippus Maria Roffredus, alijs, *Rasfredus* à Cheraſco I. V. D. Fiſci Aduocatus, in Taurinenſi Vniuerſitate Iuris Ciuilis Lector, & in Supremo Pedemontiũ Parlamento Senator, ſcripſit Latino idiomate
Dialog. De Admirabili, nouoque myſterio Beatæ Mariæ Vici à Monteregali. Impr. Taurini apud Beuilaquam 1596. in 4. *Tract. De Peſte.* Panegyric. ſeù Orat. *In foelicisſimo ingreſſu Catherinæ Auſtriacæ Sabaudiæ Duciſſa.* Ibid. 1585. De eo ſcribit Draudius.

Pompeius Saluius Cherienſis I. V. & S. T. D. & Canonicus, vir eruditus, edidit Italico idiomate
Oratione nelle Eßequie di Franceſco Maria Broglia Luogotenente Generale delle Armi del Rè di Francia. Impreſ. Taurini 1656.



R

*Aymundus Feraudi* Dominus Illontię in Comitatu Niciensi, vir & calamo, & pietate, & nobilitate insignis, iubente Maria Vngara Caroli II Hierusalem, & Sicilię Regis Vxore vulgari Prouinciæ Narbonensis metro scripsit *Vitam Andronici Ungarorum Regis Filij, siuè, Sancti Honorati Lerinensis, posteà Archiepiscopi Arelatensis*. Multa insuper *In Laudem Roberti Regis Neapolitani cecinit*. Tandem Sęculo vale dicens, Lerinense celeberrimum Cęnobium ingressus, plenus meritis, & virtutibus optimo fine quieuit.

Raymundus Turcus Astensis ex Dominis Montis-Bersarij studiosissimus homo, scripsit *Facta Ciuitatis Astensis sui tẽporis*. Citatur à Malabayla.

Raynerus Peruca Vercellensis Medicinę Professor, vt suam artem ab inimicorum defenderet maledictis scripsit librum, quem prænotauit *Apologia de Medici*. Hanc Apologiam edidit in responsionem ad librum Raphaelis Carrarę, qui alium librũ publicauerat inscriptum, *Confusione de Medici*. Impres. sunt Mediol. apud Ludouicum Monzam 1655.

Raphael Pererius à Ciriè Ordinis Sancti Augustini Congregationis de Obseruantia Lõbardię, non ignobilis

bilis, Theologus, Concionator illustris, & pietate venerabilis, edidit Italico Idiomate
Raccolta delle Indulgenze della Compagnia della Cintola.
Trattato del Pane benedetto di S. Nicolò.
Orat. in Laudem Diui Augustini habita in Capitulo Generali.

Raphael Toscanus à Monteregali Poeta, & Musis carus, edidit anno Domini 1585. Carmine Etrusco Poema
De Nuptijs Caroli Emanuelis Magni, & Catherinæ Austriacæ Filiæ Philippi II. Impr. Taurini. De eo mentionē facit Comes Bonardus in suo Archiuio Historico.

Redemptus Baranzanus Vercellensis Clericus Regularis Sancti Pauli, vir summi ingenij, imò monstruosi, quique Philosophię abditissima quæq; diligentissimè perscrutatus est; itaut in Philosophicis vsque ad nauseam saperet. Linguas Grecam, Hebraicam, Chaldaicam optimè possidebat. Tononi in Sabaudia Philosophiam magna sui laude docuit. Sæpè Geneuam incognitus, & mutato habitu ad disputandum de Philosophicis materijs, vt à philosophia ad Sacram eos perduceret Theologiam, abijt. Sui memoriam posteris reliquit, edendo libros, quos prenotauit
Nouæ Opiniones Physicæ. Impres. Lugduni Sumptibus Io. Pilehotte 1619. in 8.
Uronoscopia siuè De Coelo. Ibidem apud Fratres Chouet 1617 in 4.

Campus Philosophicus. Ibid. apud Barthol. Vincẽti 1620. Verùm, quia qui nimis proprio credunt iudicio, & volunt plus sapere, quàm oporteat sapere, erroribus subijciuntur permultis; dum finem Mundi, de quo Dominus Iesus interrogatus à discipulis, illa respondit difficilia verba. Nec Filius Hominis, &c. Certo anno, iam tamen elapso, asserere temerè ausus est, quasdam passus est tribulationes. In ętatis suę flore morte pręuentus, quę vir subtilissimus mente conceperat, perficere non potuit.

Renatus Faber Sabaudus Dominus Valbonę, & Villaretti, Baro Aiguebellettę, in Supremo Camberiensi Parlamento Senator, & in Geneuensi Prouincia Pręses, edidit Patria lingua

Le Bien public pour le fait de la Justice. Impr. Annessij 1646.

L'Essence de la Deuotion. Latinè verò

Panegyric. De Regia Sabaudiæ Domo. Ibid.

Renatus de Lusinge Sabaudus Dominus de Alimes, olim Dux Generalis exercitus pro Carolo Emanuele I. post Orator ad Galliarum Regem, mox Referendarius, & Status Consiliarius, vir & doctrina, & prudentia magnus, scripsit Gallica lingua librum, quem inscripsit

Les premiers Loysirs de René de Lusinge.

De l'Origine, Progrez, & declin de la puissance des Turcs. Impr.

Impr. sunt. *Memoires de la negotiation de la paix de Lyon.*
Les memoires de la Ligue par Dialogue du Francois, & du Sauoiard.
Le mespris du Monde.
Rerum penè toto Orbe gestarum Epitome ab ann. 1572, vsque ad ann. 1584. Hæc M. S asseruabantur apud Samuelem Guichenonum.

Richardus Olzenengus Vercellensis Canonicus Regularis Lateranensis, Abbas Piçualis, à Pacifico Pamicello eiusdem Congregationis Generali Legatus suo nomine Theologus ad Sacrosanctum Oecumenicum Tridentinum Concilium missus, vbi à Patribus ob insignia scientiæ, & pietatis merita plurimi habitus, ibidem mortalem hanc, & ærumnosam dereliquit vitam, vt ad cœlestem, & fœlicem volaret patriam, reliquit in sui memoriam pulcherrimos.
Commentar. in libros Diuinarum Instiuutionum Lactantij Firmiani lib. 7.
Comment. in libros Diui Augustini de Ciuitate Dei lib. 22. (malè scripsit quidam De Trinitate Dei)
De Olzenengo ita Celsus Rosinus in suo Lyceo Lateranensi. Quindecim annos natus portenta circumferebat, memoriam omnimemorem, ingenium omnicapax, acumen omnipetrans, &c.

Richardus Rodianus Vercellensis Oppidi de Blansato Canonicus Regularis Lateranensis, scripsit

Rappre-

Rappresentatione nella Conuersione di Santa Maria Maddalena. Impres. Neapoli apud Io. Iacobum Carlinum 1612.

Ricardus de Saliceto I. V. D., qui viuebat anno Domini 1400, fuitque insignis Causarum Aduocatus, scripsit

Consilium in materia solutionis talearum. Extat inter Cōsilia Alberti Bruni.

Robertus Fossanus, seù de Fossano vir pius, & erga Beatissimam Virginem summè deuotus, scripsit

In Salutationem Angelicam lib. 1. De eo mentionem facit Iustinus Micchorius Tom. 2. Discur. Prędicab. super Litan. Lauret. Discurs. 170. n.9.

ROBERTVS Geneua ex nobilissimis eiusdem Ciuitatis Comitibus, ex Archiepiscopo Cameracensi à Gregorio XI. Pontifice Maximo Presbiter Cardinalis Tituli Sanctorum 12. Apostolorum creatus, vir fuit summi ingenij, & nobilitati sanguinis maximam coniunxit scientiam: verùm factus Antipapa Fundis in Campania ann. 1378 die 20 Septembris, dictusq; Clemens VII impijssimo schismate, & Familiam, & animam maculauit, & per multos annos Ecclesiam Dei summoperè afflixit, & turbauit. Multa scripsit, quæ in Auenionensi asseruata sunt per longum tempus Palatio, & anno 1630. Ecclesiam Dei regente æternæ memorię Vrbano VIII. Romam transmissa ex-

extant in Archiuio Castri Sancti Angeli, ea sunt *Epistolæ variæ, & alia.* Obijt Auenione die 17. Septembr. 1394, sepultusque fuit in Ecclesia Cælestinorum ad Pontem Sorgiæ. Eius acta habent Theodoricus Niemus, Platina, Onuphrius, Alphonsus Ciacconius, Andreas, Duchesnius, & alij. De eo etiam mentionem facit Ludouicus Iacob in sua Biblioth. Pontificia pag. mihi 235.

Robertus Lyonnet Sabaudus Annessiensis Medicus illustris, scripsit librum, quem prænotauit

Limographia seu Reconditarum Pestis, & Contagij causarum curiosa disquisitio, eiusdemque Methodica curatio. Impress. Lugd. apud Claud. Prostr. 1639. in 8.

Dissertatio De Morbis Hæreditarijs. Paris. 1646. in 4. De eo scribit Vanderlinden.

Rodomontus Germonius Salensis humanarum litterarum amantissimus, & Poeta nobilis, scripsit Latina lingua

Varia Carmina in Laudem diuersarum Personarum Impress. Taurini. Viuebat anno Domini 1580.

Rolandus Cauagnolus Casalensis I. V. D. & in Mediolanensi Ciuitate magni nominis Causarum Aduocatus, scripsit

Decision. Volumen 1. Paraphras. Aurea. Mediol. 1614.

Comment. in Constitution. & Decreta Monferratens. Impress. Casali.

Obser-

Obseruationes Legales. Ibid. *Consilia Legalia.* Ibid.

Rolandus Valle Patritius Casalensis I. V. D. & in suæ Patriç Senatu pro Serenissimo Mantuæ Duce Præses, vir doctrina, prudentia, & morum integritate eximius, scripsit

Quæstiones super Statuto De Lucro Dotis. Impr. Lugduni 1566, & Casali 1567.

Consil Volumin. 2. Lugd. 1566.

Consiliorum Volumin 3. Venet. 1570. in fol.

Additiones ad cõmunes Doctorũ Opiniones. Taurini 1545

Tractat. De Inuentarij Confectione cum Summarijs, & Repertorio. Venet. 1573. in 8. & Pisauri 1575. apud Hieronymum Concordiam.

Valle Consilia, quibus graues prçcipuç *Iuris Controuersiæ. De Iure in Regnis, Principatibus, Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus, & Feudis acquirendo, vel amittendo, deciduntur*, omnia argumentis illustrata, & in tria Volumina distincta, cum Indice vnico res omnes, & verba, quæ in tribus Voluminibus continentur, complectente, excussa sunt denuò Lugduni 1580. in fol.

Consiliorum, seù Responsorum lib. 4. Venet. 1580. in fol. De eo præter alios scribit Georgius Draudius.

Ruffinus Ventura Astensis Historicus, scripsit

Compendium Historiæ Astensis in Statu Reipublicæ. Citatur à Pingonio, & à Bonauentura Sangiorgio in Histor. Monferratensi. Asseruatur M. S. in Regia Bibliotheca

th. Ducis Sabaudiæ, verum res non continet magni momenti.

Rugerius Tritonius Vercellensis Abbas Commendatarius Illustrissimę Abbatię Beatæ Marię Assumptæ de Pinarolio scripsit
Vitam Vincentij Lauri Cardinalis, qui appellabatur Cardinalis de Monteregali, eo quia illius Ciuitatis esset Episcopus, quique obijt 1592. Impr. Bononiæ in 4. De eo scribit Mireus Cap. 139.

Rugerius de Sancta Victoria Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, sacrę Theologiæ Lector illustris, sed eruditione, & pietate illustrior, scripsit librum *Variorum Sermonum*. Extabat M. S. antiquo caractere in Biblioth. Domini Fortunati Scacchi Sanctissimi Domini Nostri Sacristæ. Floruit ad ann. 1386. De eo mentionem facit Thomas Herrera in Alphabeto Augustiniano.

S


ALVATOR Cadana Taurinensis Ordinis Minorum multa scripsit, sed quędam à Sacra Indicis Congregatione prohibita sunt.
Il Mariale. Idest. *Sermoni in lode di Maria Vergine*. Impr. Taurini 1639., & iterũ Messanæ 1640. *Sermoni de Santi*. Ibid. 1641. *Quaresimale*. In Mõte-

reg. 1636. *L'Auuento* prænotauit *La Corte*
Dubij scritturali per tutti i giorni di Quaresima, & Auuento, e per le solennità di Maria Vergine, & de Santi di tutto l'anno, in 4. Tom. Taurini. Hic liber est suspensus donec corrigatur per Decretum Sacræ Congreg. Indicis 8. Maij 1662.
Ottaua Sacramentale, ò sia Sermoni per ciascuno giorno dell'ottaua del Santissimo Sacramento Venet. 1645. *Il Secretario. I Saggi Politici. Il Principe auuisato.* Taur. apud Iacobũ de Rustis 1652. *Il Prĩcipe Regnãte.* ibid. 1649. *Collectio Bullarum, & Sacræ Congregationis Decretorum. Formularium Obedientiarum. Decreta Diuina. Eridani Legatio*, *Ibid.*
Regnum hominum, & Angelorum pro Reprobatione, & prædestinatione. Modus recipiendi Legata in ordine Seraphico. Ibid. 1641.
Aduerte autẽ, quod & adnotauit Vuadingus, quod in Cadanæ scriptis acuratius examinandę sunt Sanctorum Patrum, & Doctorum citationes; tum quia aliquando nimis temerè citat se ipsum sub anagrammatico nomine Patris Anadac, tum etiam quia (parum catholicè) fideliter non adducit Patres, imo nonnumquam impudentissimè citat sententias à se cõfictas sub nomine Patrum, & Doctorum. De eo scribunt Britius, & Vuadingus.
SCIPIO ANGELVS Mapheus Episcopus Casalensis

lensis magni ingenij vir, omnium scientiarum ornatus cognitione, & in sermonibus ad populum lepidissimus, & elegantissimus declamator, edidit
Annal. tam sui, quam antiquioris temporis. Impr. Derthonæ. obijt anno 1654., sepultusque in Cathedrali Casalensi.

Scipio Cara Taurinensis Petri Filius (de quo suo loco) I. V. D., & Orator facundus, scripsit latino idiomate. *Orationes*. Impr. Taurini

Sebastianus Arpinus Taurinensis presbiter Sæcularis, Sacræ Theologię Doctor, & in humanis litteris satis eruditus, scripsit
Dichiarationi delle Regole Gramaticali di Gio. Despauterio Impr. Taurini 1593. *Delle otto parti dell'Oratione* Ibid. eodem anno. *Annotationes in Epistolas latinas Ioannis Rauisij Textoris*. Ibid.

Sebastianus Bocchonellus à Monteregali Serenissimi Sabaudię Ducis Procurator Patrimonialis vir studiosus, & eruditus, scripsit librum italica linguà, quem habet prælo paratum *Cicerone Abandonato*. opus est stylo optimo, sententiarum maiestate, & præceptorum multitudine æstimabile, omnibusque politicæ studiosis valdè vtile.

Sebastianus Cagnolus Vercellensis Sacerdos, I. V. Doctor, & anno 1550. Vicarius Generalis Episcopi Vercellensis, vir pietate, doctrina, morum integrita-

te, & prudentia celebris, edidit. *Consilia Legalia.*

Sebastianus Nasius à Villanoua Mõtisregalis, Medicinę Professor doctissimus, qui Octogenarius dum hæc scribebamus, incessanter studijs vacabat, scripsit librum, quem prænotauit

Speculum Methodi medendi, seu de omnium morborum cognitione. Impr. Brixię apud Io. Baptistam Bozzolam 1633. in fol.

Habebat præ manibus iam prælo paratam, & tunc imprimendam

Secundam partem, qua spectat ad morborum curationem.

Alia reconditę eruditionis remanent M. S. apud Hęredes, luce dignissima. Hic cum iam septuagenarius febri laboraret, intra triginta dierum spatium, quo morbo detentus fuit, sexdecim vicibus sibi sanguinem emitti voluit, nec minus pro qualibet vice, quam octo vel decem vncias. De eo scribit Vander Linden.

Sebastianus Trauus Ciuis Taurinensis, licet natus in Villanoua Astensi, Philosophus, & Medicus, vir in sua arte magni nominis, edidit *Scholia in Theoremata Medica, Physica, Metaphysica, & Moralia paradoxi naturam referentia.* his adiecit

Animaduersiones cum antithesibus in propositiones physicas, & medicas ex cuiusdam Auctoris manuscriptis decerptas. Impr. Taurini apud Ioanmem Dominicum Tarinum 1618. in 8. De eo scribit Vander Linden.

Se-

Seraphinus Sicardus à Clauasio Ordinis Minorũ, vir, qui cum Pontificij, Cęsareique Iuris studijs operam dedisset, & Doctoratus lauream suscepisset, eum, quem in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem, & ad diuina anhelans sancti Francisci habitum induit, & in religione perseuerans omnibus virtutum exemplum dedit, scripsit antequam Religionem ingrederetur Tractatum

De *Statutis, & Constitutionibus Clauasij*. Impr. Ibid. 1553. Viuebat anno Domini 1480. De eo scribunt Britius, & Vuadingus.

Sigismundus Gastaldus dictus à Sancto Bernardo Taurinensis. Congregationem Reformatorum eiusdem Sancti Ordinis Cisterciẽsis ingressus est ætatis suę anno 17., habitumque Regularem induit in Abbatia Beatę Mariæ de Staffarda. In concionibus ad populum habendis egregius fuit. ingenij sui partus edidit multos, qui sunt

La nobiltà humile di S. Contardo Principe d'Este, con aggiõta dell'Albero della Casa d'Este. Impr. Mediol. 1654. apud Dyonisium Gariboldum.

Sposa di Christo. Laus est vitæ Claustralis

Il Giglio d'Alessandria. Panegyric. in laudem S. Catherinę Virg., & Mart.

L'Incenso di Cistercio. In laudem diui Bernardi

Il Guerriero Euangelico. In laudem diui Marci Euangelistę

gelistæ. *Il Pane Sostantioso*. Pro Defunctis.
Il Fuoco risplendente. In laudē Sancti Antonij de Padua.
Antidotario sacro per la purga di tutti i vitij, & acquisto di tutte le virtù.
Item cum præesset regimini Monasterij Beatæ Mariæ dictæ de sancto Victore Vercellarum, in eoque habeentur Corpora sanctę Victoriæ Virginis, & Martyris, & sancti Victoris Martyris, quæ sine cultu in quadam asseruabantur capsula, zelo ductus, & vt publicæ piorum exponerentur venerationi fidelium, præparatis duabus capsulis decenter auro, & argento ornatis, factaque solemni processione die 18. mensis Maij 1659., illa transtulit, decentiorique loco collocata, exposuit: & ne quid tantę deesset solemnitati, multa composuit Elogia, quę prænotauit
Vercelli Festeggiante. Impres. ibidem 1659. Ex hac vita discessit in eodem Vercellarum Monasterio 1663.

SIMON, *Maiolus* Astensis, & in Neapolitano Regno Vulturariensis Episcopus, vir magnus, in vtroque iure doctissimus, eruditione insignis, dictione optima, multa edidit, ea sunt
Defensio Sacrarum Imaginum aduersus Iconomachos. Impr. Romæ in ędibus Populi Romani 1565.
De Irregularitatibus, & alijs Canonicis Impedimentis. Ibid. 1576.

Item

Item notissimum librum, quem prænotauit
Dies Caniculares. Impr. pluries, & nouissimè Francofurti in Fol. 1642. impensis Ioannis Godefredi Schõnetteri. In hoc libro per modum Dialogi Theologũ, Equitem, atque Philosophum colloquentes inducit. Opus viginti tribus colloquijs partitũ est. Agunt, & tractant de rebus admirandis, quę in ęthere fiunt, quæuè in Europa, Affrica, Asia: & in Orbe nouo etiam apud Antipodes extant. Auctoris finis in cõ versatur, vt iuxta Apostoli sententiam, inuisibilia Dei per ea, quę facta sunt, intellecta, conspiciantur, & colantur, omnibus vtile adiudicatur. Posseuinus optimè adnotauit, quod dictio est casta, grauis, & ad vniuscuiusque captum accommodata. summè delectat, & ratio cur cum plurima, eaque disparata tractet, tamen nec confusio adsit, nec legentibus fastidio sit, imo oblectationem afferat, & legendi desideriũ semper inyciat, ea vera assignatur, varietas multiplex grauibus comprobata testibus. Editus est sub nomine *SIMONIS Maioli* Episcopi Vulturariensis liber inscriptus *Colloquiorum, siue Dierum Canicularium Tomus secundus*, sed falso adscribitur Maiolo, & in Decreto Sanctæ Indicis Congregationis sub die 16. Martij anni 1621. suspensus est, donec corrigatur. Adsunt, & nostri Maioli
Vitæ Summorum Pontificum. Extat M. S. in Biblioth.

Sabau-

Sabaudiæ Ducis. Vanderlinden in libr. De ſcriptis Medicis putat noſtrum Maiolum fuiſſe origine Vulturarienſem, ſed certiſſimè errat, ortus eſt enim Aſtę & factus Vulturarienſis Epiſcopus.

Simon Antonius Leueronius Foſſanēſis Philoſophus, & Medicus, Iuuenalis Leueronij filius, (de quo ſuo loco) ſcripſit Tractatum

Delli Bagni d'Acqui Città del Monferrato, e di Vinadio, e Vaudier. Impr. In Monteregali 1606.

Simon Antonius Mallianus eiuſdem Foſſani Ciuitatis I. V. D., Cauſarum Aduocatus, & in humanis litteris eruditus, edidit *Il Principe Alimaro* Item *La ſanta Maſcherata*

Spiritus Martinus à Cuneo vir tum in Gręca, tum in Latina lingua verſatiſſimus, è Græco in latinum ſermonem tranſtulit diſputationem

De Motu. Procli Diadochi Philoſophi Platonici in poſteriores quinque Phyſicorum Ariſtotel libros, & ſub vtraque lingua edidit Pariſis. 1542. in 8.

Dialog. de Entolechia. Ad Ioannem Macrinum Conſiliarium Regium. Ibid. in officina Chriſtiani Vuecheli 1543. in 4.

Stephanus Calander à Buſca Medicinę quidē Profeſſor, affectionum autem animi ſubtilis indagator, edidit librum, quem pręnotauit

La Febre dell' Anima Impr. Taurini per Franciſcum Fer-

Ferrosinum 1647. in 12.

Breuissima Chirurgicæ facultatis compendiaria. In quibus parca verborum serie, ea quæ necessario in arte Chirurgica consideranda veniunt, cum artificiosa, & facili componendorum medicamentorum ad eiusdem vsum pertinentium ratione, explicantur. Impr. Sauiliani apud Christophorum Strabellam 1623. in 12. De eo meminit Vanderlinden.

Stephanus Camet Camberiensis, & Sancti Pauli Lugdunensis Canonicus vir non minus pietate, quam doctrina venerabilis, edidit Gallico sermone

Pourtrait racourcis de Saint Charle Borromè, Sainte Therese, & Mere de l'Incarnation, & du Bienheurenx Francois de Sales. Impr. Lugd. 1632. in 12.

Stephanus Dentis Taurinẽsis Ordinis Capucinorũ, linguę sanctę professor, & zelo conuersionis Hębreorum illustris, edidit doctam

Concionem, quam habuit ad Hæbreos, qui Vercellis cõmorantur. Impr. Ibidem.

Stephanus de Garrexio Ordinis Prędicatorum Sacrę Theologiæ Magister, & Diuini Verbi annunciator eximus, scripsit librũ in Logicam, quem pręnotauit. *Catena Argentea*. Viuebat 1490,

Stephanus Gerinus de Fraxineto à Pado vir in Aritmeticis valdè exercitatus, & in arte supputandi egregius, edidit opusculum italico sermone inscriptum

Il Soldato Monferrino con gl'insegnamenti militari.

Stephanus Guazzus Casalensis I.V.D. Pœta, Orator, & omnium scientiarum ornatus Caractere. Edidit *La Ciuile Conuersatione*. Impr. Venet. apud Dominicum Imbertum 1600. opus est in quatuor partes distributum. In prima tractat vniuersaliter, de Fructibus, qui proueniunt à Conuersatione, docetque dignoscere bonas à malis. In secunda agit primo de modis conuenientibus omnibus in conuersando extra proprium Domicilium, secundo De modis particularibus, quibus vti debent Iuuenes & Senes, Nobiles & ignobiles, Principes & priuati, Docti & indocti, Ciues & extranei, Religiosi & sçculares, Homines & Fœminç simul conuersando. In Tertia declarantur modi, quibus vti debent in domestica Cõuersatione Maritus & Vxor, Pater & Filius, Frater cum Fratre, Dominus & Seruus. In Quarta tandẽ traditur forma Ciuilis Cõuersationis exemplo cuiusdam Conuiuij in Casalensi Ciuitate facti, in quo decem conuenerant discumbentes. *Lettere vol.* 1. Impr. Taurini 1591. apud Io. Dominicum Tarinum *Dodeci piaceuoli Dialoghi*. Ibidem. *La Ghirlanda*. Ibid. *Sonetti* Ibid.

Stephanus Melonus Vercelensis Eremitarum Sancti Augustini Sacrç Theologiç Magister, & Concionator, scripsit

Quadragesimales Conciones. Extant M. S. Vtrum autē impr. sint, videre non potui.

Stephanus Montius Sabaubus, Hieronymi pater (de quo suo loco) Medicinę professor, vir doctus, scripsit, & edidit

Dialexeon Medicinalium lib. 2.

De his quæ ad Rationalis Medici disciplinam, munus, laudes, consilia, & præmia pertinent libellus. Impr. Lugduni apud Michaelem Permanterium 1537. in 4.

Annotatiunculæ in errata recentiorum Medicorum per Leonardum Fuchsium Germanum collecta.

Apologica Epistola pro defensione Arabum à Dom. Bernardo Unger Germano composita.

Epistola responsiua pro Græcorum defensione in Arabum errata à Symphoriano Campegio composita. Coniunctim Lugduni apud Benedictū Bonnyen 1533., & 1548. in 8. De eo meminit Renatus Moreau de sectione Venę in pleuritide.

Stephanus Simeonus Niciensis Serenissimę Electricis Bauariæ Medicus edidit

Responsum ad Discussionem Medico-practicam Bartholom. Torrini. Impr. Taurini apud Zapattam 1659., & Romę apud Mascardum 1660. in 4.

Syluester Mozolinus, vulgo *de Prierio* Ordinis Prædicatorum, Filius Conuentus Sanctæ Marię de Castello Genuæ, vir fuit magni ingenij, philosophus insi-

gnis, Theologus eximius in diuinis litteris, & in Iure Canonico valdè versatus, quarè meritò à doctissimis viris laudatur. Sacrã Theologiam pluries publicè docuit, & ex Prouinciali Lombardię electus fuit Magister Sacri Apostolici Palatij. Primus fuit, qui in impijssimum Apostatam Martinum Lutherum calamum tractauit, vt author est Onuphrius in Chronic. Ecclesiástico ann. 1521., quod & confirmat Perfidus Petrus Soaue, vel quisquis sit Auctor, in sua falsissima, & damnatissima Historia Concilij Tridentini. Libiũ hunc, quem in Lutherum scripsit, dicauit Leoni X. Pont. Max., titulus est

Errata, & Argumẽta Martini Lutheri recitata, detecta, & repulsa, &c. Impr. Romę 1520. In hoc libro agit de Veritate Romanæ Ecclesiæ.

Replic. ad Martinum Lutherum. Notatur à moderno Scriptore, quod sit in hoc libro valdè siccus, nec sua dicta rationibus, sed multoties Pontificis auctoritate muniat, & stabiliat. Inter opera autem damnatæ memoriæ Martini Lutheri habetur Epistola ad Syluestrum. Ad Dialogum Syluestri responsio. Syluestri responsionis ad Lutherum Epitome, cui pręmissa est Lutheri Epistola ad Lectorem.

Scripsit & alia multa, scilicet

Compendium Capreoli super sententias.

Additiones in 4. libr. Capreoli, in quibus illud pręcipuè osten-

ostendit, quid de vnaquaque conclusione vnusquisque senserit.

Apologia. De Secundis intentionibus.

Comment in Sphæra Ioannis de Sacro Bosco. Venet. 1513.

Libellus Meditationum De Passione Domini. Introductorium Logicæ

Defensorium Doctrinæ Diui Thomæ. Comment. in 4 libr. Sentent

Liber de Obseruatione Morientium. Confessionale maius.

Confessionale paruũ. Libellus Exorcismorũ Bononię 1573.

Comment. in Theoricam Planetarum. Mediolani 1514.

Libellus De Historia Beatæ Mariæ Virginis. Malleum Scotistarum.

Summa De peccatis, quæ vulgò Syluestrina dicitur, siue Summa Summarum.

Lib. De Historia B. Mariæ Magdalenæ. Dialogus de eadem. Expositio Missæ. Compendiũ Logicæ. Venet. 1496.

Sermones de Sanctis. Bononiæ 1505.

De Immolatione Agni Paschalis. Mediolani 1509.

Volumen vnum Sermonum, quod pręnotauit *Rosa Aurea*, eo quod in hoc volumine sint flores, & Rosæ omnium Doctorum. Bononiæ 1503.

Quæstiones super Euangelia Dominicalia totius anni. Continet quæstiones 69. Iibid. 1503.

Quæstiones, & Casus impertinentes. Continet num. 65. Ibid. 1503.

De

De Strigimagarum, Dæmonumq; mirandis. Romę 1521.
Quadragesimale. Continet 64. Sermones eruditos, & perutiles. Venet. 1515.
Conflatum Prierij. Hoc est illud magnum opus, quo omnia, quę D. Th. in diuersis locis de eadem materia differens, habet, in vnum congregauit, & suis Commentarijs interdũ declarat. Opus hoc diuisit in quatuor magna Volumina, & in eo conficiendo octo annos insumpsisse ipsemet fatebatur. Primum volumen dicauit Leoni X. Pontif. Max.
Apologia De Conuenientia institutorum Romanæ Ecclesiæ cum Euangelica libertate aduersus Lutherum. Venet. 1525.
Italico autem sermone
Scala del Diuino Amore. *Sommario della Confessione*
Trattato della Regina del Cielo. Bononię 1550.
Trattato Del Nascere, Viuere, e Morire. *Discorso di tre Querelle*.
La Vita di Santa Maria Maddalena con molte cose notabili.
De Syluestro Prierio agunt omnes Bibliothecarum Scriptores. Miræus in Auctario cap. 537., Bellarminus De Scriptor. Eccles., qui tamen pauca ipsius scripta recenset, Sixtus Senensis lib. 4., Posseuin. in Appar Sacro Tom. 3., Gesnerus, qui tamen falso Bononiensem apellat, Antonius Senensis, & alij. Vide Gaddium de Scriptoribus Tom. 2. Fol. mihi 209. Miror Vbertum Folietam (alioquin virum grauem) in

in suis Ligurum clarorum Elogijs, scripsisse, Syluestrum humili loco ortum, & à Prierio cognominatum, quia Familię nomine careret: falsum enim omnino, est quoniam originem suam ex antiqua, nobili, & illustri Mozolina ducit Familia, quæ tantum habuisse virum iurè optimo gloriatur: quod autem tacito proprio cognomine de Prierio dictus sit, hoc ex vsu Religionis prouenire, omnibus notum est.

Symphorianus Campegius, seu *Champerius*, seu *de Chāpier* Sebusianus, Eques Auratus, Dominus de Fauerge vir verè doctus in omni scientiarum genere, professione vero Medicus, quē perperam Gesnerus Lugdunensem facit. Familia Campegia ex Delphinato originem suam trahit, & non solum in Sebusia, sed & Bononiæ Domicilium transtulit, vt idem Symphorianus in Epistola dedicatoria libri de Mōarchia Gallorum, quem Laurentio Cardinali Campegio dicauit, asserit, quod & ipse Cardinalis, licet Bononiensis, affirmat in Epistola, quam pro gratiarum actione eidem Symphoriano scripsit. Multa, varia, & magna edidit, & sunt

De Monarchia Gallorū Campus, tria olim Regna continens, Allobrogum, Francicæ, & Vasconiæ. Impr. Lugd. ex officina Melchioris, & Gasparis Treschel Fratrum 1537. in fol.

De Hierarchia Ecclesiæ Lugdunensis, quæ est prima sedes,

ac Metropolis Francorum. Ibid, 1537. in fol. *De Antiqua Nobilitate Domus Turnoniæ ex qua innumeri Proceres tũ toga, tum armis clarissimi prodierunt.* Lugd. 1537. in fol. *Castigationes, seù Emendationes Pharmacopolarum, ac Arabum Medicorum, Mesuæ, Serapionis, Rasis, Alapharrabij, & aliorum iuniorum Medicorum in 4. libros diuisæ.* Lugd. apud Ioannem Crespin 1532.

Varia Opuscula. Ibidem cum alijs aliorum. In ijs continentur.

De Claris Scriptoribus Medicinæ veteribus, & recentioribus lib. 1. De Legum Diuinarum conditoribus, vna cum impugnatione Sectæ Mahometicæ, siuè Alcorani lib. 1. Dialogus in Legem Mahometicam. De Corporum, animorumq; morbis, ac remedijs eorum libelli duo; quorum primus introducit in Practicam Galeni, secundus curat animi ęgritudines.

Euangelicæ, Christianæque Religionis ex scriptis Gentilium, & Poetarum, & Philosophorum validissimis argumentis comprobatio.

Aphorismi, siuè Collectiones Medicinales. His adijciuntur Aphorismi Alexãdri Benedicti, Alexãdri Aphrodisei de Febribus lib. 2. Georgio Valla interprete. Opuscula quædam Hypocratis Aud. Brentio interprete.

Hortus Gallicus. Liber est de re Medica, in quo recensentur simplicia medicamenta, quæ in ipsis Gallijs per

per diuersa loca proueniunt.

Practica Medicinalis. Basileæ apud Henricum Petri 1547. in 8.

Galeni campi historiales ex omnibus Galeni libris excerpti, & in quatuor libris digesti, & Commentarijs explicati.

Libri duo De Apologetica Disceptatione inter Andream Thurinum, & Mathæum Curtium, quibus docetur per quæ loca sanguis mitti debeat in pleuritide, & plurimorum authorum diuersæ super eadem re sententia ad verbum referuntur. Basileæ apud Cratandrum 1532.

De Dialectica, Rhetorica, Geometria, Aritmetica, Astronomia, Musica, Philosophia naturali, Medicina, Theologia. Item de Legibus, Politica, & Ethica. Ibid. apud Henricum Petri 1537.

De omnibus Febrium generibus. Ibid. apud eundem 1547. in 8.

Cribratio Medicamentorum in 6. libr. digest. De Mixtorum generatione. Quæstio De Exibitione Medicinarum venenosarum.

De Concretis, & Abstractis. Apologia in Academiam nouam Hetruscorum. Lugd. apud Gryphium 1534. *Symphonia Galeni ad Hippocratem.*

Epistola responsiua pro Græcorum defensione in Arabum errata. Impr. Lugd. apud Benedictum Bonnyen 1533., & 1548. in. 8. vna cum operibus Stephani Montij, & aliorum.

Descriptio Expeditionis in Genuenses à Ludouico XII *Francorum Rege anno* 1506. *factæ*.


Francorum Genealogia. *Trophæũ Gallorum*. Paris. 1617.

Lingua vero Gallica edidit

Le Trionfe de tres Chrestien Roy de France Louys XII. *de ce nom contre les Venetiens*.

Les grãdes Chroniques des gestes, & vertueux faits des tres Excellents, Catholiques, illustres, & victorieux Ducs, & Princes du Pays de Sauoye, Piemont, &c. ensemble, les Genealogies, & antiquitez des Gaulle, & de tres Chrestiens magnanimes, & tres redoubtez Roy de France, auecques la Genealogie, & origine des dessusdicts Ducs, & Princes de Sauoye Impr. Paris. 1515. in 4. Opus est stylo, iuxta morem illius temporis, barbaro. Scripsit librum præcipiente Aloysia à Sabaudia Ducissa Angolemenæ Francisci I. Galliarum Regis matre. Campegius fuit Antonij Lotharingię Ducis Consiliarius, & Medicus. De eo scribunt Gesnerus, Guichenonus, Vanderlinden, & alij.

T.



Aurinense Concilium. Anno Salutis 397, seù, vt alijs placet, 390. sub Pontifice Maximo Siricio, Imperantbus Arcadio, & Honorio paulò pòst obitum Sancti Ambrosij celebratum fuit Concilium Taurinense, in quo

lectæ fuerunt Epistolæ tum Romani Pontificis, tum etiam ipsius Sácti Ambrosij datę paulò antè mortem: quarè malè quidam scribit Diuum Ambrosium præsentem fuisse huic Cócilio. Consule Baronium Tom. 5. ad ann. Domini 397; qui docet hoc anno è viuis excessisse Sanctum Ambrosiũ. In hoc Concilio multa, Sanctaque decreta fuerunt, vt videre est in libro Conciliorum, quę hìc transcribere omitto, ad prolixitatem euitandam.

Thadæus de Eporedia, seù ***Hyporedia*** Ordinis Sancti Augustini Congregationis Obseruantiæ Lombardiæ Vicarius Generalis, vir religione, pietate, & scientia illustris, Sacræ Theologiæ Magister, in Concionibus ad populũ habendis eximius, scripsit Italicè, & Latinè Volumen

Orationum, & Sermonum. Extat M. S. Viuebat ann. Domini 1470.

Thadæus alter ***de Eporedia*** eiusdem Ordinis, & Congregationis ex Oppido, quod dicitur ***Quagluisio***, Theologus illustris, Concionator insignis, scripsit ***Conciones lib. 1. Lecture in Aristotel. In Magist. Sentent. Tractatus Philosophici. Tractatus Theologici.*** Viuebat ann. 1550.

Theobaldus à Vigono Ordinis Minorũ Sacrę Theologiæ Professor, & apud suos multi nominis, edidit ***Compendium Primi, & Secundi Libri Magistri Sententiarum.***

tiarum. Viuebat anno Domini 1540. De eo scribunt Britius, & Posseu. App. Sacr. Tom. 3

Theodosius Badinus à Gattinara Canonicus Regularis Lateranensis, vir Doctus, qui per multos annos in sua Congregatione Philosophiam, & Theologiam maximo docuit applausu, reliquit suæ signa sapientiæ

Prediche sopra tutti gl'Euangeli della Quaresima

Santuario, ò sia Prediche sopra le Feste di tutto l'Anno.

THEODORVS huius nominis Primus, *Paleologus* Marchio Montis-Ferrati, & Andronici Constantinopolitani Imperatoris Filius, vir præter sanguinis nobilitatem sapientię, & pietatis virtutibus eximius, scripsit Gręcè, & deindè transtulit Latinè

De Doctrina Militari. De Diuitijs, & Paupertate huius Saculi. Meminit Carrettus in Chronic.

Theophilus Raynaudus Cespitellensis Comitatus Niceię Societatis Iesu. Virum istum omnium nationum testimonio magnum ingenio, eximium in scribendo, maximum doctrina, Animatam Bibliothecam pleno ore appellare possem: omnes enim possidebat scientias, memoria pollebat fœlicissima, eruditione fuit maximus, & infinitę lectionis. Plures legit solus libros quam viderint plurimi. Quicquid tamen de ipso dixero, minus erit eo, quod dici potest. Edidit ipse suorum librorum conspectum.

1. *Theologia Naturalis.*
2. *Moralis Disciplina.*
3. *De Virtutibus, & Vitiis.*
4. *Scala à visibili Creatura ad Deum.*
5. *De Aequiuocatione, & mentali restrictione.*
6. *Christus geminæ gigas substantiæ Deus.*
7. *De Sancto Latrone.*
8. *De Iuda Proditore.*
9. *De Martyrio latè, ac pressè dicto, & vtriusq; cõparatione.*
10. *Breuiarium Christianæ Chronologiæ.*
11. *De Malis, ac bonis libris, & iusta, ac iniusta eorumdem confixione.*
12. *Indiculus Sanctorum Lugdunensium.*
13. *De Sancti Ambrosij Natali in Gallijs Solo.*
14. *Valerianus Cemelensis integer doctrinæ, labisq; purus.*
15. *Censura inofficiosa Censuræ libri de prædestinatione, & gratia.*
16. *Sintaxis Operum Sancti Anselmi.*
17. *Noua libertas Gibieufuiana discussa, & explosa.*
18. *Judæ Posteri, Apostatæ à Religiosis Ordinibus.*
19. *De Monitorijs Ecclesiasticis, & iusto timore excommunicationis.*
20. *De Sectione Cæsarea, seu De Ortu Infantium contra naturam per Sectionem Cæsaream.*
21. *Faculæ ad Idiotam integrè vulgatum.*
22. *Mala è bonis Ecclesiæ malæ partis, aut malè dispensatis.*

23. *Agnus*

23. *Agnus Cereus Symbolus Filiorum Dei.*
24. *De Apparitionibus Sacramẽtalibus, ad Historiolã Epiphanij de Paulo 2.*
25. *Nomenclator Marianus.*
26. *Heteroclita Spiritualia, quib. intexta Diptycha Mariana*
27. *De Communione pro mortuis.*
28. *Vitæ, & mortis humanæ terminalia.*
29. *Corona aurea super Mithram Romani Pontificis.*
30. *Laus Breuitatis.*
31. *De Incorruptione Cadauerum.*
32. *S. Ioannes Benedictus, Pastor, & Pontifex Auenione.*
33. *Gemitus Columbæ de Iudicijs seculi.*
34. *Confiteor Reformatum; Tractatio de Paternitate Spirituali, & in quos cadat.*
35. *De Stigmatismo Sacro, & Profano, Diuino, Humano, Dæmoniaco.*
36. *Symbola Antoniana.*
37. *Cæcitas Oculata.*
38. *De Bicipiti Ecclesia.*
39. *Candelabrum Sanctum Septilustre, De Eucharistia.*
40. *De prima Missa, & Christiana Pentecoste.*
41. *De Religioso Negotiatore.*
42. *De Immaculata Conceptione Deiparæ.*
43. *Hoplotheca contra ictum calumniæ.*
44. *De Sobria alterius Sexus frequentatione per Sacros homines.*

45. Tri-

45. *Trinitas Patriarcharum, S S. Bruno Franciscus Paulanus, Ignatius Loyola.*

46. *Scapulare Stochianum, illustratum, & defensum.*

47. *Pietas Specialis erga vnum aliquem Sanctũ præ aliis.*

48. *Eunuchismus Triplex.*

49. *Pietas Specialis Lugdunensis erga Deiparam immaculatè conceptam.*

50. *Commonitorium, vt sit moderatio quod dicitur, & agger aduersum ictum fluuii. Tractatio de humano Religiosorum regimine adhibendo; violento autem, & Tyrannico ablegando.*

51. *De Pileo, & aliis Sacris, & profanis capitis humani integumentis.*

52. *De Attributis Christi.*

53. *Religiosus Loricatus.*

54. *De honore Iudicis, an eum eximat retractandi obligatione depræhenso vitio prioris sententiæ.*

55. *Minutalia Sacra. Literæ, Syllabæ, Apices, interrogandi notæ &c. quanti sint ad scripturæ intelligentiã*

56. *Clemens Scotus Virbius, bis natus, bis mortuus, bis Damnatus. Apostatæ Placentini cui nomen, Clementi Scoto, exagitatio.*

57. *Anagnastes ad Ecclesiasticam mensam, instructus noua Bibliotheca Homiliarum.*

58. *Pratum Spirituale de varia Christiana Historia æui nostri.*

59. *Theologia supplex, pro libera Quæstionum Theologicarũ discussione cum charitate, atque modestia:*

60. . . . . , *contra obtendentes damnationi Iansenii defectum Concilij Generalis.*

61. *Discussio Præstigiarum in Speciebus Sacramentalibus, & nouorum Natalium Impanationis.*

62. *O Parasceuasticum, Septiduanis Antiphonis Natale Christi antecurrentibus præfixum.*

63. *Splendorum Nascentis Christi Emblematica insignia, in Galero, & Gladio à Pontifice benedictis, nocte Natalis Domini.*

64. *Concilium plenarium Theologorum ex omni Prouincia Europæa, pro defensione veri Martirii in morte oppetita ex ministerio charitatis.*

65. *Rosa Mediana; Ritus Sacer Dominicæ Quartæ Quadragesimæ enucleatus, incentiuo ieiunii Quadragesimalis exposita.*

66. *S. Bernardus Doctor Mellifluus, & Apis Mystica.*

67. *Amor crucifixus. Tractatio de amore Nationis, & Cognationis in Seruis Dei temperando.*

68. *Sancta Maria Aegyptiaca peccans, & poenitens; Musca ab extremo fluminum Aegypti sibilante Domino euocata.*

69. *Bertrandus in Cugnerium.*

70. *Robertus de Arbuscellis Fundator Fontebraldensis.*

71. *Syntagma de Libris proprijs.*

ſcrip-

Scripsit etiam alia nonnulla, quibus proprium nomē non apposuit, sed sub aliena persona euulgauit. Huiusmodi sunt.

Hercules Commodianus aduersus Ioannem Lanoium.

Caluinismus Religio Bestiarum. Hic liber adnotatur in Decreto Sacræ Indicis Congregationis sub die 19. Martij 1633.

Theologia antiqua. Vrsus Depilatus.

Quæ sequuntur habebat præ manibus, cum suorum librorum notam edidit.

Theologia Paulina, nexa Augustiniana, aduersans Ianseniana.

Trenodia rei litterariæ à beata olim Sorte, ad præsentem infelicitatem traductæ.

De rectionum terminis, licitè, ac validè fixis ab Innocentio X., quem potestate in ædificationem data, abusum in destructionem, ideoque prouocatione ad potestatem Laicam elidendum, Theologaster Rhodanusius effutiuit.

Appendix Miscellanea De Flaturariis, Gnatonibus; Canonicis Confluentinis, Abrahimidis; & iusta horum exclusione à Religioso cætu.

Aduerte autem viri ingenium, & in conficiendis libris celeritatem; nam Commonitorium notatum in numero 50., scripsit, quia quidam ex ipsius Societate Prouincialis ipsi prouerbium illud obiecit, quod dicitur. *Agger aduersus ictum fluuii*, ipse statim, & intra

 paucos

paucos dies librum edidit.

De Sobria alterius Sexus &c. n. 44., Speciali quodã impulſu, & zelo ſcripſit.

Theologia antiqua, & Vrſus depilatus in Hurtadum contendunt.

In libro prænotato *Caluiniſmus Religio Beſtiarum*, inducit Apoſtatam quendam, qui Geneuæ nititur oſtendere vniformitatem Bannez cum Caluino in materia de gratia, & Libero Arbitrio; proprium non appoſuit nomen, quia nimis liberè fictum illum Apoſtatam Religioſum Dominicanum facit. In Sacro Romano Indice ſub Decreto edito 18. Decẽbris 1646. adnotantur

De Martyrio per Peſtem ad Martyrium improprium, & proprium vulgare comparato, Diſquiſitio Theologica Theophili Rainaudi. In defenſionem huius libri ipſe edidit librum notatum n. 64., *Conſilium plenarium Theologorũ &c.* eiuſdem in eodem Decreto vt ſupra.

Error popularis De communione pro mortuis, diſcuſſus.

Guſtus Operis, cui titulus eſt, Heteroclita Spiritualia, & Anomala pietatis.

Eiuſdem dicitur eſſe Libellus inſcriptus

De Immunitate Authorum Cyriacorum à cenſura Diatribe, Petri à Valle clauſa S.T.D., qui libellus extat prohibitus per Decretum eiuſdem Sacræ Congregationis ſub die 20. Iunij 1662. Nota autem, quod vbi apud Vander-

linden

linden, legitur Laſpitellenſis, loco Ceſpitellenſis eſt error impreſſoris. De eo ſcribit Alegambe, qui tamen malè facit illum Gallum.

Thomas Agatia Vercellenſis vir pietate, doctrina, & ſanguinis nobilitate venerabilis, edidit. *La vita di Suor Paola Aſſeria.*

Thomas Arpinus à Podiuarino Medicus Taurinenſis, collegit *Diuerſorum Anthorum Carmina, & Orationes inaugurales Petri de Bairo*, quibus ipſe aliquas propoſitiones Medicas interſeruit. Habentur M. S. apud Iacobum Franciſcum Arpinum, de quo ſupra.

Thomas Bertonus de Cabanaco Vercellenſis Ordinis Prędicatorum, edidit italico ſermone
Due diſcorſi ſopra la Fabrica del Nauilio d'Jurea à Vercelli. Impr. Taurin. apud Zappatam, & Io. Dominicum Gaiardum 1663.

Thomas Gallus. Vide lit. A. verbo. Abbas Vercellenſis. Hic tantum adnotare ſufficiat in confirmationē rerum, quæ diximus, quod ſcilicet Abbatia Sancti Andreæ Vercellarum fuerit olim Ordinis Ciſtercienſis, quod in Venerabili, & Antiquo Cęnobio Monialium Sancti Stephani propè Mileſimum Ordinis Ciſtercienſis fundato anno Domini 1224. extat quędam Bulla Clementis Sexti Pontificis Maximi, qui obijt anno Dom. 1352., in fauorem eiuſdem Cęnobij, & Monialium directa duobus eiuſdem Ordinis Ciſterci-

ensis Abbatibus,qui sunt Abbas Sancti Ambrosij Mediolanensis, & Sancti Andreæ Vercellarum. Aduerte preterea exposit. in Cantica Canticorum impt. fuisse sub nomine Io: Duns Scoti à R. P. Paulo Reatino Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, sed hoc erroneè, an dolosè iudicare nolo: hoc tamen certum scias volo Reuerendiss. Patrem Magistrum Sacri Apostolici Palatij Decreto à se edito anno 1654. die 13. Octob. Pontif. S. D. N. Innoc. VIII. anno XI. Impr. Romę in Typogr. R. Cameræ Apostolicę, citato priùs pręfato P. Paulo Reatino, declarasse præfatam expositionem esse Thomę Cisterciensis, & nomen Scoti erroneè, & dolosè appositũ. Nec omittendum duxi, quod D. Carolus de Visch in sua Bibliotheca Cisterciẽsi tres enumerat, qui sub hoc nomine Thomę Cisterciens. scripserunt in Cantica Canticorum. Primus est Thomas Cisterciensis, cuius Comment. in Cant. Cantic. Imp. sunt 1521., & 1571. Secundus est Thomas Monachus Beatæ Marię de Valcellis in Camerac. Diocæsi, cuius Comment. in Cantic. M. S. habentur varijs in locis. Tertius est Thomas Cisterciens. cognomine de Persenia, qui etiam scripsit in Cant. Cantic. Hunc tertium suspicatur esse eundem cum primo, vt fusè dictus Carolus de Visch.

THOMAS Jacomellus à Pinarolio Ord. Prædica-

torum

torum Sacræ Theologię professor, & Diuini verbi Annũciator disertus, & zelãtissimus. Fuit primò Sanctę Fidei Inquisitor, deinde Episcopus Tolonensis in Prouincia, scripsit *Propugnaculum contra Fancisci Meddensis calumnias, & errores*. Impres. Taurini apud Martinum Grauotum 1559.

De Auctoritate Summi Pontificis. Ibidem.

Vitam cum morte commutauit anno Domini 1572., ętatis suę 63. De eo scribunt Gesnerus, Posseu. Appar. Sacr. Tom. 3. & alij.

Thomas Opertus Braydensis Ioannis Antonij Pater, (de quo suo loco) humanarum litterarum, & Poesis amator, edidit latino carmine

Affricanus Antistes, hoc est, De Diuini Iuuenalis Narniensis Episcopi, & Confessoris Gestis lib. 4. prodijt Taurini apud Zappatam 1662. in 8. cum argumentis Ioannis Baptistę Bonini, vt suo loco adnotauimus.

Thomas Parpalia Taurinensis Condominus Rouiliasci, I. V. D., in suę Patrię Vniuersitate per multos annos Iuris Ciuilis Lector, propriæ Sapientię memoriam posteris reliquit, scribendo. *Præludia Feudalia. In Rubric. 2. ff. vetus, si certum petatur l. si quis nec causã. In Quint. tit. Codic. lib 1. De Sacros. Eccles. l. placet, & de Transact. l. si quis. In 1. Infort. tit. solut. matrimon. Repetition. in 2. part. ff. noui tit. de Verbor. obligat.* Impr. Taurini Viuebat anno Domini 1500. Apud Gesne-

rum

rum legitur Parapalia impr. vitio.

Thomas Salutius huius nominis Tertius, & Nonus in Serie, Salutiarum Marchio, Federici 2., & Beatricis ex nobilissima Geneuensi Familia filius, vir non minus nobilitate, quam ingenio excellens, scripsit librum, quem prænotauit. *Il Caualiere Errante*. Vixit ad ann. 1400.

Thomas Scarauellus Vercellensis Sacri Ordinis Prędicatorum Theologus, & eximius concionator. Interfuit Concilio Basileensi, in quo à Felice Quinto Visitator Generalis totius Ordinis electus fuit. Scripsit latinè *Sermones*. *Vol.* 1. extat M. S. in Toletana Biblioth. Sancti Marci.

Thomas Vitalis à Monteregali eiusdem Sacri Ordinis Prędicatorum vir pius, Sacrę Theologiæ Magister, Maioris Armeniæ Prouincialis, & Missionarius Apostolicus, Fidei zelo accensus, scripsit librum, quem prænotauit *Stimulus ad Bellum contra Turcarum Tyrannum Regnum Candiæ inuadentem*. Impr. Romæ typis Ludouici Grignani 1646.

Panegyrici Regales Potentissimi Regis, celeberrimi Ducis, inclyti Regni, & Nobilium Polonorum laudibus contexti. Impr. Romę apud Manelphum Manelphium 1645. Italico autem idiomate. *Polonia inclito Regno*. Ibid. apud eund.

Settimana Santa di Gerusalemmę. Ibid. apud eundem 1644.

1644. In hoc libro adnotauit ea omnia, quę fiunt Hierosolymis à peregrinis in S.Hebdomada, prout ipse met vidit.

Effetti, & vtilità delle Sante Meditationi. Ibid. apud eundem.

Tomenus à Boue Nobilis Fossanensis I.V.D. eximius scripsit Volumen vnum

Consiliorum. extat M. S. apud nobilem virum, virtutumque cultorem Valerium Dyonisium Fossanensem Ciuem.

TVLLIVS Carrettus Casalis Sancti Euasij Episcopus, nobilitate sanguinis, pietate in homines, Religione in Deum, scientia Canonum, & Theologia, & Prædicatione illustris, scripsit quædam Theologica, sed ad meã notitiam solum peruenit liber, cui titulus *Sermoni Pastorali*. Impr. in eadem Ciuitate apud Bernardum Grossum 1596. Vitam hanc mortalem exuit ann. 1614.

TVRIBIVS Taurinensis ex antiquissima, nobilissimaq; Familia *De Becutis* zelo zelans pro Domo Dei, peregrinationem suscepit in Hispaniam, vbi factus est Episcopus Asturicensis. Vir fuit non solum zelo Domini ardens, sed doctrina, & pietate eximius. Scripsit epistolam Idacio, & Ceponio Episcopis, Primarijs Hispaniæ Antistitibus

De Ecclesiarum Hispanicarum Statu.

Hanc

Hanc Epistolam habemus Sexto Tomo Annal. Cardin. Baronij, quam edidit Ambrosius Morales Hist. Hispan. lib. 11. c. 26. ex Regia Monasterij Sancti Laurentij Bibliotheca. Scripsit etiam doctissimè *Ad Leonem Papam contra Priscilianistas*.
Extat item Epistola Leonis Papę primi ad Turibium. An verò fuerit duo Turibij, cũ Scriptores Hispani vellint vnum esse Hispanum, vide Baronium Tomo citato ad 447. Leonis Papæ: nã quod spectat ad Sanctum Turibium Asturicensem Episcopum, certum est natum esse Taurini, vt optimè notauit Guilelmus Baldessanus in sua Ecclesiastica Historia, quę (vt diximus suo loco) M. S. asseruatur in Regia Sabaudię Ducis Bibliotheca. De Sancto Turibio mentio habetur apud Ecclesiasticos Scriptores Annalistas. Becutorũ Familię nobilitatem ex multis colligere possumus, sed pręcipue ex eo, quod in quodam Instrumento induciarum inter Ciuitatem Montisregalis, & Ceuæ Marchiones ann. 1250. 7. Augusti mediante Thoma de Sabaudia Comite, & Sacri Romani Imperij Vicario inter testes adnumeratur Iacomatius Becutus, his verbis. Iacomatius Becutus nobilis Taurinensis.

VAL-

V



VALERIANVS Epiſcopus Niciæ, ſeu potius Cemenelienſis; vel Cemelienſis, de quo plura apud Ioffredum in ſua Nicia (Cemenelion fuit Vrbs propè Niciam ad Varum, olim potẽs, & magna, quæ nunc omninò deuaſtata eſt (vir fuit, & sãctitate, & doctrina illuſtriſs. & ex Monaco Lerinẽſi factus eſt Epiſ. Sirmundus Soc. Ieſu ipſius Opera ex tenebris Monaſt. Corbeien. eruta, publicauit, quę ſunt. *De Bono diſciplinæ. De Arcta, & anguſta via. De promiſſis, & non redditis. De Oris inſolentia. De Otioſis verbis. De miſericordia. De Paraſitis. Qui gloriatur in Domino glorietur. De bono pacis conſeruandæ. De bono Humilitatis. De bono Martyrii. De Machabeis. De Quadrageſima. De Auaritia. Epiſtola ad Monachos De Virtutibus, & de Ordine Doctrinæ Apoſtolicæ.*

Theophilus Rainaudus(de quo ſupra) ſcripſit Apologiam pro Sancto Valeriano, quam prænotauit, Valerianus Cemelenſis integer doctrinæ, labiſque purus, in qua doctiſſimè more ſuo oſtendit, & probat cõtra falſum criminatorem, non ſolum Sanctum Valerianũ non fuiſſe Semipelagianum, ſed nec de ſemipelagianiſmo ſuſpectum; de quo plura non addo, tum quia mei non eſt inſtituti; tum etiam quia, qui plura

desiderat, in prefata videre potest Apologia.

Valerius Fuluius Sabaudus (hoc nomen est fictum) scripsit, & edidit *Annotationi, e dichiarationi sopra Un certo Auuiso di Parnaso intitolato: Pouertà, e miseria doue è gionta la Republica di Venetia, & il Duca di Sauoia. Castigo essemplare de Calunniatori.* Impr. omnia Antopoli 1621.

Valerius Badinus à Gattinara Vercellensis Canonicus Regularis Lateranensis Theologus, & Diuini Verbi Annunciator facundus, edidit

Della Miseria dell'Huomo. Impr. Taurini 1579. apud HH. Nicol. Beuilaqua.

Valerius Salutius Condominus Mantę, & Brondelli, Eques Ordinis Sancti Michaelis, non minus armis, quam ingenio excellens, scripsit Tractatum *Delle Formali Caccie.* Item. *La Sfinge.* Extat M.S. Vixit 1570.

Vbertinus à Casali, vide Lit. H. *Hubertinus à Casali.* Hic tantum adnotabimus à Vuadingo vocari Hubertinum de Ilia Casalensem.

VENANTIVS Fortunatus, qui & Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, Ciuis Vercellensis, vt ostendit Stephanus Ferrerius in Vita Sancti Eusebij, & notauit Carolus Amedeus Bellinus in Nota Virorum illustrium Vercellensium, quicquid scripserit olim Paulus Diaconus. Fuit Episcopus Pictauiensis in Gallia, vir qua Sacris, qua humanis litteris illustrissimus.

In

In Poesi eximius, & Sanctitate insignis: licet enim in Romano Martyrologio non habeatur, tamen in Catalogo Sanctorum Vercellensium adnotatur, poniturque in Suplemento Martyrologij Gallicani ad diem 18 Iunij. Hic cum oculorum laboraret dolore, intercessione Beati Martini Turonensis Episcopi liberatus, ad reddendas tanti beneficij gratias, ipsius sepulchrum summa cum deuotione visitauit: inde Pictauium progressus, tanta sanctitate, & doctrina præfulsit, vt Episcopus ibidem electus fuerit. Scripsit multa, & sunt,

Ad Sanctam Radegundem Regis Turingorum vltimi Filiam, & Regis Francorum captiuam, postea Pictauiensis Coenobij Abbatissam lib. 1. Carmine

Excidiũ Regni Turingorum lib. Hexam. Carmine

Ad Iuuinium De Radegunde, seu De Vita Sanctæ Radegundis lib. 1. Ad Justinum Iuniorem lib. 1. Ad Sophiam Augustam lib. 1. In personam Radegundis lib. 1. In laudem S. Martini lib. 1. De Leontio Venerab. Episcopo lib. 1. De eiusd. laudibus lib. 1. Hymnor. 77. lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Carminum ad Amicos lib. 1. De Miraculis S. Martini lib. 4. Vita Sancti Maurilij Episcopi Andegauensis: non Mauritij, vt apud Gaddium, & alios

Acta Sancti Seuerini Episcopi Coloniensis, cuius corpus Burdigale asseruatur. *Hodæpericum vitæ suæ lib. 1.*

Vita Sancti Martellini Episcopi. Extat apud Surium

tom. 6. 2. Nouembr.
Vita Sancti Amantij Episcopi. Ibid. tom. 6. 4. Nouembr.
De Gaudijs Aeternae vitae, Carmen. In hoc opere aduertendum, quod Basilissam Iuliani Martyris Antiocheni vxorem, quae cum viro seruata virginitate post multa tormenta in pace quieuit, coliturque sub die 9. Ianuarij, Martyrem vocat, non quia verè Martyr extiterit, cum in pace dormisse certum sit, sed propter multos, quos perpessa est cruciatus, forsan etiam licentia Poetica.
De Partu Virginis. De florentissimo Ecclesiae Parisiensis Statu Carmen.
Vita Sancti Germani Episcopi Parisiensis. Apud Surium Tom. 3. sub die 8. Iunij.
Acta Sancti Medardi Episcopi Nouiomensis. Haec acta scripsit cum tantum esset Presbiter.
De eodem Sancto Medardo Carmen. De eius obitu, atque post mortem miraculis.
De Emendatione Codicis ad Paternum Abbatem, postea Episcopum Abricensem Carmen. Scripsit, & alia.
Aduerte autem quod Fortunato tribuitur *Vita Sancti Hilarij Episcopi Pictauiensis*, vt videre est apud Trithemium, Bellarminum, Surium, Gesnerum, Franciscũ Augustinum Ab Ecclesia, Iacobum Gaddium lib. 1. de Scriptor. & alios. Verum qui rem diligentius attendere voluerit, ex duplici capite alterius Fortunati
esse

esse certò dignoscet. Et primò ex styli diuersitate, secundò verò quia Sancti Hilarij vita fuit ab illius Scriptore dedicata Pascentio, quem ab Hilario educatum asserit, & immediatè in Episcopatu sucessisse habetur ex Claudio Roberto in sua Gallia Christiana. Cum autem Sanctus Hilarius mortuus sit anno 372., vel vt alijs placet 369., noster autem Venantius Fortunatus anno 570., vel vt alij volunt, 590., quomodò potuit dedicare Hilarij vitam Pascentio, qui illum præcesserat centum, & ampliùs annis? dicendũ igitur est, esse scriptã ab alio antiquiore, & seniore Fortunato; quod & sentire mihi videtur Baronius, qui in Annotationibus ad Romanum Martyrologium sub die 13. Ianuarij de Sancto Hilario Pictauiensi scribens, ait, *Fortunatus res gestas Hilarij duobus libris conscripsit, sed ex multis vix pauca perstrinxit*, & immediatè addit. *Habet, & Venantius Fortunatus de eodem Epigramma lib. 2.* Vbi certissimè Baronius duos distinguit Fortunatos; ad quid enim illa verba, *Habet &c.* Si idem esset? sufficeret dicere, habet & idem: quare Sancti Hilarij vitam nullo modo nostri Fortunati esse affirmamus. Ista non obseruarunt Bellarminus, & alij. Venantij prę-ter Gesnerum, Bellarminum, Trithemium, Ioannem Ferrerium, Carolum Amadeum Bellinum, Salutiensẽ Episcopum, & Posseuinum, meminit Gregorius Lilius Giraldus Dialog. 5. De Poetis, qui & notat, illum

oculis

oculis laborantem, Diui Martini virtute liberatum, & vt habetur ex Sixto Senensi, scripsisse *In Orationem Dominicã Homil., siue enarration. breuem.* Item. *Exegesim in Symbolum Apostolorum.* Impr. Basileę, & Brusuingæ 1610. in 4.

Benedictus Gononus Monachus Cælestinus in Chronico Deiparæ ad ann. 630. tribuit Venantio deuotissimos Hymnos, quibus vtitur in Officio Beatissimæ Virginis Sancta Ecclesia. *Quem terra, Pontus, & æthra. O gloriosa Domina. Aue Maris Stella.*

Ad ipsius tumulum in Pictauiensi Ecclesia habentur hęc Carmina.

INgenio clarus, sensu celer, ore suauis,
Cuius dulce melos pagina multa canit.
Fortunatus Apex Vatum, Venerabilis actu,
Ausonia genitus hac tumulatur humo.
Cuius ab ore Sacro Sanctorum gesta Priorum
Discimus. Hæc monstrant carpere lucis iter.
Felix, quæ tantis decoratur Gallia gemmis,
Lumine de quarum lux tibi tetra fugit.
Nos modicos prompti plebeio carmine versus,
Nec tuus in populis Sanctè lateret honor.
Redde vicem misero, ne iudice sperner ab æquo
Eximijs meritis posse beati precor.

Car-

Carmina, & Epistolas Notis Sacris, Historicis, & Geographicis illustrauit Pater Christophorus Brouuerus Societatis Iesv Impr. Moguntiæ 1603. & iterũ 1616. in 4. Vitam verò sanctæ Radegundis vertit in Gallicã linguã Ioannes Bouchet. Impr. Pictauij in 4.

VENERICVS Vercellensis Episcopus, vir doctus, prudentia, & sapientia illustris; & suis temporibus magni nominis, scripsit librum ad Papam Gregorium VII. *De Discordia Regni, & Sacerdotij.*

Vixit tempore Henrici IV. Imperatoris, à quo multa passus est Gregorius VII.; quare Henricum anathemate notauit: cum autem Henricus iuramento interposito promisisset, si Pontifex in Germaniam pergeret, se veniam ab eo de commissis petiturum: Gregorius, vt pacem Ecclesiæ daret, Augustam vsque petiturus, Vercellis iam peruenerat, vbi à Venerico, qui erat Regni Italię Cancellarius, & à tota Ciuitate summo honore receptus, ab eodem Venerico admonitus, Henricum magno exercitu, & hostili in se animo aduentare, inchoatum deserens iter, apud Comitissam Mathildam pijssimam, & nobilissimam Fæminam Canusium Regiensis agri oppidum se recepit. Extat, & alius Venerici liber

De Vnitate Ecclesiæ conseruanda, & de Schismate, quod fuit inter Henricum Imperatorem, & Gregorium VII. Impr. Basileæ in fol. 1566. cum Collectione Auctorum De Iuris-

Iurisdictione Imperiali Simonis Schardij. De eo scribit Iames in sua Biblioth. Bodleiana.

Vercellinus Bellinus Vercellensis scripsit librum, quē prænotauit

Descriptio Serrauallis, & Locorum proximiorum. Impr. Vercellis 1646.

Expeditiones necessariæ pro Curia Episcopali eiusdē Ciuitatis.

Vercellense Concilium celebratum est à Pontifice Maximo Leone IX. Pontif. 2., anno Christi 1050. mense Septembris præsente, & Præsidente eodemmet summo Pontifice contra Berengarium, qui licet vocatus, adesse recusauit. Hic primò docuit in Augustissimo Eucharistiæ Sacramento non esse verum Corpus, & Sanguinem Christi. Hunc errorem cum postea reuocasset, alium disseminauit, esse scilicet quidem verum Corpus, & Sanguinem Christi, sed remanente panis substantia. Affirmabat præterea non esse bap-tizandos paruulos, sed tantum adultos. In hoc igitur Concilio damnatus fuit tamquam Hæreticus. Item in eodem Concilio reprobatus, & damnatus fuit liber Ioannis Scoti De Eucharistia. Vide Baronium Annal. tom. XI. ad ann. 1050., & Franciscum Coquelin Burgundum Salinensem olim meæ Congregationis Generalem in lib. quem inscripsit *Synopsis Hæresum Ecclesiam Dei à Natiuitate Christi euertere contendentium. In qua de earum ortu, progressu, Interitu, & damnatione agitur*

tur. nec non earumdem nominatissimæ S. Scripturæ Auctoritatibus, Orthodorum Patrum, & S. Theologorum doctrinis obitèr, dilucidè tamen confutantur Lib. 10. c. 2. de Berengario.

Vercellinus De Vercellinis Vercellen. Ord. Prædicat. Philosophus, Theologus, & S. Scripturę studiossissimus. Scripsit. *Summa Logicæ* Prænotauit *Tetralogum Quæstion. in Logic., Physic.; & Theologiam. Antiocham idest Logica contra Ocham. Postilla super Euang. Dominicalia. Serm. per annum. Hymni, & Sequentiæ de Sanctis.* Viuebat 1300. De eo Ant. Senens., Albert. Venet, Pio, & alij.

Vespesianus Agatia Vercellen. I. V. D. & in omnibus summis comparandus, morum integritate, pietate in Deum, charitate in pauperes eximius. Ex Abbate Cōmendatario B. Marię de Abūdantia in Sabaudia meę Congreg. habitum suscepit in Abbatia B. Marię Fuliensis in Aquitania, & mutato nomine dictus est Gregorius à S. Eusebio, vbi ad sex ferè annos semper Nouitius dignissimis de causis in summa humilitate perseuerauit, omnibus, atque minimis Nouitiorum exercitijs semper interesse voluit. Tandem ob aeris inclementiam Tholosam missus, ibidem Vota solemnia emissit, vbi & vitam finiuit cum sanctitatis opinione, cuius Corpus ad Fuliense Cænobium translatum, ibidem magna deuotione colitur. Scripsit latinè *Epistolarum lib. 1.* Italicè *Lettere Italiane lib. 1.*

& & & &

VGVCCIVS Borromæus Vercellen., & Nouarien. Episcopus, cui Ecclesię pręfuit 25. ann., edidit *Dereta Synodalia*.

Victor Amadeus Baronis Taurinen. Buttiglieriæ Comes, I. V. D. Poesis amator, magnæ eruditionis, edidit in Nuptijs Caroli Emanuel. 2. *Applauso delle Muse*. Taurini apud Zapatam 1663. *Applauso delle Muse nelle Reali Nozze*. Ibid. 1665.

Vincētius Balena da Casali iuuenilis, & festiui ingenij edidit Poema Heroicū. *La discordia*. Impr. Taur. 1642.

Vincentius Barralis Niciens. Ord. S Benedicti S.T.D. edidit *Cronologia Lerinēsis* Lugd. 1613. in 4. apud Thō. Soubron. Meminit Iames in Append. ad Biblioth. Bodleianam.

Vincentius Boreus Sabaudus I. V. D. edidit *Florus de Sauoye* Lugd. 1654. Hic tamen liber fuit suppressus, eo quia potiùs fabulas, quam historiam contineat.

Vincentius à Casali Ord. Prædicat. T. & Diuini Verbi Annuciator, scripsit *De Conceptione B. Virginis*. De eo scribūt Auctor Supplementi Chronic. Ord. Prædic., Posseu. Appar. Sacr. tom. 3. & alij.

N. . . Villa ex Dominis Villæstellonis in Rhetorica, & Poesi eximia scripsit latino Carmine *Vitam S. Petri Mart.* extat M.S. in Conuentu Prædicat. Cherij.

Vincentius Ioanninus Taurinen. Presbiter Sacerdos S.T.D. vir pius, & antiqua nobilitate illustris, scripsit *Flagel-*

Flagellũ Vitiorum Venet. apud Fr. de Franciſcis 1540. in 4. In hoc libro S. Scripturæ & SS. Patrum auctoritatibus vitia deprimit, & flagellat, ipſorumq; monſtruoſitatem oſtendit. Huius Familię viuit Taurini Gregorius Ioanninus Brucus Comes Cluſiæ Veteris Cõſiliarius, & Secretarius Status, & Finantiarum Realis Celſitudinis Sab. Ducis.

Virginius Paganus à Monteregali vir multę eruditionis tranſtulit è Gallica in Italicam linguam *La militia del Sig. Luiggi Mongomeri.* Impr. Taurini apud Diſſerolium 1612. Item *L'Hiſtoria della Guerra di Monferrato* Ibid. 1613. in 4

Vitalis de Vitalibus à Monteregali Ord. Min. de obſeruantia vir pius, edidit Octo Imaginibus *Mundi Cretionem*. Item *Flores Viridarij.*

Vmbertus Clericus à Creſcentino, humanarum literarum Profeſſor, vir doctus, & magnę eruditionis, edidit. *Comment. in Epiſtolas Famil. Ciceronis*. Mediolani per Leonard. Pachel 1496. in fol. *Comment. in ſex lib. De officijs eiuſdem.* Ibid 1515. *Comment. in Epiſtol. Ouidij.* Caſali 1481. & Venet. 1515. in fol. apud Io. Taucinũ de Tridino, *Comment. in Metamorph. eiuſdem. Commẽ. in Satyr. Iuuenalis. Comment. in Val. Maximum De Factis & Epiſtol. lib.* 1 Venet. 1491. De eo ſcribunt Geſnerus, Leander Albertus, Trithemius, qui vocat illum Vbertinum.

Zacha-

Z

ZACHARIAS *Bouerius* Salutien. Ord. Capucinorum S. T. M., pluries Deffinitor, & Custos Prouinciæ, & postea Deffinitor Generalis vir magni studij, multæ scientiæ, indefessi animi, sed pietate, & religione eximius, Scripsit *Demonstrationes Symbolorum veræ, & falsæ Religionis aduersus Præcipuos, ac vigentes Catholicæ Religionis hostes, Atheistas, Iudæos, Hæreticos, præsertim Lutheranos, & Caluinistas* Tom. 2. Lugd. apud Horatium Cardon 1617. in fol. *Parænesis ad M. Antonium de Dominis olim Archiepiscop. Spalatensem, nunc verò à S.R. Ecclesia Apostatam, & in Angliam transfugam. In qua examinantur, & refelluntur 4. lib. eiusd de Republica Ecclesiastica* Ibid. apud Io. Charuet 1618. in 8. *Orthodoxa Consultatio De Ratione veræ Fidei, & Religionis agnoscendæ In duas partes distributa*, Impr. Madriti apud Thomam Iunti 1623. in 4. *Censura Parænetica in 4. libros de Republica M. Antonij de Dominis*. Mediol. 1621. in fol. *Directorium Fori Iudicialis pro Regularibus &c.* Taurini apud Pizzamilium 1624. in 4. *Annales, seu Sacræ Historiæ Ord. Minor. S. Francisci, qui Capucini nuncupantur Tom. primus vsque ad ann.* 1580. Lugd. Apud Claudium Landry 1632. in fol *Annales, seu Sacræ Historiæ &c. Tom. Secundus. In quo vniuersa &c. vsque ad* 1612. *spectant, traduntur*. Ibid. 1639. Isti Annales per Decretum S. C. Indicis sub die 18. Iulij 1651. prohibiti sunt donec corrigantur, etiam in Italicam linguam translati per Fratrem Benedictum Sanbenedetti. *De Sacris Ritibus iuxta Romanam Regulam vsui Fratrum Min. vulgò Capucini, accommodatis lib. 3*. Accedit Appendix. *De externis quibusdam Ritibus, qui ad Religionis Capucinorum Politiam &c. Spectant* Neapoli Typis Scorigianis 1626. in 4. In Bouerium quædam adnotauit Vuadingus lib. de Script. Ord. Min., quæ apud ipsum videri possunt. De eo præter Vuadingum scribunt Leo Allatius, Aubertus Miræus C. 209. & alij Obijt Genuę die 31. Martij 1638., ętatis 70. Religionis 48. cum Sanctitatis fama.

FINIS.

INDEX

INDEX COGNOMINVM
SCRIPTORVM
Huius Bibliothecæ.

QVia Scriptores, vt plurimum, per Cognomina citari solent, & ego summoperè cupio Lectorum consulere cõmoditati; rem optimam me facturum existimaui, si Indicem conficerem Cognominum, omittendo alium Indicem Nominum, quoniam iam in Opere per Ordinem Alphabeti descripta habentur.


Bello-

I N D E X

Guaz-

A.Ma-

Ober-



INDEX

INDEX PATRIAE, NOMINVM, ET COGNOMINVM.

Scriptores ex Ciuitate Albæ Pompeiæ, seù Albenses.



LBA Pōpeia *Ciuitas est, quæ* à Troianis Æneæ Socijs fundationis suę primordia glo riatur accepisse. Fertilis Vrbs frumenti, vini, & omnium fructuū generis. A Pōpeio Magno muris circumuallata, Alba Pompeia dicta est. Christianam Fidem à Diuo Barnaba Apostolo, & Syro Christi Domini discipulo Papiæ Episcopo habuit. Ælium Pertinacem Romanorū Imperatorem, qui anno Christi 195. Imperium administrauit, quiue rarissimum moderationis exhibuit Orbi Exemplum; nam Imperium ex Senatus C. mandato inuitus suscepit, ex Alba Pompeia originem suam duxisse constans est opinio. In eadem ortus est Ciuitate Bonifacius Mōtisferrati Marchio Dux Generalis Exercitus Cruciatæ cōtra formidabilem Saracenorum Principem, & Christiani nominis infensissimum hostem Saladinum, sicque vna cum Sabaudiæ, & Flandriæ Comitibus, nec non Galliarum Regis Fratre, & Dandalo Venetiarum Duce Constantinopoli capta, Trabisondæ Imperium adeptus est: Eadem Ciuitas mater est S. Dionysij Mediolanensis Archiepiscopi, qui (vt optimè adnotauit Britius eiusdē Ciuitatis Episcopus) cum eum Summus Pontifex Liberius sub Imperatore Constantio Mediolanensi præfecisset Concilio, iniustam S. Athanasij relegationis & damnationis Sententiam, cui inconsultò subscripserat, mox Eusebij sui Præceptoris monitu, mutata sententia, detestatus, sui nominis robore firmare recusauit; quarè multa ab Arianis passus est. Veneratur in eadem Ciuitate

tate adhuc incorruptū Corpus B. Margaritæ à Sabaudia, nec nō ossa S. Theobaldi Rogerij Ciuis Montisregalis, vt suo loco fusiùs adnotabimus. Alba olim Mantuani Ducis, & Monferratensis ditionis extabat, nunc per pacem vniuersalem 1631. Clarasci initam, Sabaudo Regi subdita remanet. Exhac Ciuitate prodierunt infranotati Scriptores.

Dominicus Nanus, vel Annius Miraballus.
Franciscus Dominicus Barsanus.
Girardus Borgognonus.
Hyacinthus Barescianus.
Iacobus Albensis.
Iacobus Brancnus.
Iacobus Henricus.
Iacobus Mandellus.
Paulus Cerretus.
Petrinus Bellus.

Aquenses.

Aqui Ciuitas est Montisferrati Balneorum commoditate celebris, de quibus multi scripserunt, ex ea prodijt.
Iacobus Beluisius.

Astenses.

Astensis Ciuitatis antiquissima primordia post Diluuium Gomero Iapheti Nepoti attribuūt Scriptores. Hoc certum est, à Pompeio Magno, qui eam muris circumuallauit, Astam Pompeiam appellatam, fuisseque Romanorum Coloniam, moxque Rempublicam constituisse. Gentis nobilitate, diuitijs, potentia, incolarum numero, animorum magnitudine omnes sine dubio Pedemontij Vrbes superauit, & præcipuas Italiæ si non vicit, saltem æquauit. Corpore S. Secundi ex Legione Thebea, & alijs insignibus Reliquijs gloriosa. Nouissimè anno 1659. 8. Iunij Excellentiss. Marchio Ghiron Franciscus Villa Solemni Processione collocauit in Ecclesia Monachorum S. Bernardi Ord. Cistercien. ab ipso à fundamentis erecta, & Diuo Theobaldo dicata Sacras Reliquias præfati S. Confessoris, quas ab Albensi Ciuitate, & Episcopo dono habuit, vna cum Reliquijs SS. Martyrum Frontiniani, Eufredi, Alexandri, & Gualderici, quæ in argentea permagnifica Capsa à Camilla Beuilaqua prædicti Marchionis Vxore donata asseruantur. Habuit Scriptores.

Albertus Brunus.
Alexander Cauda.
Antonius Astensis.
Antonius Borrimus.
Antonius Brunus.
Antonius Orechius.
Astesanus Astensis.

Aure-

Aurelius Dauid Sanius.
Bernardinus Malabayla.
Bonauentura Rapiccia.
Bruno Solarus.
Camillus Rosens.
Clemens Stratta.
Corradus Mondonus.
D. Solara.
Eliseus Rusconus.
Facinus Astensis.
Franciscus Aluatus.
Franciscus de Abbatibus.
Franciscus Neuizzanus.
Georgius Alionus.
Georgius Natta.
Gulielmus Ventura.
Guido Antonius Malabayla.
Henricus de Plano.
Hieronymus Alphunsus Natta.
Hippolytus Maria Pergamus.
Iacobus Astensis.
Iacobus Malabayla.
Iacobus Pelletta.
Io. Andreas Sola.
Io. Baptista à Costigliole.
Io. Bartholomaus Scarampus.
Io. Dantius.
Io. Furnius.
Io Neuizzanus.
Io. Martinus.
Io. Philoteus.
Io. Franciscus à Ponte.
Io. Ludouicus Bertaldus.
Io. Martinus Roueda.
Io. Petrus Ferrerius.
Iulius Fallettus.
Leonardus Botallus.
Ludouicus Pelletta.
Marcus Antonius Natta.
Mauritius Gambarinus.
Octauius Asinarus.
Octauianus Cacheranus.
Oddonellus Marchandillus.
Oggerus Alferius.
Paulus Maiolus.
Petrus Franciscus Arelanus.
Philippus Malabayla.
Raimundus Turcus.
Rufinus Ventura.
Simon Maiolus.

Augustæ Prætoriæ.

Ciuitas hęc posita est in Valle, quā Flumen Duria mediam secat, estque totius Vallis caput, antiquitate nobilis, & apud Historicos sępe nominata. Huius Ciuitatis fuit
Sanctus Anselmus.

Auilianæ.

Auiliana Oppidum est inter Taurinum, & Secusiam, nobile quidem, non solum quia Populi frequentia magnę Vrbis speciem præ se ferre videtur, sed quia Viros prudentia eximios, & virtute eminētes procreauit. qui sunt.
Alexander Losa.
Bartholomæus Falambellus.
Io Franciscus Balbus.
Io. Franciscus Borgesius.
Nicolaus Balbus.

An-

Anneſſienſes.

